UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

F

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

# POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER VI.

F.

## Fabula.

### DEFINITIO ET ETYMOL.

FABVLA, Græce μῦθος.ου. ὁ. & μυθεύομαι, fabulor, μυθώδης, εος, ὁ, ἡ, fabuloſus dicitur. Eſt autem fabula, res ad vtilitatem ſiue delectationem hominum conficta, vt ſunt Poetarum fabulæ, vt fabulæ Æſopicæ, quæ ab Heſiodo Poeta initium ſumpſere. Dicitur autem fabula à fando, inde fabulæ, & confabulor, ſimul loquor, & confabulatio, hoc eſt, collocutio. Fabula facit Dimi-…am fabella. Eſt autem propriè ſermo, & rumor populi, atque …in vulgus ſparſa, in dicterium verſa, & paſſim publicata, ſic … à fando. Hebr. *Maſchal.* vox media à verbo *Maſchal,* domina-…eſt. Hinc vulgatum illud: Vox populi vox Dei..

### ¶ LOCI BIBLICI.

Fabulæ pro falſis & inutilibus doctrinis, 2. *Timoth.* 4. *v.* 4. eas …amplectuntur homines, *ibidem.* Fabula de Diana Epheſina, … Iudæi, 1. *Timoth.* 1. 4. Fabulæ vitandæ, *ibid. Tit.* 1. *v.* 14. … 1. *v.* 16. in Fabulam fuerunt aliis Iudæi inobedientes. *Deut.*

### ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

…enim tempus cnm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt; ſed …deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus. Et …quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuerte-… 2. *Tim.* 4.

### ¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Apud Authores ſecularium literarum, vt apud Horatium, mus …muri, & muſtela vulpeculæ, vt per narrationem fictam ad …agitur, verax referatur ſignificatio: Vnde & Æſopicas fa… ad eum finem relatas, nullus ineruditus fuit, qui putaret ap… mendacia hæc in ſacris libris, vt in libro Iudicum, quum … ſibi regem fecerunt, & loquuntur ad ficum & ad vitem, quod …fingitur: ficta quidem narratione, ſed veraci ſignificatione …dicuntur, *Aug. in di. contra mendacium.*

Fabula etſi vim veritatis non habeat, tamen rationem habet, vt …poſſit veritas manifeſtari. Referunt inquit, ſeculares, vi… quendam fuiſſe, vt quoties beneficio virium ſuarum deſtitu… & nutricem terram impulſu aduerſarii contigiſſet, de… magis in aduerſarium præualeret, & ſic occaſio pro… occaſio fiebat triumphi. Dabat infirmitas fortitudinem, la… palmam, ruina victoriam. Cui hæc conueniunt, niſi Chriſto, …ad hoc cecidit, vt glorioſior reſurgeret? *Amb. lib.* 3. *de Offic.*

Fabulæ à fando dictæ: quia non ſunt res factæ, ſed tantum mo… loquendi dictæ: quæ ideo ſunt inductæ, vt ficto animalium mu… inter ſe colloquio, imago quædam vitæ hominum naſcere… Sicut mus loquitur muri, muſtela vulpeculæ: & in libro Iudi… ligna ſibi regem requirunt: quod totum ad mores ordina… ad rem, quæ intenditur, ficta quidem narratione, ſed veraci …ſignificatione, perueniatur. Sic enim Demoſthenes in quadam ora… vſus eſt fabula aduerſus Philippum: qui ab Athenienſibus …poſtulauit decem oratores, & ille finxit fabulam. Lupi ſuaſerunt …paſtoribus, vt in amicitiam conuenirent: cumque hoc paſtoribus …placuiſſet, petierunt lupi, vt prima ſibi vice ſecuritatis canes trade… in quibus videbatur occaſio iurgiorum: annuerunt paſtores: & tunc lupi omni adempta formidine, omnem gregem non ſolum pro ſatietate, ſed etiam pro libidine lacerauerunt. Sic, inquit, Philoſophus, ſublatis oratoribus in populo Athenienſium facturus eſt. Oratores populi poſtulat, quo facilius poſſit opprimere ſpoliatam cuſtodibus vrbem. *Iſid. lib.* 1. *Etym.*

### ¶ SENTENTIAE POETARVM.

Martialis.

*Quodq́; tibi mœchum fabula nulla dabat.*

Verinus.

*Inficit obſcœni puerorum carminis aures*
*Fabula, dum vatum quæritur ipſe vitor.*

### ¶ PHILOSOPHORVM PLACITA.

Æſopus, qui meritò ſapiens æſtimatus eſt, vtilia monita ſua non ſeuerè, neque imperioſè præcepit: ſed, vt Philoſophis, mos erat, ſalubriter ad perſpiciendum mentes animasque hominum cauſa audiendi quadam illecebra induxit. *Gellius lib.* 2.

Apuleius de Deo Socratis introducit fabulam Æſopi, de coruo tenente carnem in ore: cui dum vixiſſet vulpecula, quod cygno melius cantabat, & volens cantare, amiſit carnem de ore, ac potius crocitauit, quam cantauit, & ſic ſuam defectionem publicauit: quod multis accidit, qui volunt ſe magnificare, & vltra menſuram vires ſuas oſtentare. *ibid.*

Fabulas exiſtimo neceſſarias, non ex eadem cauſa, qua poetis, ſed vt imbecillitatis noſtræ adminicula ſint: & vt dicentem & audientem in rem præſentem adducant. *Incertus author.*

Iſtæ ineptiæ poetis relinquantur, quibus aures oblectare propoſitum eſt, & dulcem fabulam nectere. Sed qui ingenia ſanare, & fidem in rebus humanis retinere, ac memoriam officiorum animis ingerere volunt, ſerio loquantur, & magnis viribus agant. *Seneca libro de beneficijs.*

Nihil debet eſſe in philoſophia commentitijs fabellis loci. *Cicero lib.* 2. *de diuinatione.*

Philomythes, id eſt, fabularum amator eſt aliqualiter philoſophus, quia fabula ex mirabilibus conſtituitur. *Ariſtot. lib.* 1. *Metaphyſ.*

Conſuetudo audiendi apologos, & maximè fabulas, magnum impedimentum eſt in cognitione veritatis. *Commentator ſuper ſecundo Metaphyſ.*

### ¶ SIMILITVDINES.

*Plutarchi.* Quemadmodum iris nihil aliud eſt, quam relucentia ſolis refracti in nubibus: Ita fabula quædam eſt veri repræſentatio. *In Moral. Plut.*

*Quemadmodum* araneæ ex ſe telas texunt: Ita quidam ex ſeipſis comminiſcuntur fabulas ac mendacia, cum nihil ſubſit veri. *in Moral. Plut.*

*Vt apis* ex amariſſimis floribus & aſperrimis ſpinis mel ſuauiſſimum ac leuiſſimum colligit: Sic ex turpibus ac ſceleratis fabulis, vtcunque decerpi poteſt aliquid vtilitatis. *in Moralib. Plut.*

*Anonymi.* Vt Democrates medicus Conſidiæ mulieri omnem curationem auſteram recuſanti, lac caprarum dedit, quas lentiſco paſcebat: ſic iis qui prorſus à tetricis philoſophiæ præceptis abhorrent, fabellæ quædam amœniores proponendæ, ſed quæ philoſophiam recipiant. *in Similib.*

---

## Facetia.

### ¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

FACETIA, Græcè εὐτραπελία, ας, ἡ; & εὐτράπελος, ὁ, facetus dicitur. Eſt autem facetus, qui facit verbis quod vult.

dictus

dictus à facio, vel, vt aliquibus placet, à fando, vnde facetiæ. Vel ſic.

Facetus eſt elegans in dicendo, & delicias & diuitias quaſdam ſermonis habens, quæ facetiæ dicuntur, vnde facetè Aduerbium, hoc eſt, excultè, eleganter, vrbanè.

## ¶ Apophthegmata.

*Crates* à magiſtratu obiurgatus, quod contra leges & conſuetudinem Athenienſium ſindone veſtiretur, ait: Quid ſi Theophraſtum vobis oſtendam ſindone amictum? Adduxit igitur eos in tonſtrinam, oſtenditque Theophraſtum, qui tum forte tondebatur, linteo amictum, quod Græci à contegendis humeris ὠμόλινον vocant, ſubmonens faceto reſponſo, omnibus ad vſum vti licere. Turpe enim ac inhoneſtum ſi eſſet vti linteis, ne in tonſtrina quidem vſus eſſet. *Laert. lib. 7. c. 5.*

*Ariſtippus.* Ariſtippo philoſopho cum probroſè obijceretur à quodam, quod haberet Laidem meretricem. Quid tum ait, ſi modo non habeor à Laide? *Cic.*

*Socrates*, Cuidam dicenti, Antiſthenem philoſophum matre Threicia natum eſſe, patre autem non tam barbaro, ſed Athenienſi: Quid, inquit, an tu putas virum adeo præclarum ex vtroque parente Athenienſi naſci potuiſſe? Facetè vir ſapientiſſimus notauit corruptos Athenienſium mores, indicans potius è Thrace Scythaue naſci poſſe virum & præclarum, quam ex Athenienſi: & hoc igitur quod habebat virtutis Antiſthenes, matri Hybridi potius aſcribendum, quam parenti. *Laert. in eius vita. Eraſ. l. 3. apoph.*

*Idem.* Alcibiades Socrati miſerat munus præclarum. Id quum Socrates videretur recuſare, Xantippe diſſuaſit, aſſeuerans donum eſſe magnificum & indignum quod reſpueretur. Tum Socrates: Alcibiades, inquit, hæc mittit ambitioſe, & nobis noſtra eſt ambitio. Sentiens, interdum eſſe magnificentius magna contemnere, quam magna largiri. *Eraſ. libr. apoph.*

*Anonymus.* Quum Alcibiadi Athenienſi balneator plurimum adminiſtraret aquæ, Lacon id videns: Quid hoc rei eſt, inquit? plus aquæ infundit quaſi non puro, ſed vehementer ſordido. Hoc ſcommate notauit Alcibiadis vitam, multa infamia contaminatam. *Plut. in Lacon.*

*Pericles.* Subito oborto ſolis defectu; cum Pericles Athenienſis videret alios multos, ſed præcipuè claſſis gubernatorem, vehementer perturbatos, chlamyde ſua texit gubernatoris faciem, interrogauitque, Nunquid hoc horrendum oſtentum exiſtimaret? illo negante: Quid intereſt, inquit, igitur, niſi quod chlamyde maius eſt id quod nunc tenebras inducit? Senſit vir prudens, interuentu lunæ nobis abſcondi ſolem, quemadmodum oppoſita chlamys impediebat aliorum aſpectum, nullum autem eſſe oſtentum, quod natura fit. *Eraſ. lib. 5 apoph. Plut. in Græc. apoph.*

*Pyrrho*, cùm ſororem Philiſtiam vehementer obiurgaſſet, male audiuit eam ob cauſam, quod oblitus eſſet ſuæ profeſſionis (docebat enim eſſe indifferentia.) Verùm maledicentium improbitatem ſic eluſit, cùm diceret: In muliercula non declarari indifferentia. *Laert. l. 9. c. 11.*

*Diogenes*, ad puerum ſpurium, ex meretrice natum, lapillos iacientem in populum: Caue, inquit Diogenes, ne patrem ferias. Erat enim è ſcorto natus, atque ob id incerto patre. *Laertius libro 7. capite 2.*

*Idem*, cùm furem purpuræ comprehenſum vidiſſet, carmen Homericum in eum detorſit: ἔλλαβε, inquit, πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

Id eſt,

*Te mors purpurea apprehendit violentaque Parca.* Laer.

*Idem*, Aliquando ſtipem poſcens, ita ἐρανάρχην, id eſt, eum qui ſtipi erogandæ erat præfectus, Homerico carmine compellauit:

Τοῖς ἄλλοις ἐνάριζ', ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας;

Id eſt,

*Deſpolia reliquos, teneas ſed ab Hectore dextram.*

Dicti autem huius feſtiuitas in hoc eſt, quod pro ἔρανιζε dixit ἐνάριζε: quorum prius eſt, da ſtipem: alterum armis ſpolia, ſe Hectoris nomine ſignans. Spoliat autem, qui munus denegat pauperi & egenti. Et ſolet hoc hominum genus eſſe furax. *ibid.*

*Idem*, cùm hominem qui in Olympiacis certaminibus ſubinde pugnare ſolitus erat, inueniſſet oues paſcentem: Quam celeriter, inquit, vir fortiſſime, ab Olympiis ad Nemea te contuliſti? Alluſit autem quam facetiſſimè ad vocum affinitatem: νέμεα quippe certamina à loco dicuntur, vt Olympia. Νέμω verò Græcis paſco ſonat, & νέμος paſcua. *Laert. l. 6. c. 2.*

*Idem* Corintho vendendus, interrogante præcone quidnam calleret? reſpondit, Hominibus imperare. Riſit præco, & Magnum (dixit) artificem vendo, ſi quis ſibi dominum velit emere. *Stob. ſer. 1. de Prudentia.*

*Idem* videns vetulam quandam nimis comptè incedere: Si, inquit, ad viuos properas, falſa es: ſi ad mortuos, ne cunctare. *Anton. part. 2. ſerm. 18. Meliſſa Max. ſerm. 41.*

*Alexander* ſenem quendam capillos inficientem intuitus, Noli, inquit, capillos tingere, ſed genua hæc incurua potius, vt facilius & promptius eas. *Max ſer. 41.*

*Ageſilaus*, Quidam aſpiciens Lacedæmonium [...] dum ad bellum exeuntem, cum ei equum veluti [...] quæreret: Non intelligis, inquit Ageſilaus, in b[...] qui fugiant, ſed qui loco maneant. *Plut. in Lacon.*

*Idem*, Iam ſenex, perſæpe ſine calceis & tunica [...] cum, cum lacera veſte, idque matutino tempore [...] tem quidam cum obiurgaret, quod puerilius age[...] deceret reſpondit, Iuniores ciuium, ſi veſtem [...] nes oculos in me conijcient. *Ælianus lib. 7. de Va[...]*

*Idem* ex Aſia diſcedens, aiebat ſe triginta ſagitta[...] à rege Aſia depelli: tot enim Daricorum aureorum [...] ſarum autem hi nummi aurei ſagittarium habe[...] Athenas ac Thebas deportatis, ac in plebis modera[...] Timocrates effecerat, vt populus hoſtilem anim[...] tes ſuſciperet. *Plut. in Lac.*

*Idem.* Menecrates quidam medicus cum [...] quot liberaſſet à morbis, ſibi Iouis nomen indeb[...] Tandem verò epiſtolam ad Ageſilaum regem ſcribe[...] orſus eſt, Menecrates Iupiter, Ageſilao regi ſalutem. [...] cum hominis ſtultitiam eſſet admiratus, huncin[...] Rex Ageſilaus Menecrati plane ſanitatem. Facet[...] nem, cui mentis ſanitatem plane deeſſe putabat, q[...] ſet, Deorum nomen ſibi adſcriberet. *Plut. in Lacon.*

*Demonax* rogatus, an philoſophus etiam place[...] Quid, inquit, num putas apes ſtultis tantum mel[...] melle condiebantur, ſacchari vſu nondum reperto. [...] *apopht.*

*Idem* quum videret Athenienſes hoc agere, v[...] emplo gladiatorum ſpectacula in vrbem inducere[...] ô canes, iſtam crudelitatem prius admittere in [...] quam Miſericordiæ aram ſitis demoliti. Significan[...] re, in ea ciuitate in qua Miſericordia pro Dea [...] plus quam ferinam crudelitatem. *Eraſmus lib. [...] thegm.*

*Cleomenes*, Argiuis profitentibus ſe prioris con[...] in qua victi fuerant, iterato prælio ſarcire velle: D[...] duarum ſyllabarum acceſſione facti eſtis melio[...] prius. Verum huius dicti argutia Latinè reddi no[...] enim μάχεσθαι pugnare eſt, ἀναμάχεσθαι verò [...] gnam. *Plut. in Lacon.*

*Anonymus.* Lacon quidam Gymnaſiarcham lig[...] bentem, facetiſſimo ioco incuſauit, dicens, qu[...] chrymas quidem illic effundere daretur. Fumus [...] chrymas. Acapna autem ligna inde dicta ſunt, quo[...] *Eraſ. l. 8. apoph.*

*Anonymus.* Lacon quidam quotidie conuiu[...] plagiarium ac tyrannum vocauit, per quem [...] quam vidiſſet menſam ſuam. Ioci autem lepos [...] ne, plagiarium appellauit, quod liberalitate ſua [...] deret obnoxios: tyrannum verò, quod per illum [...] quam conuiuarum domi ſuæ viuere. *Eraſmus lib. [...] thegm.*

*Alius quidam*, quum homines defunctos in ſell[...] ret: Abiit, inquit, vt hic ſedeam, vnde ſeniori aſſurge[...] oſtendit autem facetiſſimo dicterio mortem [...] hominibus, vitam autem omnibus eſſe dulciſſimam. [...] *cap. 10.*

*Quidam iratus* Agaſoni, volebat eum percutere [...] maret, Athenienſis ſum: ad aſinum verſus, At tu [...] ſis non es, eique multas plagas inflixit. *Plutarch. de [...] cundia.*

*Philopœmen* diuertere volebat ad hoſpitium [...] cognito, iuſſit hoſpes apparari quæ neceſſaria eſſent [...] dum interim ipſe obſonia appareret. Inter hæc P[...] lus (vt res ipſa ferebat) ad hoſpitium properat, qu[...] vt ſolum, vt deformem, vt qui nihil ornatus haberet [...] batur mulier ex adminiſtris eſſe aliquem, qui her[...] cumque eſſet de aduentu Philopœmenis mirificè ſ[...] blandiendo rogauit eum, ſe vt adiuuaret ad domum [...] cipiendum. Tum Philopœmen, vt erat perhuman[...] lieris errore, confeſtim ſecuri accepta, & cuneo, co[...] re, ad coquendam cœnam. Hoſpes interim, dom[...] animaduerteret Philopœmenem findendis lignis [...] re: Proh Iupiter! inquit, quid hoc Philopœmen! [...] maxime? Ad ea Philopœmen: pro deformitate, [...] riuſque corporis, pœnas luo. Voluit ipſemet pr[...] ſpiti & ſibi ipſi riſum. Res ſane feſtiuo ac faceto [...] quæque quo rarior, eo etiam fuerit lepidior. [...] *tarcho.*

*Stratonicus Muſicus*, cum in Pontum nauiga[...] Beriſadem veniſſet, diu apud eum moratus, [...] Græciam adornare fugam. Verum cum id re[...] paſſurus: Bene, inquit Stratonicus, cogitas, ô R[...] ris hic manere. Quo dicto, facetè ſuam indicabat [...]

...conſilium probabat quaſi ille de migrando cogitaſſet, ...niſi grauibus cauſis commotus, pararet abitum. *Athe-*

...ſe vehementer demirari aiebat Satyri ſophiſtæ matrem, ...decem menſes tuliſſet, quem nulla ciuitas decem dies ...ſet. *Eraſ. l. 6. apoph.*

...in ſacrificio tibia, inflaturo inſcito quodam tibicine. Bona ...ne oportet, inquit: libemus iam, atque deos precemus, *A-*

...Cleon citharœdus, cognomine Bos, nec recte pulſabat ly... plurimum diſſonabat ab eius fidibus cum cum audiſ... Aſinus (inquit) ad lyram, adagium olim fuit: nunc ...cendum, Bos ad lyram. *Athenæus eodem libro.*

...quodam ſciſcitante, quænam eſſent tutiſſima nauigia: ro... longa? reſpondit, quæ in terram ſubducta ſunt. Rhodi ...ſpecimen exhiberet, applaudente nullo abiit, theatro reli... Quandoquidem id vos non præſtatis, quod nullius eſt ...quomodo à vobis ſperare munus aliquod viritim poſſum? ...calceatio de muſica pertinacius cum ipſo altercanti, ani... adueitere dixit, propterea quod ſupra pedis malleo...eretur. Affine huic dictum eſt Apellis, ne ſutor vltra crepi... *...henæus eodem libro.*

...narum medicum dicebat, ægros quos tractaret, vno die ...migrarent, efficere: in agri Mileſii oppido quodam cum ...nationum miſcellani homines habitarent, omnia ſepul...gentiorum eſſe, ac conuenarum intuitus, faceſſamus hinc, in... ...ſolimori videntur hic alienigenæ, ciues autem nulli. Ma... quæ ciuitas erat luxui ac compotationibus diffluens, cum ...dam potans, ſi per ciuitatem oculis tectis duceretur, quo in ...tantis eſſet, coguiturum ſe dixit. Opertis deductus oculis, in...ntibus vbinam eſſet, in caupona, reſpondit: tanquam cau... tota ciuitas. Victis Sicyone qui aduerſus illum certaue... Æſculapii delubro trophæum erexit, inſcriptionemq; hanc ... Stratonicus de iis qui citharam male pulſant. Cuidam i...udanti vt nonnihil muneris auferret, maiorem ſe mendi... dixit. Pellæ ad puteum accedens, an eſſet potu ſalubris a...tatus eſt: reſpondentibus qui hauriebant, illam ſe bibere: ...m ſalubris, ait, quia luridi eſſent incolæ, & pallentes. *A-* *... vbi alia extant eiuſdem Stratonici iocoſa dicta, quæ ſuis ...opere continentur.*

...quidam cum in tabernam veniſſet, ibidemq; hoſpitis ...cum ancillis plus ſatis rixantem; in prandio ferre nequiret, ...conuerſus ad hominem. Ecqua, inquit, hæc eſt tua impatien... ...ego & triginta nunc annos huius clamores & inſaniam ...ſtesque pertuli, tu verò ne horam quidem eam ferre potes? ...dicto & hominis impatientiam leniit, & vxorem ab ira in ri...mmouit. *Adrianus Barlandus*

*...douicus Vndecimus Gal. rex*, audiens indoctum quendam, in...ſimam habere bibliothecam, dixit, Eum ſimilem eſſe gibbo... molem in dorſo portans eam nunquam aſpiceret, *Corroze-... dict. & fact. memor.*

¶ Fabvla.

Sus & Canis,

...ma ſibi conuicia ſus & canis faciebant. Sus per Venerem iu...ſe canem niſi deſinat maledicere, dentibus ſuis conſciſſuram ... Hanc irridens canis: per Venerem, inquit, venuſtum eſt iuſiu... ...m tuum. Nam te valde delectari Deam apparet, quippe cum ...n ſuum fanum admitti eos, qui guſtarint carnes tuas. Cui ſus, ...mor, reſpondit: enimuero illa me diligit, cum occiſores meos, ...ſos mihi prorſus repelli iubet à ſe. At tu fœtes tam viuus ... mortuus.

...et fabula prudentes, vt inimicorum conuitia & probra fa... ad laudem ſuam conuertant & contra illos retorqueant.

## Facies.

¶ Biblici Loci.

...cies, Hebræorum more, pro externa facie, & quaſi vultu re...m quarumlibet. *Matth.* 16.3. facies Dei, id eſt, diuinæ maieſta...ſtiæ, præſentiæ, potentiæ, indignationis, beneuolentiæ, deſi...no peculiaris, quæ ex contextus conſideratione facile diſcerni... *Gen.* 38. *Exod.* 33.11. *Num.* 6.25. *Iud.* 5.5. 1. *Sam.* 13.12. 1. *Chron.* 16.11. *Nehe.* 1.4. *Pſal.* 10.11. 1. *Cor.* 13.12. *Apoc.* 22.4. ...facies Dei Patris, *Matth.* 18.10. *Apoc.* 6.16. facies Chriſti filii Dei, ...me manifeſtandi & manifeſtati. *Eſaiæ* 50. 6. 7. *Daniel.* 10. 6. *Malach.* 3.1. *Matth.* 17.2. & 26.39.67. 2. *Cor.* 4.6. 2. *Theſſ.* 1.9. *Apoc.* 1.16. ...facies Iehouæ, arca fœderis, 1. *Sam.* 2. 18. & 21. 6. *Pſalm.* 24.6. ...23.5. & 95.2. & 114.7. facies, id eſt, os, vultus, conſpectus, præſen...tatus externus, ſermo, actio, conditio hominis, *Gen.* 2.7. & 16.8. *Eſai.* 3.15. & 20.6. & 37.6. *Marc.* 12.14. *Ioan.* 7.24. 2. *Corinth.* 5.12. & 10. 1.7. facies myſtica, *Cant.* 2.14. facies, id eſt, ſuperficies orbis, &c. *Gen.* 1.2. & 4.6. *Iob.* 37.12. *Eſai.* 19.8. *Ezech.* 37.2. *Matth.* 16.3. *Act.* 17.26. facies animalium variorum, *Ezech.* 11.19. *Dan.* 7.8. *Ioel.* 2. 3. &c. *Apoc.* 9.7. facies ſerpentis, draconis, Satanæ, *Apoc.* 12. 14. facies afflictionis variæ, *Eſai.* 19.16. *Ier.* 42.17. & 48.44. *Thren.* 5. 10. facies arcus, gladii, prælii, *Iob.* 19.29. *Pſal.* 60.6. *Eſai.* 21.15. facies rerum artific. *Exod.* 28.27. 1. *Reg.* 6 3. *Ezech.* 40.15. &c. facies venti, ignis, frigoris, *Pſal.* 18. 45. & 88.3. & 147.17. *Mich.* 1.4.

Facies Dei præcedebat Iſraelitas. *Exod.* 33. *v.* 14. 17. iuxta faciem non iudicat Deus, 1. *Samuel.* 16. 7. vt faciem ſuam oſtendat nobis Deus, orandum, *Num.* 6.25. Facie ad faciem locutus eſt Moſi Deus, *Exod.* 32.21. *Deuter.* 5. 4. & 34. 10. Facie adfaciem quando Deum ſimus cognituri. 1. *Corinth.* 13. 12. Vide 1. *Ioan* 3.2. in Faciem cadere Hebræis, eſt pronos adorare, *Matth.* 17.7. Facierum panes qui vocentur, *Exod.* 25. *Leuit.* 21. *Num.* 4. dicti quia ante faciem Dei ponebantur.

¶ Sententiæ Philosophorvm.

Faciem eam partem nominamus duntaxat in homine, quæ caluæ ſubiecta eſt. *lib.* 1. *de hiſt. c.* 8.

Quibus frons magna, ſegnes ſunt: quibus frons parua, mobiles: quibus lata, mente moueri idonei: quibus rotunda, iracundi. *ibidem.*

## Facilitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Facilitas, Græce εὐκολία, ας, ἡ, & εὔκολος, ου, ὁ, ἡ, dicitur. Sunt autem facilia, quæ vel ſine labore, vel breui tempore fiunt. *ſecund. Ariſtot. lib.* 1. *Rhet.* Erit itaque dictu vel factu facile, quod facile dici vel fieri poteſt. Cuius contrarium eſt difficile, quod non ſine labore fieri poteſt. Difficiles etiam terræ dicuntur quaſi ſteriles. *Virgil. Difficiles primum terræ, colleſque maligni.* Dicuntur autem hæc è facio.

¶ Poeticæ Sententiæ.

Lucret. 2.

*Sed neq; tam facilis res vlla eſt, quin ea primum,*
*Difficilis magis ad credendum conſtet.*

Ouid. 3. Triſt. 11.

*In cauſa facili cuiuis licet eſſe diſerto,*
*Et minimæ vires frangere quaſſa valent.*
*Subruere eſt arces & ſtantia mœnia virtus:*
*Quilibet ignaui præcipitata premunt.*

Manil. 3.

*Facile eſt ventis dare vela ſecundis,*
*Fœcundumq; ſolum varias agitare per artes,*
*Auroq; atq; ebori decus addere, cum rudis ipſa*
*Materies niteat.*

## Facundia.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

Facvndia Græce εὐστομία, ας, ἡ, & εὔστομος, ου, ὁ, facundus dicitur. Eſt autem facundia eloquentia, vnde facundus, fatu iucundus. *ſec. Acronem ſuper arte poet. Horat.* Diciturque facundia à fando, ita & facundus dicitur diſertus, & qui ea, quæ mente concipit, ad audientes facile atque ornate profert. Eritque facundia facultas diſſerendi cum gratia: & facunde aduerbium, pro diſerte. De hac materia vide ſupra in Concio & Eloquentia.

Vis facundiæ ea eſt, vt omnia conficere & ſubigere valeat. *Plut. in Demoſth.*

Eum qui in Rep. potentia præſtare velit, eam eloquentia ſibi parare neceſſe eſt: Contentum autem eſſe gloria facundiæ, inque eius ingluuie quaſi acquieſcere, non eſt ingenuum. *Idem in comp. Demoſth. & Ciceronis.*

¶ Adagia.

Attica muſa. Ἀττικὴ Μοῦσα.

*Pro venuſta lepidaq; oratione, Diogen. Laert.*

Lepos Atticus. Eloquentia Attica. *Hieron.*

*Inter reliquos Græciæ populos lepos & feſtiuitas quædam quaſi vernacula ac peculiaris eſt Atticis, adeo vt in prouerb. abierit.*

Cygnea cantio. κύκνειον ᾆσμα.

*Conueniet in eos, qui ſupremo vitæ tempore facunde diſſerunt.*

Tunc canent cygni, quum tacebunt graculi, τότ' ᾄσονται κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσι.

*Tum loquentur eruditi, quum garrulis non erit loquendi locus.*
*Aut inter garrulos & obſtreperos non eſt eruditis dicendi locus.*

Neſtorea eloquentia. Poetica mella.

*Neſtoris Pyliorum ducis facundia in prouerbium abijt, ſi quando ſenilem ſuauiloquentiam ſignificamus.*

Nihil ex agro dicis. οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις. *Suidas.*

*Nihil humile, neq; triuiale. Quod enim parum elegans, parum expolitum, id ex agro profectum dicitur. Contra, quod feſtiuum aut lepidum, id vrbanum ac ciuile vocatur.*

Nunc ipſa viuit ſapientia αὐτὴ νῦν σοφία ζῇ.

*Applaudentis & adgratulantis eſt ſermo, ſi quid aliquando videtur ſcite & arte dictum factumue, feſtiuius erit, ſi per Ironiam efferatur.*

Nunc ipſa floret Muſa. αὐτὴ νῦν ἀνθεῖ ἡ Μοῦσα.

*Vbi quid erudite, facunde, venuſte dictum aut ſcriptum videbitur. Et hoc venuſtius fiet per ironiam.*

Muſarum aues. Μουσῶν ὄρνιθες. *Theocrit.*

*Dicuntur poetæ, quod aſſidue carmina ſua modulentur.*

¶ EMBLEMA.

Facundia difficilis.

Emblema CLXXXI. Andr. Alciati.

*Antidotum Æææ medicata in pocula Circes*
*Mercurium hoc Ithaco fama dediſſe fuit.*
*Moly vocant: id vix radice euellitur atra,*
*Purpureus ſed flos, lactis & inſtar habet.*
*Eloquij candor facundiaq; allicit omnes:*
*Sed multi res eſt tanta laboris opus.*

*Vide Eloquentia, Oratio.*

# Fallacia.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

FALLACIA, quæ alio nomine dicitur locus ſophiſticus, quia ſe eſt cauſa fallendi, quantum eſt de ſe, licet aliquis non fallatur per ipſum in actu, niſi ignorantia adueniente. *B. Thom. opuſc.* 39.*c.*1.*final.* Fallacia à fando dicitur, vt Varroni placet quod fando decipiamus, & contra quem diximus, faciamus. Et fallax appellatur, qui mentiendo decipit: hinc refello, quod ita differt à purgo: vt refellere dicatur de eo, qui factum negat. purgare de eo, qui fatetur quidem factum, ſed defendit. Hinc etiam falſarii dicuntur, qui decipiendi gratia publica ſcripta falſificant, & falſifico verbum, à quo falſificatio & falſitas, de qua infra.

Fallacia, Græc. ἐξαπάτη, Hebr. variis vocibus fallacias multiplices depingunt, id eſt, *Beghedh*, præuaricatio, excurſio, veſtis quæ diffluit & excurrendo aperitur à verbo *Baghadh*, transgreſſus eſt metā, currit extra lineas, quemadmodum veſtis a ſuperbe incedentibus variè diſcutit ſuas flexuras. Ita fallaces homines ſuas impoſturas (Gall. *Bagatelles*) paulatim explicant. 2. *Hethel*, id eſt, doloſus fuit, fallaciter egit, fefellit nugis & mendaciis. Cognationem habet cum *Talah*, ſuſpendit, nam ſuſpenſum aliquem tenere vanis promiſſis, eſt fallere, quod & Latini dicunt ſuſpendere naſo. Hinc Græc. ὑθλέω nugis aliquem decipio: ὕθλοι nugæ. Hebr. *hathulim*, & *hathalloth*, Iob.17.2. Eſ.30.10.3. *Cachaſch.* verbum ſignific. negauit, denegauit, mentitus eſt. Cognationem habet cum *Schachac*, oblitus eſt, & *Caſchac*, obtenebratus. fallaces enim memores non ſunt, ſed tenebricoſis inuoluti, à verbo fit nomen idem, *Caſchaſch*, fallacia, mendacium, denegatio: Oſee, 10.13. Nahum.3.1.4. A verbo *Cazab*, mentitus eſt, fefellit (cognationem habente cum *Caſchaph*, faſcinauit) fluit nomen *Cazab*, & *Achzab*, mendacium, fallacia, falſitas, Pſ.5.7. Mich.1.14.5. Verbum *Pittah*, in ſecunda coniugatione, ſign. illexit, decepit. cognationem habet cum *Phatha*, fatuus, fatui enim facile credunt & perſuadentur. Hinc πείθω, ſuadeo, ἀπατάω, decipio. *Pethi*, fatuus, qui facile fallitur: *Pethaiuth*, perſuaſio, fallacia, fatuitas eius reſpectu qui fallitur.

Falſitas Græce ψεῦδος, εος, τὸ, ac mendacium, ψευδής, έος, ὁ, falſus à ψεύδω, fallo dicitur. Eſt autem falſitas, qua putatur eſſe, quod non eſt. *ſec. Aug.* 7. *l. Confeſſion.*

Falſitas conſiſtit in æqualitate rei, & intellectus. *ſec. B. Thom. in q. de Veri. q.*1.*art.*10.

Falſum eſt ſignificatio rei, non ita ſe habentis. *ſec. Aug.* 1. *in doctrina Chriſt.*

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Ter. Andr.

*Fallacia alia aliam trudit.*

Ouid. 1. Art.

*Tuta frequensq; via eſt per amici fallere nomen.*
*Tuta frequensq; licet ſit via, crimen habet.*

Ibidem.

*Fallite fallentes: ex magna parte profanum.*
*Sunt genus: in laqueos quos poſuere cadant.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Fallaciæ præſertim mulierum exempla: Serpens, *Gen.*3.v.4. Duæ filiæ Loth, 19.*v.*31. Rebecca, 27.*v.*6.7. Rachel, 31.
13.14. Vxor Potipharis, 39.*v.*17.18. Rahab, *Ioſ.*2.
v.16.17.18. Dalila, 16.*v.*15.16. Micha, 1. *Sam.*19.v.12.
thas, 20.*v.*21.22. Dauid, 26.*v.*10.11.12. Mulier Th
6. Mulier quædam, 17.*v.*19. Iudith, *Iudith.*11.4.

¶ APOLOGI SEV FABVLÆ.

Leo & Vulpes.

*Leo* ſenio confectus, cum vires non ſuppeterent
dum callidum cœpit conſilium ſuſtentandi vitam.
quaſi periculoſo morbo correptus, decumbens,
ſendum paſſim animantes reliquæ aduenirent,
uorabat. Atq; ita magna beſtiarum multitudine
accedit tandem & vulpecula ad antrum, & ante
tans atq; circumſpectans. Tum leo, quid ceſſet, cur
rogat. At illa, id quod Horatius verſibus retulit,

*Quia me veſtigia terrent.*
*Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla retro*

Fabula docet, prudentes ante pericula cauere ſibi,
bus mala portendantur, notare, & hæc effugere.

Fur & Canis.

Fur allatranti cani offerebat panem. Cui canis:
quit, ſatiatus, quum tu domum noſtram compilaueris,
vnde mihi mox cibum petam, aut quomodo ſedabo
Fabula docet, cauendas fraudes fallacium, neque
ſed conſilia ſpectanda eſſe. Referri & ad illud poteſt
conſultis memoratur:

*Tolle voluntatem, nec erit diſcrimen in actu.*

Quæ ſententia in conuiuio Platonis elegantiſſime
*Expoſita & à Gellio lib.*17.*c.*20.

# Fama.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

FAMA, Græce φῆμις, ιος, vel φήμη, ης, ἡ, eſt illæſæ
legibus & moribus comprobatus.

Fama eſt inanis de aliqua re rumor, ſine veri cog
nus, ſiue malus. Et hoc tantum differt à rumore,
per de re recenti dicitur: fama etiam de re inueterata
hominum opinione, quamuis incerta.

Famam à fando dici putant, vt ſit, quicquid de ali
ſiue in bonum, ſiue in malum.

Heb. *Schemach*, auditus, quod gallicè dicimus,
bo *Schamach*, audiuit. Nihil enim aliud eſt fama qu
dam per aures ſparſus & longe lateque poſtea del

Fama Dea, terræ filia dicitur. Nam cum bellum
tatem inter Gigantes Titani ac Terræ filios, & Iouem
iamq; paſſim Terræ filii à Ioue ac cæteris diſtruc
nimio dolore Terra, quum ſibi aduerſus hoſtes tam
deeſſent, vlciſci tamen, quàcunq; via poſſet illatam
gitans, coacta vtero, Famam enixa eſt, quæ ſuperum
bem terrarum diſſeminaret.

¶ BIBLICI LOCI.

Fama bona præſtantior diuitiis, eoque expetenda
*Eccleſ.*7.*v.*1.2. *Eccleſ.*41.*v.*15.16. quatenus illius hab
12.17.2. *Corinth.*5.12. & 6.4. & 8.2. & 13.7. 1. *Timoth.*
& 3.16.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Fama bona impinguat oſſa. *Prou.*15.

Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ
enim & aurum gratia bona. 22.

Melius eſt nomen bonum quam vnguenta pretioſa
tis, die natiuitatis. *Eccl.*7.

*Diligenter conſeruanda.*

In omnibus operibus tuis præcellens eſto.
Ne famæ tuæ maculam imprimas. 33.
Curam habe de bono nomine. Hoc enim magis
quam mille theſauri pretioſi & magni. Bonæ vitæ
bonum autem nomen permanebit in æternum. 41.

¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Non ſunt audiendi ſiue viri ſancti, ſiue fœminæ
reprehenduntur in aliqua negligentia, per quam
veniant ſuſpicionem, vnde vitam ſuam longe abeſſe
cunt, coram Deo ſufficere ſibi conſcientiam,
minum non ſolum impudenter, verum etiam crudeliter
mnentes: quum occidant animas aliorum, ſiue blaſphe
viam Dei, quibus ſecundum ſuſpicionem quaſi
ſta eſt, diſplicet vita ſanctorum: vel etiam cum
tantium non quod vident, ſed quod putant.

…bus flagitiorum atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſi- …facit. quisquis autem etiam famam, & in aliis eſt miſeri- …Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra. *Am-* …*de bono viduitatis: & habetur* 11. *quæſtio*, 3. *Non ſunt au-* …

…ete omnes ſuſpiciones, & quicquid probabiliter fingi poteſt, …ne fingatur, ante diuita. *Auguſt. lib. Confeſſion.*

…Doctor bonam eligat vitam, vt etiam bonam non negligat …*idem li. de doctrina Chriſt.*

…rumor cito opprimitur, & vita poſterior indicat de priore. …præterito fama mentita eſt, aut certe verum dixit: ceſſet vi- …ſſabit & rumor. *Hier. ad Marcel.*

Opera ſalutis ſine fama boni odoris non ſatis relucent audi- …: nec fama ſine opere proficit, ſine quibus forma veri ſacer- …non commendatur. *Hieron. ſuper illud Matth.* 4. *Abijt opinio* …

…plurimi, qui vitam bonorum, fortaſſe amplius quam de- …laudant: & ne qua elatio de laude ſurrepat, permittit omnipo- …Deus malos in obtrectationem & obiurgationem prorumpe- …ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vitu- …rium ſuffocetur. Hinc eſt, quod Doctor gentium ſe in prædi- …e currere teſtatur inter infamiam & bonam famam: qui et- …tur, vt ſeductores & veraces. *Greg. & habet.* 6. *q.* 1. *Sunt pluri-* …

Habet proprium antiqui hoſtis inuidia, vt quos in prauorum …rum præparatione Deo ſibi reſiſtente decipere non valet, opi- …nes eorum falſa ad præſens inſinuando, dilaceret. *idem in Re-* …*ſtr.*

Diſce bono flagrare præconio. Cuſtodi bonam famam tuam. *Iſi-* …*ſiue ſoliloquior. l.* 2. *c.* 27.

…animi ſignum eſt fame diligere commodum, & lucra cau- …m negligere. Nam qui affectat famæ commodum pecuniæ ne- …augmenta. *Caßiod. l.* 1. *epiſt.* 3.

…ſis facultas tunc fit ditior, cum remittit & acquirit the- …famæ, neglecta vtilitate pecuniæ. *idem.*

Nemo futurum putat diligentem, quem in ipſa nouitate opera- …ſuæ non videt eſſe cuſtodem. Prouidus inſtitutor hortũ ſuum …ditur ornare plantariis, vt reddant fructus optatos, quæ …fuerant exculta laboribus. *idem.*

Laborem quippe non refugit, qui virtutis gloria concupiſcit, …*epiſt.* 20.

…cognoſcitur, quisquis fama teſte laudatur. Dum enim …plurimum, quæ ſolet habere faſtidium, bonum nomen repe- …ſemper efficitur glorioſum. *idem l.* 2. *epiſt.*

…eſt de perpetua vita, quam de fama cogitare: noſtra enim …mortem non opuſcula, ſed opera ſunt penſanda, quia ſi aliquid …noſtrum eſt, ſi quid habemus, alienum eſt. *idem.*

…perationem generant, quæ in mediis conatibus ægra deſer- …*idem l.* 4. *epiſt.* 31.

…chrum eſt commodum famæ, fœda neglexiſſe lucra pecuniæ. …*lib.* 4. *epiſt.* 12.

…dum aſſidui labores & ipſas ingratas faciunt dignitates. …pondus inuidiæ eſt ſplendere ſingulari claritate, & morum …non lucere. *idem lib.* 6 *epiſt.* 12.

…rat eruditus, vbi poſſit exiſtere glorioſus. Prudens frequen- …non reſpuat hominum, in qua ſe nouerit eſſe laudandum. A- …virtutibus fama tollitur; ſi eorum fama in hominibus non …*idem lib.* 6. *epiſt.* 88.

…naturæ theſauris reponimus, quod famæ commodis appli- …*Caßiod. lib.* 8. *epiſt.* 23.

…famæ hæc eſt glorioſa proprietas, vt appetitores ſui con- …, appetat contemptores: famam fugiendo conſequitur, …perderet in conſequendo. *Alanus de complanctu Naturæ.*

Nam omnino fingendarum ſimilitudinum ratio idcirco ab om- …inuenta eſt, vt poſſit eorum memoria retineri, qui vel morte …, vel abſentia fuerant ſeparati. *Lactant. Firmian.* 2. *diuina-* …*inſtitutionum.*

§ POETICÆ SENTENTIÆ.

Virg. 4. Aen.

*Extemplo Libyæ magnas it fama per vrbes,*
*Fama, malum, quo non aliud velocius vllum:*
*Mobilitate viget, vireſq́; acquirit eundo.*
*Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras,*
*Ingrediturq́; ſolo, & caput inter nubila condit.*
*Illam terra parens ira irritata Deorum,*
*Extremam, vt perhibent Cœo, Enceladoq́; ſororem*
*Progenuit pedibus celerem & pernicibus alis,*
*Monſtrum horrendum, ingens: cui quot ſunt corpore plumæ,*
*Tot vigiles oculi ſubter (mirabile dictu)*
*Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſurrigit aures.*
*Nocte volat cœli medio, terraq́; per vmbram*
*Stridens, nec dulci declinat lumina ſomno.*
*Luce ſedet cuſtos, aut ſummi culmine tecti;*
*Turribus, aut altis, & magnas territat vrbes,*
*Tam ficti, praniq; tenax, quam nuntia veri.*

Ouid. 9. Met.

*Fama loquax peruenit ad aures*
*Deianira tuas, quæ veris addere falſa*
*Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit.*

Idem 12. Met.

*Orbe locus medio eſt inter terraſq́; fretumq́;,*
*Cæleſteſq; plagas, triplicis confinia mundi:*
*Vnde quod eſt vſquam, quamuis regionibus abſit,*
*Inſpicitur, penetratq́; cauas vox omnis ad aures.*
*Fama tenet, ſummaq́; domum ſibi legit in arce,*
*Innumeroſq́; aditus, ac mille foramina tectis*
*Addidit, & nullis incluſit limina portis.*
*Nocte dieq́; patet: tota eſt ex ære ſonanti,*
*Tota fremit, voceſq́; refert, iteratq; quod audit.*
*Nulla quies intus, nullaq́; ſilentia parte:*
*Nec tamen eſt clamor, ſed paruæ murmura vocis.*
*Atria turba tenet, veniunt leue vulgus, euntq́;*
*Mixtaq; cum veris paſſim commenta vagantur*
*Millia rumorum confuſaq́; verba volutant,*
*E quibus hi vacuas implent ſermonibus aures,*
*Hi narrata ferunt alio, menſuraq́; victi*
*Creſcit, & auditis aliquid nouus adijcit auctor, &c.*
*Ipſa quid in cœlo rerum, pelagoq́; geratur,*
*Et tellure videt, totumq́; inquirit in orbem.*

Idem 4. Pont. 4.

*En ego lætarum venio tibi nuntia rerum*
*Fama per immenſas aere lapſa vias.*

Martialis 7.

*Certus abeſt auctor, ſed vox hoc nuntiat omnis,*
*Credo tibi, verum dicere fama ſolet.*

Plaut. Perſ.

*Inimici famam non ita, vt nata eſt ferunt.*

Horat. ſerm. 2.

*Vnde*
*Fama malum grauius, quam res trahit, an tibi abundè*
*Perſonam ſatis eſt, non illud, quicquid vbiq;*
*Officit, euitare? bonam deperdere famam, &c*

Plaut. Moſtell.

*Ego ſi bonam famam mihi ſeruaſſo, ſat ero diues.*

Boeth. 27.

*Quid ò ſuperbi colla mortali iugo*
*Fruſtra leuare geſtiunt?*
*Licet remotos fama per populos means*
*Diffuſa linguas explicet,*
*Et magna titulis fulgeat claris domus,*
*Mors ſpernit altam gloriam.*
*Inuoluit humile pariter, & celſum caput,*
*Aequatque ſummis infima*
*Vbi nunc fidelis oſſa Fabricij manent?*
*Quid Brutus, aut rigidus Cato?*
*Signat ſuperſtes fama tenuis pauculis*
*Inane nomen literis.*
*Sed quid decora nouimus vocabula,*
*Num ſcire conſumptos datur?*
*Iacetis ergo prorſus ignorabiles,*
*Nec fama notos efficit.*
*Quod ſi putatis longius vitam trahi*
*Mortalis aura nominis.*
*Cum ſera vobis rapiet hoc etiam dies,*
*Iam vos ſecunda mors manet.*

Auſon. Epigr. 35.

*Miremur periiſſe homines? monumenta fatiſcunt,*
*Mors etiam ſaxis nominibuſq́; venit.*

Ouid. 2. Faſt.

*Fama manet facti, poſito velamina currunt:*
*Et memorem famam, qui bene geſſit, habet.*

Idem Epiſt. 21.

*At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictant,*
*Iam canitur toto nomen in orbe meum.*

Idem 3. Pont. 2.

*Corpora debentur mæſtis ex ſanguia buſtis.*
*Effugiunt ſtructos nomen honoſq́; rogos.*
*Occidit & Theſeus & qui tumulauit Oreſtem.*
*Sed tamen in laudes viuit vterq; ſuas.*

Seneca in Hercule furente Tragœ. 1.

*Sic ſtatue quicquid ſtatuis, vt cauſam tuam,*
*Famamq; in arcto ſtare, & ancipiti ſcias.*

Idem Tragœd. 4.

*Contemne famam, fama vix vero fauet,*

### ❡ Sententiae Philoſophicae Et Hiſtoricae.

Ea eſt gloria, laus recte factorum, magnorumque in Rempubl. meritorum, quæ tamen optimi cuiusque magnitudine & teſtimonio comprobatur. *Cic. in Phil. lib.* 1.

Nihil eſt deteſtabilius dedecoratione, nihil fœdius ſeruitute. Ad decus & libertatem nati ſumus, aut hoc teneamus aut cum libertate moriamur, dedecus virtus propulſare ſolet. *idem lib.* 3.

Quid poetæ? nonne poſt mortem nobilitari volunt? vnde ergo illud?

*Aſpicite ô ciues, ſenis Ennij imaginis formam.*
*Hic veſtrûm pinxit maxima facta patrum.*

Mercedem gloriæ flagitabat ab iis, quorum partes affecerat gloria. Idemque,

*Nemo me lachrymis decoret, nec funere fletum*
*Faxit. cur? volito viuus per ora virûm*

Sed quid poetas? Opifices etiam poſt mortem nobilitari volunt. Quid enim Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Mineruæ, cum inſcribere non liceret? Quid noſtri Philoſophi? Nonne in his ipſis libris, quos ſcribunt de contemnenda gloria, ſua nomina inſcribunt? *Cic. l.* 1. *Tuſc. quaſt.*

Non tenebræ, non ſolitudo obſtat, quo minus in vulgus dimanet, quicquid egerit princeps: Nam lux principatus omnia reddit conſpicua, intentaque tot in ſe virûm ora fallere, vt maxime velit non tamen poteſt. Loquax enim fama, vel abditiſſimos receſſus explorat ac patefacit. *Ludouic. Viues in epiſt. quadam in Henric.* 8. *Angliæ Reg.*

Fama, quam ſequimur, ventus eſt, fumus eſt, vmbra eſt, nihil eſt: itaq; facillime recto atq; acri iudicio contemni poteſt. Quod ſi forte, quoniam generoſos animos familiaris hæc peſtis inſequi ſolet, appetitum hunc radicitus extirpare non poteſt, excreſcentem rationis falce compeſce. Parendum tempori, parendum rebus eſt. Deniq; vt ſententiæ meæ ſummam breuiter expediam, virtutem cole, dum viuis: famam inuenies in ſepulchro. *Pet. ad Thomam Meſſanenſem. Famam ante mortem non eſſe appetendam.*

Parente Deo fama non faciet in populos dimiſſa vel diffuſa notitia: nemo nouit Deum, multi male de illo exiſtimant & impune. *Sen* 31. *epiſt.*

Male de te opinantur homines: bene autem loqui neſciunt, faciunt non quod merearis, ſed quod ſolent ipſi homines, de malis loqui, moleſtum ſi quid mentiuntur: ſic immerito minimæ innocentiæ nunc maxime gaudeo. Apparet enim illos vera obiecturos ſi poſſent. *lib. de morib.*

Male autem de te opinantur homines: ſed mali. Mouerer, ſi de me Marius, ſi Cato, ſi Lælius ſapiens, ſi alter Cato, ſi Scipiones duo iſta loquerentur; mouerer, ſi hoc iudicio facerent, quod nunc morbo faciunt. *De remed. for.*

Bona opinio hominum tutior eſt pecunia. Bonum quod eſt, ſupprimitur, nequaquam extinguitur: bona fama in tenebris propriũ ſplendorem tenet *ibid.*

Damnum appellandum eſt, quum mala fama luſtratur: honeſtus tumor alterum eſt patrimonium. Vis omnibus eſſe notus? prius effice vt neminem noueris. *in Prou.*

Homines famam rerum antea geſtarum, etiam ſi illis domeſticæ fuerint, alii ab aliis, nullo iudicio examinatam, ſine diſcrimine arripiunt. *Thucyd. lib.* 1.

Plerumque in nouitate fama antecedit, *Cæſar, libro* 3. *de bello ciuili.*

Incerta in maius vero famâ ferri ſolent. *Liuius. Decad.* 3. *lib.* 1.

Famâ bella ſtant, & is qui recedit fugere creditur. *Curtius, lib.* 3. fama infirmiſſimum aduerſus viros fortes telum, *libro* 4. famâ maximum in bello momentum. *libro* 5. famâ bella conſtant, & ſæpe etiam quod creditum eſt, veri vicem obtinuit. *libro* 8. Nunquam ad liquidum fama perducitur, omnia illa tradente maiora ſunt vero *lib.* 9.

Vnum eſt inſatiabiliter parandum, proſpera ſui memoria: nam contemtu famæ contemnuntur virtutes. *Tacitus, Annal. lib.* 4. fama in nouis cœptis validiſſima eſt. *lib.* 13. Magna moræ rei fama plurimum in conſiliis valet. *lib.* 15.

Credula fama inter gaudentes & incurioſos. *Tacit. hiſt. lib.* 1. malè coercitam famam ſupprimentes augent. *idem eod. lib.* vera & falſa, procurante fama, in maius innoteſcunt, *lib.* 4. famæ etiam boni ſæpe indulgent. *In vita Agricolæ.* Hanc ſemper errat fama, aliquando & eligit. *ibid,*

Contemptio boni nominis vitium eſt cum impudentia & inſania quadam coniunctum. *Plut. in Alcibiade.*

Fama res maximas, vel obumbrantibus plurimis, ſilere neſcit. *Amm. Marcel. lib.* 16.

Credimus (neque enim dubium eſt) per aerios tramites famam præpetem volare. *idem. lib.* 18. fama rumorum nutrix maligna, *idem lib.* 31.

Fama nihil imperueſtigatum aut occultum ſin... *minat in Io. Comneno.*

Ea quoque quæ ſub terra latent fama perſpicit, & ... tanquam iam facta promulgare ſolet. *idem in A...* *lib.* 1.

Fama ſæpe veritatem opprimit, nec certi quicqu... *in Alex. Angelo, lib.* 2.

Non ſemper famæ præbendæ ſunt aures, nec ſi ... forti celebrat, is ſtatim, vt talis, eſt formidandus, nec ... mido traducitur, ſpernendus & reiiciendus eſt. Sed ... mnino vana, præſertim tam celebris, non quidem ... nenda, ſed ad res geſtas, eorum qui vel malè vel bene ... quam ad Lydium lapidem exigenda, ſæpe etiam ... permittendum, & ſic ea vel tanquam vera probanda ... repudianda. Aures enim non vident ipſam rem, ſed ... guarum, & ſæpe aduerſarum ſtrepitum conſeruant. ... tus eſt rerum arbiter. *idem lib.* 1. *in Alex. Ang.*

Fama nihil vanius, nihil rumoribus magis mend... *Æmyl. lib.* 10.

### De famæ ſpe. Dial. CXVII.

*Franciſci Petrarchæ.*

G a v.

Meritis poſt obitum famam ſpero. R. Multi fa... ſperant, cum Infamiam mereantur, & ceu viatores ... cedere æſtimant, retrocedunt. G. Famoſus ſum ... que poſt mortem ero. R. Eſt hoc fateor in nonnullis ... Annæus Seneca in epiſtola quadam habiturum ... poſteros vaticinatur. Et Statius Papinius præſentem ... gnum iter ſuo operi ad futuros ſtatuiſſe ait. Et O... nomen indelebile futurum, ſeque ore populi legend... milia ſæcula fama victurum præſagit, neque ... fallitur. Sed quam multos putas idem ſperante... ſpem? Multi hoc idem de ſeipſis crediderunt. G. ... dum viuo, cur non famoſior ſum poſt mortem? R. ... dianum & vulgare eſt, vt multi in via famoſi & cla... ſint incogniti & obſcuri, miraris? cauſa rei huius ... fabilitas quædam, ſermo comptus ac lepidus, bla... um, clara frons, benigna ſalutatio, beneficia in vicin... clientes, hoſpitalitas in externos, in cunctos vrbanit... milia viuentibus famam quærunt, ea vero mor... non durant, niſi forſitan quam diu qui illos nou... quod ipſum quam breue ſit conſpicis, quomodo ... in ſolido radicata? naturale eſt vt debiliter, leuit... ter dilabantur, vt ſit fama durabilis, aut vitæ ſancti... claritas, aut inſignis ſcriptorum præſtabit elegan... loquaces iſti & vrbani qui togati, ac gemmati po... oſtenduntur, non niſi quantum loqui poterunt, ... cognoſcentur. Durum, hos apparatus, tam celeriter ... hanc ſcientiæ nubem, hæc verborum tonitrua ... euaneſcere, durum fateor, ſed ſic eſt. Nam nec ... nium præbuerunt ambitioni, aut lucro, aut ſomno ... præbeat metuerunt. G. Famam inueniam poſt mor... hil vnquam mortuis profuit, viuis ſæpe etiam noc... perniciem, ac mortem Ciceroni, ac Demoſtheni ... rum fama conſciuit? Idem de Socrate, ac Zenone, & ... poteſt, noti omnes. Quid vero niſi fama ſcienti... cauſam filio Gnoſii Regis Androgeo, vt ab Athen... retur? Quid Oete Colchorum Regi Argonautas ... aiunt) viros, vere autem prædones niſi fama diui... ſignificaſſe aliud credimus famoſum illud aureum ... ſi opes multas lateque vulgatas? Quibus diuites ... inopes verarum, velut arietes velleribus veſtiuntur. G. ... R. Vt ſit ita, quid hinc magnum concipis? eſſet ali... ſi notitia comes eſſet, vt plerunque accidit in viuis. ... dari proderit ab his qui te ſi videant non agnoſcan... 10, ſi Homerum videas, & Achillem, ſi Vergilium & ... quid non ignoti abibunt? Cum tam nota de tam cla... Crede mihi. Spes veſtræ magna ex parte dupliciter ... nec ſperata proueniunt, nec vt proueniant, afferunt ... tunt. Fere enim plus in ſpe ſunt humana omnia quam ... igitur ſpes inanes, & vana deſideria, contemptiſque ... tandem, & optare diſcite, & ſperare cœleſtia.

### De ſtudio famæ in morte. Dial. CXI...

D o l.

Quid de me poſt fata dicent homines? R. ... citudo: hoc à iuuentute prouiſum eſſe debuis. Q... num vita, talis eſt fama. D. Quid de me loquen... ſpondeam niſi illud doctiſſimi atque omnium eloq... ceronis. Quid de te alii loquantur ipſi videri...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

[illegible] Sermo autem omnis ille anguſtiis cingitur his regionum, [illegible], nec vnquam de vllo perennis fuit, ſed obruitur hominum interitu & obliuione poſteritatis extinguitur. D. Quid de me [illegible] homines, qui poſt me naſcentur? R. Dicerem aliter iſta quam [illegible] melius dici poſſe crederem. Quid autem inquit, intereſt [illegible] qui poſtea naſcentur, ſermonem fore de te, cum ab his nullus [illegible] qui ante te ſunt nati? Vnum addidit, quod tunc forſan du[illegible] forſan falſum tunc certiſſimum & abſque vlla prorſus hæ[illegible] verisſimum eſt. Qui nec pauciores inquit, & certe meliores [illegible] viri. Nam quis eſt (oro) iam qui dubitet nunquam qua[illegible] futuros homines, ita in peius inclinata omnia, ruinæque [illegible]? Cura ergo mirabilis ignotorum, atque imparium dicta [illegible] cum excellentium ac notorum opiniones ac verba con[illegible] D. Quæ mihi fama erit extincto? Facile melior quam vi[illegible] ſiluerit liuor. Raro enim vitæ hominum ſuperſtes inui[illegible] autem virtus radix eſt gloriæ, ſic deceptrix inuidia: vtque [illegible] pollex præſens impedit, ſic amotus veræ laudis reſtituit in[illegible]. Itaque multis buſti limen inuidiæ inacceſſum magnæ [illegible] veſtibulum fuit. D. Quantum me longa manet fama? R. [illegible] forſitan vt vos longum dicitis, vere autem apud vos nihil [illegible]: vt vero non modo longa ſint omnia, ſed æterna ſola [illegible] efficere potens eſt, præcipueque iuſtitia, de qua ſcriptum eſt, [illegible] æterna erit iuſtus, quod vt potius Poeta noſter expreſ[illegible] ait) *Sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus*. D. Qua[illegible] obitum fama ero? R. Quid refert quale ſit, quod mox vel ne[illegible] vel contemnes, quid ad te hominum flatus, dum tu flatu cari[illegible]? Spirantem veſci, delectari auris non miror, at defunctum [illegible]. D. Quid de me poſt obitum dicetur? R. Et quid putas niſi [illegible] merueris bonum, malum, multum parum, nihil: in quibus[illegible] mendax, ſed in pluribus verax fama eſt, alioqui longa vtique [illegible] ſummitatis fundamentum veritas. Ruinoſum atque im[illegible] mendacium. D. Qualis mihi poſt exitum fama erit? R. Qualis [illegible] fuit vita, nec minus exitu. De hoc ergo tempus omne [illegible], ſed inprimis præſens hora viderit. Sic enim habeto [illegible] quiſque dignus ſit fama poſt mortem nulla re melius quam [illegible], quippe cum multos per omnem vitam inglorios & [illegible] ſola (dictu mirabile) mors illuſtret.

## ¶ Apophthegmata.

[illegible] interrogatus ab amico quodam, quantum veritas abeſſet [illegible]: Quantum reſpondit oculi diſtant ab auribus. Voluit, [illegible], ea non ſemper certa eſſe: quæ communi fama ſpar[illegible] hominum caterua. Fama quippe (vt Maro ait) mobilita[illegible], vireſque acquirit eundo, quo fit, vt falſa multoties veritati [illegible]. Veriora igitur ſunt ea quæ præſentibus oculis intue[illegible] quæ ab aliis falſa relata audimus. *Eraſmus libro octauo* [illegible].

[illegible] Quum de parta quadam victoria nuntium accepiſſet, [illegible] ad populum retulit: vtque ſupplicationibus immortali[illegible] decerneretur perſuaſit. Aliquanto poſt, quum certior nuntius [illegible] acceptæ cladis, populo indignante quod deluſus eſſet: [illegible] inquit, veſtrum quicquam damni accepit, quod totum hoc [illegible] mea opera hilares lætique fuiſtis? *Eraſm. lib. 6. apoph. Fulgentius lib. 4. c. 18. ex Plut.*

[illegible] rogatus, quo facto quis poſſet honeſtam aſſequi famam? [illegible] inquit, eſſe ſtudeas, qualis haberi velis. Veluti ſi quis bonus [illegible] haberi cupiat, ea præſtet oportet, quæ a probatis tibicinibus [illegible]. Quemadmodum qui medendi eſt imperitus, non ideo [illegible] eſt, quod pro medico aſcitus eſt, & vulgo medicus appel[illegible] non ſtatim princeps eſt, aut magiſtratus, qui populi ſuf[illegible] declaratus ſit, niſi ſciat artem gubernandæ ciuitatis. *Eraſ. l. 3.*

[illegible] pulchritudinem famæ dicebat cito marceſcere ex inuidia, [illegible] morbo quodam. *Stob. ſerm. 28.*

*[illegible]* interrogatus, quo pacto quis honeſtam famam aſſequi [illegible] reſpondit, Si bene vis audire, diſce bene loqui. & cum bene [illegible] didiceris, recte facere conator, & hoc modo bonam famam [illegible]. *Stob. ſer. 3. de Temp.*

[illegible] Si cupis, inquit, bene audire, diſce bene dicere. Doctus au[illegible] bene loqui da operam vt recte agas; atque ſic perfrueris bona [illegible]. *Stob. ſer. de virtut.*

*[illegible]crates.* Plus tibi curæ ſit vt honeſtam famam, quam diuitias [illegible] liberis relinquas. Nam hæ mortales ſunt, illa vero immorta[illegible]. *Stob. ſer. 46.*

*Ageſilaus* interrogatus, qua ratione potiſſimum quis aſſequi [illegible], vt apud homines honeſtam haberet famam? Si loquatur, [illegible] quæ ſunt optima, & faciat quæ ſunt honeſtiſſima. Quid dici [illegible] breuius? Ac rurſus quid abſolutius? Siquidem fucis parta [illegible], vt non eſt vera gloria, ita nec diuturna eſt. *Plutar. in Lacon.*

## ¶ Similitudines.

*Luciani.* Studioſi diſcipuli, quicquid præceptor dicit aut facit, laudare ſolent, ac imitari. Tibi vero ſunt negligenda omnia quæ temere dicuntur: amplectenda, quæ rationibus probantur. *in epiſt. ad Philopatrem, fol, 433.*

*Plutarchi.* Delia cum nauigium, dum ſubinde ſarcitur, & reconcinnatur, veluti perpetuum in multa ſecula redditur: Sic famæ ſemper aliquid adiiciendum, ne collabatur. *In Moralibus.*

*Ignis ſemel* accenſus facile ſeruatur, extinctus haud facile reaccenditur: Ita famam tueri facile eſt, extinctam non facile eſt reſtituere. *Idem.*

*Seneca.* Vt vmbra aliquando antecedit, aliquando ſequitur: Sic quibusdam ſtatim contigit fama, quibusdam poſt mortem: deniq; ea quò longius ſequitur, hoc maior eſſe ſolet,

*Iouiani Pontani.* Quid improbius, quam infamiam non vereri? Quam qui non veretur hic (quod longiſſime diſceſſit à fortitudine) impudentiſſimus ſit, neceſſe eſt. Nihil autem tam eſſe poteſt alienum ab eo viro quem iure omnes non ſolum probant, verum etiam admirantur (cuius etiam proprium eſt, agendis honeſtis decus aſſequi) quam impudentia, atque improbitas: quæ labes totius eſt honeſtatis. Quotus etiam pater eſt, qui filio grauius ægrotanti, aut manum in acie cum hoſte conferenti, non timeat etiam quam grauiſſimè? Quod quidem humani atque amantis patris eſt, non imbecilli & fracti hominis. Quis rogo niſi impuriſſimus idemque abiectiſſimus, filiarum atque vxoris pudicitiam ſecurus neglexerit, de qua probatiſſimus quisque maxime ſolet eſſe ſolicitus? *De fortitudine lib. 2 c. 5.*

*Anonymi.* Vt aromata tum vehementius fragrant, cum mouentur aut teruntur; franguntur ve: ita virtutis fama latius ſpargitur, cum exercetur negotiis & rebus aduerſis. *in Simil.*

*Medici vetant* vti halacacabo, quamquā dentib. firmandis prodeſt, ſi eius ſucco colluantur propterea ꝙ periculum eſt, ne ſi diutius id fiat, delirationem gignat, & plus afferat incommodi, quā commodi: Ita non eſt vtendum his literis, quæ ſic linguam expoliunt vt mores inficiant: aut non conuenit ſequi, quæ ſic augent rem, vt famam lædant. *ibid.*

*Vt ingentes* obeliſci magno quidem negocio ſtatuuntur & collocantur ob immenſum molis pondus, ſed collocati ſemel, infinitis durant ſeculis: Ita arduum eſt virtutis aut ſapientiæ parare famam, ſed parata nunquam intermoritur. *In Simil.*

*Vt venti* deſituri vehementiſſime ſpirare ſolent: Ita mortales cum maxime efferunt ſeſe, veluti Iulius pontifex, tum proximi exitio ſolent eſſe. *idem.*

## ¶ Exempla Biblica.

Famæ bonæ exempla. Salomon, 1. *Reg.* 10. 1. 2. 3. *Paral.* 9. 1. 2. *Matt.* 12. 42. *Luc.* 11. 31. Mardochæus, *Eſth.* 9. 4. Iudas Macchabæus. 2. *Macc.* 8. 5. 6. 7. Ioannes Baptiſta, *Matth.* 11. 11. Chriſtus, 9. 31. & 14. 12. *Luc.* 4. 14. Zacharias & Elizabeth, *Luc.* 1. 6. Simeon, *Luc.* 2. 25. Paulus, 2. *Cor.* 6. 4. 8. Fama malæ exempla: Filii Heli, Ophni & Phinees, 1. *Sam.* 2. v. 23. 24.

## ¶ Exempla Profana.

Areopagus Athenis bonos ciues corona decorandi primo conſuetudinem introduxit, duobus oleæ connexis ramulis clarum, Periclis cingendo caput. Probabile inſtitutum, ſiue rem, ſiue perſonam intueri velis; Nam & virtutis vberrimum alimentum eſt honos, & Pericles dignus, à quo talis muneris dandi poteſtas potiſſimum initium cœperat. *Val. Maxim. lib. 2. titul. 1. de inſtitutis antiquis.*

Socrates expedita & compendiaria via eos ad gloriam peruenire dicebat qui id agerent, vt quales videri vellent, tales etiam eſſent. Qua quidem prædicatione aperte monebat, vt homines ipſam potius virtutem haurirent, quam vmbram eius conſectarentur. *Val. Max. lib. 7. titu. Sapienter dicta aut facta.*

## ¶ Hieroglyphica.

Non ſum neſcius, auctores eſſe, qui *Pegaſum*, qualem quippe paſſim in Hadriani & L. Pap. Curſoris & aliorum quorundam numis aſpicimus, famæ potius, quam celeritatis indicium eſſe contendant. *Pierius Valerius libro quarto, pagina trigeſima quinta. B. C.*

*Lancea* in quacunque videatur imagine, præter militiam ipſam famæ etiam celeritatem indicat. *Idem libro 42. pagina* 408.

Illud vero præcipuum *fulminis* ſignificatum eſt: vt Vocem procul auditam, hoc eſt, famam rerum geſtarum longe lateque, per immenſa terrarum ſpacia diffuſam expiatamque præ ſe ferat, Ægyptii enim ſacerdotes, huiusmodi gloriæ amplitudinem oſtendere ſi vellent. Vocem vt ipſi dicunt, aeris quippe tonitrum, hoc eſt, ipſitis *fulminis* deſcribebant imaginem. *Idem lib. 43. pag. 427. B.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Fames.

## ❡ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

FAMES, Græce, λιμὸς, ȣ̃, ὁ, & λιμώττω, fameſco dicitur. Hebr. *Rahab, Rehabon*, à verbo *Raheb*, Eſuriit, famelicus fuit, laborauit inedia, aruit fame, exarſit fame. Affine eſt huic *Bahar*, exarſit, & Raham impetuoſus fuit, vt ſolet eſſe fame percitus. Cum nomine *Rahab* conuenit Latinum Rabies. Nam per fame egeni in rabiem aliquoties vertuntur.

Eſt autem fames, appetitus calidi & ſicci. *ſecundum Ariſt. lib.2. de Anima.*

Fames eſt concupiſcentia calidi & ſicci, id eſt, cibi. *Secundum B. Thomam, ſup.1. de Anima, lect. colum. 3. principio.* Dicitur autem fames ἀπὸ τȣ̃ φάγω, quod eſt edo; vnde famelicus, qui agitur edendi cupiditate, & famelicoſus qui frequenter famelicus eſt, & fame Eſurio, à quo fameſco, & licet à Græco veniat, vſus tamen obtinuit, vt per f ſcribatur.

## ❡ Loci Biblici.

Fames à Deo eſt, *Gen.*41.*v.*30.32 *Leu.*26.*v.*20.21.*Deut.*28. *ver.*18. 2.*Reg.*8.*v.*1. *Pſal.*105.*v.*16. *Eſa.*3.1. *Ezech.*4.*v.*16.& 5.17.& 14. *verſic.* 13. *Vide affliones à Deo.* Famis cauſa peccatum, *Amos*, 4.*v.* 6. Fames quantum malum, *Thren.*4.*v* 9. Fames & annonæ caritas, *Gen.*12.10. & 26.1.& 42.1.& *c.*43.1.& *c.* 44.1.& *c.* 45.1.& *c.* 47.1.& *c.* *Exod* 16.3. *Deut.*28.53.& 32.24. *Ruth.*1.1. 2.*Sam.*21.1. & 24. *v.* 13. 1 *Reg.* 8.37. & 18.2. 2.*Reg.*4.38.& 6.25.& 8.1.& 25.3. 2.*Paral.*6.28.& 20.9. 2.*Eſdr.*5.1.& *c.* *Pſal.*36.19. *Eſa.*5.*v.*13.& *c.* *Ier.*14.1.& 12.15.& 15.2.& 29.17.& 34.17 *Ezech.*5.12.16.& 6.11. *Ioel*,1.1.& *c.* *Amos*, 4.6. *Agg.*1.*v.*6.10.& 2.*v.*17. *Matth.*24.7. *Luc.*4.25.& 15.14. *Act.*7.11.& 11.28. *Rom.*8.35. 2.*Cor.*8.14.& 11.27. *Apoc.*6.8.& 18.8. Fames duplex. Verbi Dei, ſcilicet, & panis caduci, *Amos* 8.& 11. *Vide* 1.*Sam.*3.1. 2.*Paral.*15.3. *Oſe.*3.4.& 41. Fames prædicitur, *Ezech.*4 9. *Actor.*11.28. Fames in toto orbe Abrahæ temporibus. *Gen.*12.10. Fames ob violatam Gabaonitis fidem, 2.*Sam.*21.

## ❡ Poeticæ Sententiæ.

Famis deſcriptio.
Ouid. 8. Metam.

*Eſt locus extremis Scythiæ glacialis in oris,*
*Triſte ſolum ſterilis, ſine fruge, ſine arbore tellus,*
*Frigus iners: illic habitant, Pallorq́ue, Tremorq́ue*
*Et ieiunia fames.*

Et infra.

*Quæſitamq́ue famem lapidoſo vidit in antro,*
*Vnguibus, & raris vellentem dentibus herbas.*
*Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,*
*Labra incana ſitu: ſcabri rubigine dentes,*
*Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent.*
*Oſſa ſub incuruis exſtabant arida lumbis.*
*Ventris erat pro ventre locus: pendere putares*
*Pectus, & à ſpina tantummodo crate teneri,*
*Auxerat articulos macies, genuumq́ue tumebat*
*Orbis, & immodico prodibant tubere tali.*

Plaut. Amph.

*Fames & mora bilem in naſum concitant.*

Ouid. Metam.

*Hauſtus aquæ mihi nectar erit, vitamq́ue fatebor*
*Accepiſſe, ſimul vitam dederitis in vndis.*

Hor. 1. Carm. 2.

*Ieiunus ſtomachus raro vulgaria temnit.*

Ex Græcis Comicis.

Ἅπανθ' ὁ λιμὸς γλυκεῖα πλὴν αὐτȣ̃ ποιεῖ.
*Iucunda præter ſe omnia efficit fames*
Πολλῶν δ' ὁ λιμὸς γίνεται διδάσκαλος.
*Fames docere multa mortales ſolet.*

Menander.

Λιμὸς μέγιστον ἄλγος ἀνθρώποις ἔφυ.
Λιμῷ γὰρ οὐδὲν ἐστιν ἀντειπεῖν ἔπος.
*Fames maximus dolor hominibus eſt:*
*Fami enim nullum eſt contradicere verbum.*

## ❡ Apophthegmata.

*Socrates* dicere ſolebat, Cibi condimentum eſſe famem, potionis ſitim. *Cic.l.5.Tuſc.q.*

*Idem* arbitrari dicebat, idcirco ſues homines effectos à Circe, quod famis & ſitis impatientes, vario cibo & motu nutriuiſſet. Vlyſſem autem partim Mercurii conſilio, partim abſtinentia ſua hoc periculo ſe exemiſſe. *Xenophon libro primo de dictis & factis Socratis.*

*Diogenes* in foro manibus operans, Vtinam, inquit, liceret ſic perfricato ventre non eſurire. *Bruſ.l.2.c.41.*

*Anonymus.* Apud Laconas ius, quod nigrum vocabant, quum maxime celebraretur, fertur Dionyſius tyrannus iuris ipſius gratia Laconicum emiſſe ſeruum. Et iuſſiſſe id ſibi præpa[...] penſæ habita ratione, ſed cum guſtaſſet, indigna[...] dicitur. Tum vero coquus, ô Rex, inquit, hoc ius tibi [...] cum te Laconice exercueris, in Eurotaque laueris. [...] *Cic.lib.5.Tuſc.*

*Antiphanes* dicebat, famem omnia dulcia redd[...] pſam: & paupertatem morum eſſe magiſtram. *Stob.*[...] *poph. de paupertate.*

*Darius* in fuga quum aquam turbidam, & cadau[...] tam bibiſſet, negauit vnquam ſe bibiſſe iucundius. [...] tem, vel perraro ſitiens biberat. *Cic.l.3.Tuſc.q.*

*Artaxerxes* quum in fuga quadam, direpto illius [...] ridis ficis & hordeaceo pane veſceretur: Dii boni, inqu[...] voluptatis hactenus inexpertus fui? *Plutarch. in Reg.* [...] *apoph.*

*Artaxerxi*, iam ſiti deficienti, Peribarzanes eunuch[...] liud non liceret, à ruſtico quopiam ſordidum vtrem [...] aquæ cotilas octo continentem, eam aquam quum R[...] nunquam vinum potaſſe iucundius, nec vllam aqua[...] riſſimam, ſibi viſam ſuauiorem confeſſus eſt. *Eraſmus* [...] *apoph.*

*Lyſimachus* ſuperatus à Dromichete in Thracia, [...] totumque exercitum propter ſitim tradidiſſet, poſt[...] bibiſſet: ô Dii, inquit, quam paruæ voluptatis cauſa [...] Rege ſeruum effeci. *Bruſ.l.7.c.6. ex Plut.*

*Ptolemæus Lagi F.* quum peragranti Ægyptum, [...] conſequutis, cibarius in caſa panis datus eſſet, nega[...] vnquam ſibi viſum ſuauiorem. Aderat enim opſon[...] tum, fames. *Eraſ.l.6.apoph. Cic lib.5.Tuſc.q.*

*Stratonicus* ad quietem iturus, aſſidue iubebat [...] infundere vinum: Non quod ſitiam, inquit, ſed ne [...] *naus.*

*C. Marius*, quum caſtra metatus eſſet aduerſus T[...] qui minimum habebat aquæ, militibus dicentibus ſ[...] illis flumen proxime hoſtium vallum lambens, Illinc [...] potus ſanguine venalis eſt. At illi iuſſerunt, vt ſe, quo[...] donec liquidum haberent ſanguinem nec totus a[...] guiſſet. *Plut. in Rom. apoph.*

*C. Cato*, in oratione, quam habuit ad populum [...] de frumento diuidendo, ait, Perdifficile eſſe ad ca[...] ventrem verba facere. Venter quippe cibi auidus [...] dit. *Plut. in Caton.*

*Iulius Cæſar* dicere ſolitus eſt, ſibi idem eſſe con[...] hoſtem, quod pleriſque medicis contra morbos co[...] potius, quam ferro ſuperandi. Nam medici non niſi [...] bus, ad ſectionem deſcendunt. Hic mos & hodie [...] los: aduerſus omne morbi genus iudicant inediam. [...] quod dicere ſolebat Dominus Corbulo, hoſtem dolab[...] ſim eſſe vincendum, Securis ſtatim incidit, dolabra [...] efficit. *Eraſ.l.4.apoph.*

*Alphonſus* videns ruſticum quendam humi [...] comedentem auide, ad ſuos conuerſus: Vtinam [...] otio comedere dii dediſſent. *Panormitan. libro 1. de* [...] *phonſi.*

## ❡ Sententiæ Historicæ. Et Philosophicæ.

Fames quàm peſtilentia triſtior. *Liu. Decad.1.l.4.*
Famem vnam Natura vinci non ſinit. *idem l.*[...]
Vltimum ſupplicium Romanorum, fames. *Idem* [...]
Fames conſultrix in rebus alienis peſſima, præ[...] nos omnium: nec æquum eſt rationem actorum [...] miſera. *Appian. De bello Punic.*
Profana & fœda in vſum neceſſitas vertit. *Tacit.* [...]
Fames, ignauiſſimum mortis genus. *Ammian.* [...]
Magna diſpoſitio eſt, hoſtem fame magis vige[...] *Veget.l.3.c.26.*
Nunquam periclitati ſunt fame, qui frugalitatem [...] ſeruare cœperunt. *Id.l.4.c.7.*
Annonæ penuria machina firmiſſima & acerrima [...] pugnationem. *Nicetas Acomin. in Iſaacio Ang.l.*[...]
Vt famem ſitimque depellas, non eſt neceſſe ſuper[...] minibus, nec ſupercilium graue: & contumelioſum [...] manitatem pati. Non eſt neceſſe maria tentare, vel [...] rabile eſt quod natura deſiderat & expoſitum. Ad [...] tur. Ad manum eſt, quod ſat eſt. *Senec. epiſt.4.*
Facile eſt paſcere paucos vento, & bene inſtitutos [...] deſiderantes, quàm impleri. Paruo fames conſtat, ma[...] Paupertas contenta eſt deſideriis, inſtantibus ſatisfac[...] *ſtol.17.*
Ambitioſa non eſt fames: contenta deſinere eſt. [...] non nimis curet. *Epiſt.119.*
Malum panem tenerum tibi & ſiligineum fames redd[...]
Fames omnia reddit dulcia, præter ſeipſam. *Stob. ſer.*[...]

§ ADAGIA.

...mora bilem in naſum concitant. *Plaut.*

..., *latrantem ſtomachum moram haud poſſe ferre.* ... hart reucht in die Naſen. Item, Den hungerigen iſt nit ... redigen.

...mum fame mori. Λιμῷ οἴκτιστον θανεῖν.

... *ſiue de animæ ſiue de corporis fame dicatur. Accom-... autè haud inuenuſtè in ſordidos quoſdam, qui, vt num-... parcant genium defraudant ſuum.* Hungersnoth/bringt ...

...mum condimentum fames.

... *apophthegmata Socratica hoc refertur adagium, quo lu-... Atheniensium ille philoſophus irridebat.* Germani dicunt: ...nger iſt der beſte Koch. Item, Der Hunger iſt die beſte ...

...n' eſt fauce que d' appetit.

...cus ieiunat. κενεὸς νῆστις. *Suid.*

... *conſueuit de famelicis & voracibus.*

... pleno melior conſultatio. γαστρὸς ἀπὸ πλέως βουλὴ καὶ μῆ-... Conſultatio tum melior, cum expleueris aluum.

... *fame interpellante, conſultationi non eſſe vacan-... præterea quod conſultatio moram & animi tranquillitatem ... fames verò bilem acuit.*

... Betylum deuorares. καὶ Βαίτυλον ἂν καταπίνοις.

... *voracem & omnia concoquentem.* Du könteſt auch ... verdawen. Du könteſt auch ein huffeiſen verdawen.

... Manducones.

... *vehementer famelici: aut etiam qui minis inani-... incuterent.*

... interpellator venter.

... *ad egeſtatem torqueri poteſt, quæ mortales ad omnia ... perpetienda ſolet impellere.*

... Melíæa. Λιμὸς μηλιαῖος.

... *extrema, deq; rebus difficilimis. Eſt enim Melus oppi-... quod Nicias Athenienſium dux obſedit, expugnauit-... machinis bellicis, quam fame. Suid. Meminit Thucyd.* ...

... fames.

... *venit. Hiſtoriæ meminit. Tit. Liu. Valer. Max. &* ...

§ EXEMPLA BIBLICA.

... diuerſis & locis & temporibus exempla: Tempore ... Gen.12.10. Iſaaci, 26.1. Iacobi & Ioſephi, 41. *v.* 53.54. & 42.5. ... & 45. v.5.6. & 47. *v.* 13.20. Iudicum, *Ruth* 1. *v.* 1. Daui-... Eliæ in Samaria, 1. *Reg.* 18.2. *Luc.* 4.25. Eliſæi, 2. *Reg.* 4. ... Ioram Regis Iſrael, in Samaria, 6. *v.* 25.26. In Ieruſalem ... Sedechiæ, 25.3. *Ier.* 52. v.4.5.6. *Thren.* 4. v.41. *Macch.* 6. *v.* 53. ... Ieruſalem, 3.49. in Bethulia, *Iudith* 11.10. Nehemiæ tem-... 5. *v.* 1.2.3. Iudæ Macchabæi, 1. *Macch.* 9.24. in prodigo ... 15.14. Claudii Cæſaris temporibus, *Act.* 11.29. Miſerandam ... ſtupendam famem minatur Moyſes populo Iſraelitico, ſi ... legis cuſtodiam abijcientes, Deo rebelles eſſe pertexerint, ... *cap.* 28. *v.* 31.52.53. &c. Ita vt liberos etiam proprios co-... cogantur: quod ante Chriſtum natum factum eſſe legi-... *Reg.* 6. *v.* 28.29. Poſt Chriſti autem natiuitatem, & in cœlos ... idem factum eſſe anno Chriſti LXXII. teſtatur *Ioſe-... Hiſtoria ſua de bello Iudaico, c.* 8. Titi Veſpaſiani, in obſi-... Ieroſolymorum tempore. Imo minatur Deus, *Deuter.* ... tantam famem, vt tenerrimæ mulieres, quæ præ plantarum ... teneritudine incedere non valebant, ſecundinas comeſturæ ...

§ HISTORICA EXEMPLA.

... *Phygalenſes Arcades* Cereris ſacra intermiſiſſent, crudeli ... ex Pythiæ oraculo nouum Cereri ſignum fecerunt, & ... magnificentius inſtaurarunt. *Pauſan. in Arcad.*

... exercitus Perſici deſcribit *Senec. lib.* 3. *de Ira, c.* 20. in qua ... omni alio victu, Cambyſis milites Decimum quemque ... alimentum habuerunt fame ſæuius, &c.

... Platæenſem Athenienſes Xantippo duce, Seſtum ... oppugnabant. Obſidio illa tam diu durauit: vt qui ... tenebantur, lectorum funibus elixis veſcerentur. *Sabell.* ... *Ennead.* 3.

... *Carthaginenſium* poſt primum Punicum bellum ... mota, ad extremum periculum res Carthaginenſium de-... nec niſi fame ab Hamilcare domari potuere. Conſtat illos ... primo, mox & ſeruorum corpora crudeliter abſum-... *Sabell. lib.* 9. *Ennead.* 4.

... *Mauritij anno*, poſt maximam ſiccitatem, quinque locu-... agmina innumerabili multitudine, quicquid in aruis vire-... depaſcentia, ingentem per Italiam famem biennio fecere. ... *ex P. Diac. lib.* 4. *Longobard.*

... vrbs à Venetis & Latinis reliquis fame capta fuit, anno ... Quinque tantum frumenti modii in ea vrbe reperti. ... *Zuing. fol.* 656.

... 546. Romani, qui Placentiæ erant, inopia rei frumentariæ vſque adeo laborare fame cœperunt, vt carnes humanas eſui adhiberent. Quibus malis adacti, ſemet cum vrbe Totilæ Gothorum Regi dediderunt. *Sigon. lib.* 19.

*Anno Chriſti* 1095. Fames grauiſſimè omnes afflixit, pauperibus per furta & incendia ditiores grauiter vexantibus. *Sigebertus in Chronicis.*

*Anno Domini* 1569. centum quinquaginta Ruſtici ad ædificandum arcem Orlo, à Ioan. Baſiliade Moſchorum Tyranno miſſi coacti ſunt ob annonæ penuriam ex ſuis nouem mactare, & illorum carnibus veſci. *Alex. Guaguin. in Moſcou.*

Quam fuerit horrenda fames Hieroſolymitanorum, in obſidione, oſtendit *Cal. lib.* 23. *c.* 24. *ex Egeſippo.*

# Famigeratio.

§ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

FAMIGERATIO, famæ diſſeminatio, rumorum geſtatio & diuulgatio, λογοποιΐα, διαβόησις, Hebr. *haſch mate huth*, à verbo *Schamahh*, audiuit, auſcultauit. famigerator igitur, λογοποιός, id eſt, quem Galli appellant *vn forgeur de nouuelles*, nouorum rumorum fictor; geruli figulus Plauti: mantiorum gerulus Iuriſc. Sermonum geſtator Senecæ: rumigerulus Amm. Marcell.

Athenienſes, (inquit D. Lucas) & aduenę hoſpites nulli alii rei vacabant, niſi ad dicendum aut audiendum aliquid noui. *Act.* 17. 81.

Hanc leuitatem ſuis ciuibus ſæpe exprobrat Demoſthenes, nempe orat. reſp. ad epiſt. Philippi: ſecunda item & tertia Olynthiaca. vide Plutarch. de curioſitate.

Cæſar de veteribus Gallis loquens, eſt autem hoc (inquit) Gallicæ conſuetudinis, vt & viatores etiam inuitos conſiſtere cogant: & quod quiſque eorum de quaque re audierit aut cognouerit quærant: & mercatores in oppidis vulgus circunſiſtat, quibus ex regionibus veniant, quaſque res ibi cognouerint, pronunciare cogant: & his rumoribus atque auditionibus permoti de ſummis ſæpe rebus conſilia ineunt: quorum eos è veſtigio pœnitere neceſſe eſt: cùm incertis rumoribus ſeruiant, & plæriq; ad eorum voluntatem ficta reſpondeant. *lib.* 4. *de bello Gall.*

Famigerationem feſtiuè depingit Iuuenalis *Sat.* 6. his verſibus,

*Inſtantem regi Armenio Parthoq; cometen*
*Prima videt: famam rumoreſq; illa recentes*
*Excipit ad Parthos: quoſdam facit iſſe Niphaten*
*In populos, magnoq; illic cuncta arua teneri*
*Diluuio, nutare vrbes, ſubſidere terras,*
*Quocunque in triuio, cuicunque eſt obuia narras.*

Prolixius verò Theophraſtus *in Characteribus* ſeu notationibus morum. Famigeratio (inquit) eſt factorum dictorumque ad arbitrium ipſius fingentis confictio. Famigerator autem is eſt, qui obuius amico factus, ſtatim mutato vultu ac renidens, interroget, vnde tu, & quid ais? & habeſne ſuper hoc nouum quicquam? & pergens interrogare, nihil ne, inquit, noui dicitur? atqui fauſta ſanè ſunt & læta, quæ vulgo narrantur, tum autem prius quam ille reſpondeat, Quid ais, inquit, nihil audiuiſti? Ergo ego te, ſicut video, rerum nouarum epulis lautè excipiam. Ac ſtatim eſt illi aut miles aliquis, aut Aſtei tibicinis puer, aut manceps Lyco qui ex ipſo prœlio ſit reuerſus, à quo ſe dicat audiſſe: auctores ſiquidem ille tales eorum quæ dictitat, profert, quos nemo queat arguere. Refert autem ſe accepiſſe ab illis Polyperchontem cum rege hoſtes prælio fudiſſe & ſuperaſſe: Caſſandrumque viuum in hoſtium poteſtatem veniſſe. Quod ſi quis dicat, Tu autem hæc credis? Imò, inquiet, rem enim clariſſima omnium voce tota vrbe ferri: rumorem creſcere: omnes congruere: eadem enim de prælio ab omnibus narrari: magnum nimirum ea pugna fartum eſſe factum. Idque ſe ex eorum etiam vultu qui rem gerunt publicam, colligere, quem viderit ipſis penitus immutatum. Addit deinde ſe audiſſe quendam, qui ex Macedonia aduenerit, quiq; omnibus quæ geſta ſunt interfuerit, quintum iam diem ab illis domi occultari. Atq; vbi hæc commemorauit, miſerationes adijcit: at ſcin quomodo? Sanè quam perſuaſibiliter: O infelicem, inquiens, Caſſandrum! O virum ærumnoſum! En fortuna quid poſſit, aut fuit certè Caſſander præpotens. Tu verò, ait, tacitus hoc tecum habeto: ipſe autem ad ciuium vnumquemque accurrit, vt ei omnia narrat. Equidem mirari ſoleo quid ſibi homines hoc genus falſis rumoribus fingendis, ſpargendiſq; velint: quæ res, vt taceam mendacii turpitudinem, non rarò ipſis incommoda euenit. Factum enim ſæpè, vt dum iſti in balneis concurſus facerent, veſtes interea ſuas furto amitterent: alii dum in porticu aut pedeſtri aut nauali prælio vincunt, quod vadimonium non præſtitiſſent, grauiter multati ſunt. Quibuſdam etiam, dum vrbes verbis ſuis fortiter caperent, cœna interea loci periit. Enimuero miſera eſt iſtorum vita & conditio: nam quæ porticus eſt, quæ officina, quæ fori pars, in qua dies non traducat integros, magno cum audientium, quos falſis ſuis narrationibus obtundunt, tædio?

# Familia.

## DEFINITIO ET ETYMOL.

FAMILIAE appellatione comprehenduntur tam liberi quam ſerui vtriuſque ſexus, vnius quem familiæ Dominum, vel patremfamilias, iuri ſubiecti. Græc. οἶκος, domus, familia: οἱ ἐνοίκοι οἰκέται, domeſtici, famuli: Apud antiquiſſimos, quorundam ſententia, famelia & familia dicebatur, tantumque de ſeruis: ab Oſca dictione famel, vel famul, qua illi ſeruum appellabant, teſte Feſto & Nonio Marcello, cap. 2. qui Ennium citat libr. 8. vbi hæc *Mortalem ſummum fortuna repente reddidit, vt ſummo regno famul optimus eſſet.* Paulatim inualuit vſus vt familiæ nomine liberi, & quicunq; ſub vnius patrisfamiliâs iure viuerent, comprehenderentur. Tranſlata vox deinde ad eos qui ſunt ex eadem cognatione, vt Cæſarum familia, &c. Sueton. in Nerone: Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt. Coruinorum & Ænobarborum, Familia enim pro ſecta ſumitur, vt apud Ciceronem, Peripateticorum familia, huius nominis ſignificationem latiorem vide apud Paulum Iuriſc. l. Pronunciatio, ff. de verb. ſignif. apud veteres frequenter occurrunt familiaria ſepulchra, familiares Lares, familiaria fulmina, &c. familiares etiam pro amicis, contubernalibus, neceſſariis, domeſticis & familiæ membris.

Hebræi domum, ædes, domicilium, & Synecdochicè familiam, quæ domo continetur, *Baÿth* appellant. *Beth.* domus. Familiæ cura commendatur, *Prouerb.* 27.23. *&* 31.15. *& c.* 1. *Tim.* 5.8. familiæ ſuæ doctor fuit Abraham patriarcha. *Gen.* 18.19.

### SENTENTIAE VETERVM.

Familia, quæ cœtus eſt cognationis, diſſimilibus ſui partibus componitur, & ad patremfamiliâs veluti optimum ſe refert, & concordiam, vtpote commune bonum molitur. Callicratidas Pythagor. apud *Stob. ſerm.* 83.

Omnis familia, tanquam pſalterium tribus iſtis indiget, apparatu, concinnitate, & contrectatione ſiue vſu muſico. *ibid.*

Familiaris hominum ordinis partes ſunt tres: prima imperat, vt maritus: ſecunda paret, vt vxor: tertia auxiliaris eſt, nempe liberi ex illis nati. *ibid.* Accedunt ſerui, &c.

Noſtri maiores omnem dominis inuidiam, omnem contumeliam ſeruis detrahentes, dominum patremfamiliâs, ſeruos familiares vocabant. *Senec. epiſt.* 47. *Macrob. lib.* 1. *c.* 2.

Coniuges & liberi in exercitu ſunt militibus hortamenta victoriæ, vel pulſis pudor. *Tacit. hiſt. lib.* 4.

In confeſſo illud eſt præſtantiorem ciuili nullam virtutem in hominem cadere. Huius autem partem non exiguam eſſe In rei familiaris adminiſtratione poſitam plerique fatentur. Ciuitas enim corpus quoddam ex familiis conflatum cum ſit, & quaſi ſumma earum, ita demum valida eſt reſpublica, ſi priuatim res ciuium bene habeant. P*lut. in compar. Ariſtidis & Catonis.*

Heſiodus nos ad iuſtitiam cum rei familiaris cura coniungendam eſt cohortatus, ignauiam, & iniuſtitiæ cauſam traducens. Rectè & hæc Homerus cecinit.

*Non operis etenim mihi frugiferiue laboris*
*Augendæq; rei, qua dulcia pignora aluntur,*
*Cura fuit: ſtudium lembis remiſq; dicaram,*
*Semper & horriferi ludum Mauortis amabam,*
*Spiculaq; & leues haſtas, Volucreſq; ſagittas.*

Oſtendit enim eos quibus rei familiaris ſtudium, iniuſtis rebus victum ſuum quærere. *ibid.*

Domum ſuam coercere pleriſque haud minus eſt, quam prouinciam regere. *Tacit. in vita Agricolæ.*

*Vide Oeconomia.*

# Familiaritas.

## DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FAMILIARITAS, συνήθεια, conſuetudo ipſa inter familiares & amicos. *Cicero de Amic.* Accepimus à patribus maximè memorabilem. C. Lælii & P. Lælii familiaritatem. *Terentius in Heaut.* Mihi magna cum eo iam inde vſque à pueritia ſemper fuit familiaritas.

### SENTENTIAE BIBLICAE.

*Cum potentioribus vitanda.*

Quando ſedebis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, & ſtatue cultrum in gutture tuo, &c. *Prouerb.* 23. *v.* 1.2.3.

Aduocatus à potentiore, diſcede, ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus ſis, ne impingueris, & ne longe ſis ab eo, ne eas in obliuionem. *Eccl.* 13.

*Inhoneſta.*

Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando ſatiatus oderit te. *Prouerb. cap.* 25. *v.* 19.

Domum fratris tui ne ingrediaris in die affliction[...]

Pes fatui facilis in domum proximi, & homo peri[...]tur à perſona potentis. *Eccl.* 21.

Stultus à feneſtra reſpiciet in domum: vir autem [...] ſtabit. *ibid.*

Stultitia hominis auſcultare per oſtium, & pruden[...] contumelia. *ibid.*

### APOPHTHEGMATA.

*Lacides* accerſitus ab Attalo Rege, reſpondit, imag[...] eſſe ſpectandas. Innuens arctam aſſiduamque famili[...] minuere virtutis admirationem. *Laert. lib.* 4. *c.* 8.

*Cato Vticenſis* Munatio quærenti, quod in Cypro C[...]ens, parum ciuiliter repulſus eſſet, quum nihil eſſet[...] tus cum Canidio fabularetur: ſic ſe purgauit Cato, [...] iuxta Theophraſti ſententiam, nimia amicitia cauſ[...] daret odio. *lib.* 5. *apoph.*

Ea vis eſt conſuetudinis cum amicis atque conuict[...] maieſtatem deprimere valeat: & in familiaritatibus [...] tas, quæ ad gloriam requiritur, vox poteſt. At in eo qu[...] ſit præditus, ea pulcherrima videntur, quæ maxime [...] quicquam in viro bono exteri mirantur, quantum [...] tidianæ vitæ rationem. P*lut. in Pericle.*

### SIMILITVDO.

*Anonymus.* Vina non modo ſoli ſui referunt ſapo[...] etiam arborum aut fruticum vicinorum. Ita non [...] mus eos, vnde progeniti ſumus, ſed & eos quorum [...] ſumus vſi. *in Simil.*

*Vide Amicitia & Amicus.*

# Faſtidium.

## DEFINITIO. ET ETYMOL.

FASTIDIVM, Græce κόρος, ου, ὁ, & κορέω, ſaturo d[...]tem faſtidium à faſtu. Eſt autem faſtidire prop[...] quodam contemnere. *Virg.*

*Inuentes alium, ſi te faſtidit Amyntas.*

Sumitur & faſtidio pro ſtomachor: à quo fit faſtid[...] faſtidium afferens: & faſtidioſe aduerbium, hoc eſt, [...] teres etiam faſtibiliter dicebant.

### POETICÆ SENTENTIA[...]

Faſtidium Spirituale.

Iacob. Bill. Anthol. Sac.

*Vt perdunt propriam mortalia corpora vitam,*
*Si nequeunt eſcas ſumere corporeas:*
*Sic anima niſi delitÿs rationis alantur,*
*Dum verbi æterni pane carent, pereunt.*
*Nam quid erit, quod dira procul faſtidia pelat*
*Cum ſeipſo refugit mens ſaturare Deo.*

### APOLOGI.

*Pauper Nugator.*

Iuerat pauper in ſyluam ligna vt colligeret. Is [...] repererat contemnens, progrediebatur quærendo [...] finem faciebat mutationis, neq; electionis. Tandem [...] cidit in cauernam luporum, eos fugiens, deuenit ad [...] ripæ cum neque ponte coniunctæ, neq; nauicula co[...] mittit ſe in flumen, vrgebant à tergo lupi. In illo autem [...] liquantiſper, cum non procul abeſſet, quin ſuffocare[...] tur piſcatores qui extractum reclinant ad proximam [...] relicto illo ſemianimo diſcedunt. Paulo poſt recrea[...] tereuntibus narrat caſum ſuum, & de aduerſis ſuis [...] cit, ruit maceria, & nugatorem inter ſermocinatione[...]

Fabula oſtendit, qui exitus faſtidia & ſtoliditatem [...] cat & hoc, maximis ſæpe periculis ereptos minimo [...] tingui.

*Gulæ deditus.*

Gulæ deditus quidam ad epulas inuitatus in rus, [...] ab vrbe paulo longius, dum proficiſcitur ſpe ſingula[...] rum & opipare inſtructarum dapũ, in itinere reperta[...] vt etiam per deriſionem lotio ſuo aſpergeret. Cum [...] qua tranſeundum fuerat, ſubito ea nocte ad altitud[...] ſet tantam: vt cum manifeſto diſcrimine ingreſſ[...] intelligeret, redire triſtis, atque poſt ereptam ſpem [...] cerrime eſurire cœpit. Itaque cum ad piram, quæ [...] nuerat, veniſſet, deterſa illa arroſit, & hanc eſcam [...] latrantibus inteſtinis.

Fabula docet, contemptus & faſtidii ſæpe has p[...] paulo ante homines ſpreuerint & abiecerint, ea [...] amplectantur.

# Faſtus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

...g ſuperbia & elatio quædam cum iactantia verborum, ... Hebr. *Zadhon, Zedb*, ſuperbus, tumidus, inflatus, à ... efferbuit, intremuit, temere egit. Cognationem habet ... coctio, ebullitio; quæ ad ignem efferueſcit: faſtuoſi ... ita efferueſcunt, & ſuæ virtutis opinione tumidi appa-

APOPHTHEGMATA.

... faſtus (inquit) tanquam paſtor quoquo libet vulgus ... ducit. *Stob ſerm.* 22.

... inuiſens Platonem aduerſa valetudine laborantem; ... in quam vomuerat: Bilem, inquit, Platonis video, fa... video. Solebat enim quemadmodum Diogenes, Plato... notare. Itaque quum in pompa quadam e... equus crebro hinnitu ferocitateque ſpiritus excel... eoq; vehementer à Platone laudaretur, conuerſus ad ...: Videris, inquit, & tu bonus equus futurus. *Laert. lib.* 6.

... *Phalereus* hominum faſtuoſorum ſublimitatem di... putandam, & relinquendam ſobrietatem. Talia enim in... non ſunt deſperanda, ſed quod redundat, recidendum eſt. ... *lib.* 5. c. 5.

SIMILITVDINES.

... Vt aer diſtendit vtres: Sic homines ſtolidos animi ela... *Apud Antonin. Meliſſ. part.* 2. *ſerm.* 74.

... Sicut aerem ex vtribus quippiam infuſuri exugunt: Sic ... oportet ex animis iuuenum falſam opinionem, faſtum & ... Secus enim inflatione & ſpiritu turgentes nihil ad... *Apud Stob.*

... Vt venti deſituri vehementiſſime ſpirare ſolent: Ita ... cum maxime efferunt ſeſe, veluti Iulius pontifex, tum ... ſolent eſſe. *in Simil.*

... Poculo pleno nemo quicquam tentat infundere: Ne... faſtu tumidus, aut virtutem aut literas eleganter po... *in apoph.* 97.

... *literas* didicerint, tamen omiſſa humanitate faſtu ..., ſimiles illis qui multas domos ædificant, & ſemper foris ... habitant. *in apoph.* 80.

*Vide Arrogantia, Superbia.*

# Fatum.

DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

... Græcè *εἱμαρμένη*, dicitur, vt ait Chryſippus, & eſt ſem... quædam & indeclinabilis ſeries rerum, & catena vol... ipſa ſeſe, & implicans per æternos conſequentiæ ordines, ... apta connexaque eſt. *ſecundum Aulum Gellium, libr.* 6. *... Atticarum.*

... eſt inhærens rebus mobilibus diſpoſitio, per quam proui... ſuis quæque nectit ordinibus, *ſecund. Boet. lib.* 4. *proſap.* 61. *... ſophica conſolatione,*

... eſt ordo ſeriesque cauſarum. Cauſa autem ex omni æter... veritas ſempiterna. *ſecund. Cic. lib. de Diuinat.* ... eſt, quod ex omni æternitate verum fuerit. *ſecund. Cicer. de Natura Deorum.*

... propriè eſt diſpoſitio ſiderum, qua quis eſt conceptus vel ... Sed impropriè eſt prouidentia Dei. Ideo eſt in rebus. *ſecun... D. Thom.* 1. *part. q.* 116.

... qui credit, mortaliter peccat. 26. *quæſt.* 6. *Non obſeruetis.* ... fando; ſignificatque aliquando oraculum, id eſt, ... fatur. *Virgilius: Oblitus fatorum.* Nonnunquam po... pro morte nihil homini tam neceſſario impendet, ... mors: Quare fato concedere, eſt mori, & fatalis dies perni... dicitur, & fatiferum, mortiferum, fatale etiam dicimus, quic... fato debetur, ſiue bonum, ſiue malum ſit.

POETICÆ SENTENTIÆ.

Virg. 2. Æneid.

*Deſine fata Deum flecti ſperare precando.*

Iuuenal. 6.

*Fata regunt omnes.*

Sen. Oed.

*Fatis agimur, cedite fatis,*
*Non ſollicitæ poſſunt curæ*
*Mutare rati ſtamina fuſi:*
*Quicquid patimur mortale genus,*
*Quicquid facimus, venit ex alto.*
*Seruatq; ſua decreta colus*
*Lacheſis: dura reuoluta manu.*
*Omnia certo tramite vadunt,*
*Primusq; dies dedit extremum.*
*Non illa Deo vertiſſe licet,*
*Quæ nexa ſuis currunt cauſis,*
*Id cuique ratus, prece non vlla*
*Mobilis ordo: Multis ipſum*
*Timuiſſe nocet: multi ad fatum*
*Venere ſuum, dum fata timent.*

Idem Oct.

*Regitur fatis mortale genus,*
*Nec ſibi quiſquam ſpondere poteſt*
*Firmum & ſtabile: perq; caſus*
*Voluitur varios ſemper nobis*
*Metuenda dies.*

Manil. 2.

*Mitto, quod certum eſt & ineuitabile fatum.*

Idem 4.

*Soluite mortales animos, curasq; leuate,*
*Totq; ſuperuacuis vitam deflere querelis.*
*Fata regunt orbem, certa ſtant omnia lege,*
*Longaq; per certos ſignantur tempora curſus.*
*Naſcentes morimur, finisq; ab origine pendet.*
*Tunc & opes & regna fluunt, & ſæpius orta*
*Paupertas, artesq; datæ, moresq; creati,*
*Et vitia, & clades, damna & compendia vitæ.*
*Nemo caret damno, poterit nec habere negatum,*
*Fortunamue ſuis inuitam perdere votis,*
*Aufugere inſtantem. ſors eſt ſua cuiq; ferenda.*
*At niſi fata darent leges vitaq;, necisq;*
*Fugiſſent ignes Æneam: Troia ſub vno*
*Non euerſa viro fatis viciſſet in ipſis.*
*Aut lupa proiectos nutriſſet Martia fratres,*
*Romaq; ſic enata foret, pecudumq; magiſtri*
*In Capitolinos auxiſſent culmina monteis.*
*Includive ſua potuiſſet Iupiter arce*
*Captus, vel caput hic orbis foret: igne ſepulto,*
*Vulneribus victor repetiſſet Mucius vrbem,*
*Solus, & oppoſitis auſiſſet Horatius armis*
*Pontem, vrbemq; ſimul: rupiſſet fœdera virgo,*
*Tresq; ſub vnius fratres virtute iacerent.*
*Nulla acies tunc euicit: pendebat ab vno*
*Roma viro, regnumq; orbis ſortita iacebat.*

Sat. 5 l. 1.

*Heu durus fati tenor, eſt ne quod illi*
*Non liceat? quanta poterant mortalibus annis*
*Acceſſiſſe moræ? ſi tu pater omne teneres*
*Arbitrium: cæco gemeret mors clauſa barathro,*
*Longius & vacua poſſuiſſent ſtamina Parcæ.*

Sen. Oedip.

*Qui fata proculcauit, ac vita bona*
*Proiecit, atque abſcidit, & caſus ſuos*
*Onerauit: ipſi, ceu video, nullo eſt opus.*
*Quare ipſe mortem cupiat, aut quare petat,*
*Vtrumque timidi eſt velle: contempſit mori,*
*Qui non concupiſcit.*

APOPHTHEGMATA.

*Thales* interrogatus, quid in tota rerum natura eſſet robuſtiſſimum? reſpondit, Fatum: cuncta enim ſuperat. *Laert lib.* 1 *cap.* 1.

*Solon* dicebat, Fatum mortalibus abducere mala ſimul & bona. *Stob. ſerm.* 9. Sacra autem philoſophia aſſerit, mala ex peccato, bona ex Dei gratia oriri.

*Titus Veſpaſianus*, Quum à duobus clariſſimi ordinis eſſet in ipſum coniuratum, ac facinus eo proceſſiſſet, vt iam inficiari non poſſent, deduxit illos in ſpectaculum, atq; inter illos medius conſedit, ac petitis de induſtria mirmillonum gladiis, velut exploraturus aciem, vnum vni, & alterum alteri commiſit; tanquam prouocans ad id, quod moliebantur. Illis autem perculſis, & animi præſentiam admirantibus, Videtisne, inquit, principatum fato dari, fruſtraque tentari facinus potiundi ſpe, vel amittendi metu? *Eraſmus libro* 8. *apoph.*

*Aſcletario* Mathematicus à Domitiano Imperatore interrogatus, quis exitus vitæ ipſum exſpectaret? affirmauit fore vt breui laceraretur à canibus. Domitianus igitur è veſtigio interfici illum imperat, atq; accuratiſſimè ſepeliri ad artis deriſionem. Sed repentina tempeſtate deiecto funere, ſemiuſtum cadauer canes diſcerpſerunt. *Bruſ. lib.* 2. *c.* 38.

*Coſmus Flor. dux*, Alphonſo Aragonum regi malè pacatus, vir alioqui magnus & illuſtris, cum Alphonſo dono mitteret Titi Liuii libros vtique præclaros, reclamatum eſt à medicis, qui aderant, ne per immortales deos librum attrectaret, ab hoſte miſſum, veneni ſuſpectum. Rex prima facie viſus eſt medicis aſſentiri, il-

lis ads-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

his animo illudens. Nam cum Liuius in medio conſtitutus eſſet illum manibus accepit, legit & euoluit. Subinde medicos, qui continue aduerſarentur, rogitans, vt deſinerent ineptire. Regum quidem animas non priuatorum libidini ſubiectas eſſe: ſed ſub Dei cura & tutela ſacras lætasque agere, inquiens. *Panorm. lib. 6. de rebus geſtis Alphonſi.*

Fatum quadruplex. 1. *Mathematicum*, quod ligat & nectit firmiter actiones omnes euentusque ad vim ſiderum & poſituram ſtellarum. 2. *Naturale.* 1. Ordo cauſarum naturalium, quæ niſi impediantur vi & natura ſua, certum eundemque producunt effectum. 3. *Violentum*, Stoicum nempe, & Poeticum, quod Seneca definit neceſſitatem rerum omnium actionumque quam nulla vis rumpat: Deum ipſum & actiones omnes internas, & noſtræ voluntatis huic fato ſubiiciens. 4. *Verum*, eſt pendens à diuino conſilio, ſeries ordoque cauſarum. Vel, Inhærens rebus immobilibus immobile Prouidentiæ decretum, quod ſingula ſuo ordine, loco, tempore, firmiter reddit. Prior veri fati definitio eſt planè Theologica, de quadruplici illo fato veteres & neoterici multa tradunt, ſummam proponit I. Lipſius *lib. 1. de conſtantia, c. 17. & 18.* Vide Auguſtinum lib. 5. de ciu. c. 9. & Tit. *Prouidentia.*

Sententiae. *Variorum de fatis.*

Fatalia neceſſariò ferenda ſunt: fortiter autem ea quæ hoſtes faciunt. *Thucyd. lib. 25.*

Fati vim effugere nulla poſſunt homines ratione. *Pauſan. lib. 1.*

Hominum plærumque in rebus præclarè gerendis alacritatem, nihilo fore minus fatum quàm calculos fluuiorum limus obruit, *idem, lib. 4.*

Fatum eſt ineuitabile. *Curtius, lib. 4.*

Equidem æterna conſtitutione crediderim, nexuque cauſarum latentium, & multò ante deſtinatarum ſuum quemq; ordinem immutabili lege percurrere, *idem, lib. 5.*

Ineluctabilis fatorum vis cuiuscunq; fortunam mutare conſtituit, conſilia corrumpit. *Vell. Paterc. lib. 2.*

Præualent fata conſiliis, omnemque humanæ mentis aciem perſtringunt: quippe ita ſe res habet, vt plærumq; qui fortunam mutaturus eſt, conſilia corrumpat, efficiatque quod miſerrimum eſt, vt quod accidit etiam meritò accidiſſe videatur, & caſus in culpam tranſeat. *idem, eod. lib.*

Manum iniectantibus fatis, ſolent hebetari ſenſus hominum & obtundi. *Amm. Marcell. lib. 14.*

Arduum fatalia diuertere: eoq; futuri notio ſuperflua. *Aurel. Victor, l. de Cæſarib.*

Fatorum vis prudentiam humanam ſuperat. *Nicet. Acom. Iſai. Angel. lib. 1.*

Dubitare cogor, an fato & ſorte naſcendi, vt cætera, ita principum inclinatio in hos, offenſio in illos: an ſit aliquid in noſtris conſiliis, liceatque inter abruptam contumaciam & deforme obſequium pergere iter ambitione ac periculis vacuum. *Tacit. Annal. lib. 4.*

Mihi in incerto iudicium eſt, fatone res immortalium, & neceſſitate immutabili, an fortè voluantur: quippe ſapientiſſimos veterum, quiq; ſectam eorum æmulantur, diuerſos reperies: ac multis inſitam opinionem, non initia noſtri, non finem, non deniq; homines diis curæ. Ideò creberrima & triſtia in bonos, læta apud deteriores eſſe. Contrà alii, fatum quidem congruere rebus putant, ſed non è vagis ſtellis, verum apud principia & nexus naturalium cauſarum. ac tamen electionem vitæ nobis relinquunt: quam vbi elegeris, certum immitentium ordinem, neque mala vel bona, quæ vulgus putet: multos qui conflictari aduerſus videantur, beatos: ac pleroſque, quanquam magnas per opes, miſerrimos: ſi illi grauem fortunam conſtanter tolerent, hi proſpera inconſultè vtantur. Cæterùm plurimis mortalium non eximi, quin primo cuiusq; ortu ventura deſtinentur: ſed quædam ſecus quàm dicta ſunt cadere, fallaciis ignara dicentum. *idem, Annal. lib. 6.*

Nulla vis humana, vel virtus, vnquam meruiſſe potuit, vt quod præſcripſit fatalis ordo, non fiat. *Amm. Marcell. lib. 23.*

Fatum, vt animantibus, ita etiam ciuitatibus ineuitabile. *item,*

Quod in fatis eſt, oppugnat ſapientiam. *G. Pachymer. hiſt. lib. 2.*

Fati magna vis eſt, quicquid contra machineris. *lib. 3.*

Id quod futurum eſt, ſemel diuinitus decretum, nec murus (vt aiunt) ferreus, nec ignis impedire poteſt. *Conſtant. Manaſſ. in Annalib. ext. in Dario.*

Occulta vis fati ſæpenumero prudentes ad inſaniam vertit. *P. Iouius, hiſt. lib. 3.*

Fatali tempeſtati nec humanum conſilium nec conſtantia repugnare poteſt. *Fr. Guicciard. hiſt. lib. 8.*

¶ Adagia.

Fatis adactus.

*In eum, qui non ſponte ſed caſu, velutiq; fatis impellentibus, in aliquod vitæ genus incidit. Congruet illud Homericum:*

Τὸν δ᾽ ἄρα δεῦρ᾽ ἄνεμός τε φέρων καὶ κῦμα πέλασσε.

Id eſt:

*Aſt hunc huc ventusq; ferens atque appulit vnda.*

Fatis imputandum.

*Cum hominem quempiam culpa liberabimus, ... tum, vel in fortunam reÿciemus, vſurpare licebit ... merum Priamus ad Helenam.*

Οὔτι μοι αἰτίη ἐσσί, θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν.

Id eſt:

*Nil tibi ego imputo, verum ipſis magis imputo ...*

Fatum immutabile.

*Diuina decreta non commutantur: humane leges variantur: quemadmodum & mores voluntates. ... illud Homeri:*

Οὐ γάρ τ᾽ αἶψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων.

Id eſt:

*Non etenim diuûm mens vertitur aſtricolarum.*

Fatum ineuitabile.

*Quod fatis decretum eſt, id nemini licet euitare. ... tentiam faciet illud Homeri.*

Ἀλλὰ μάλ᾽ οὔπως ἔστι Διὸς νόον αἰγιόχοιο
Οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν, οὔθ᾽ ἁλιῶσαι.

Id eſt:

*At mentem Iouis haud vllis rationibus vnquam*
*Diuorum quenquam vitare aut fallere fas eſt.*

Ineuitabile fatum.

*Quod homini fatis decretum eſt, id eueniet. In h... Homerus:*

Ἔνθα δ᾽ ἔπειτα
Πείσεται, ὅσσα οἱ αἶσα κατὰ κλῶθές τε βαρεῖαι
Γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

*Poſt illic accidet illi,*
*Quod fatum Parcæq; graues in ſtamine nerunt*
*Naſcenti, tum quum matris promergeret al...*

*Quanquam hunc locum de fatis oportebit ... re. Veluti ſi quis filium longius aliquo ſtudÿ cauſa ... ret ſibi curæ futurum, quid illic agat, ſed id Deo ... mittere.*

¶ Hieroglyphica.

Addemus & illud, receptiſſimum apud Poetas eſſe ... to ponere, quòd neſcio quid ſapit Hieroglyphicum. ... rum ſtamina prætereamus, quæq; ſuper his alibi dic... *Linum* pro Fato Poetæ ponant, cauſam afferunt ... criti, quia ſcilicet terræ fœtus eſt *linum*, quemad... mortales: idque abruptum, ſignificat hominem ... redire. *Pier. Valer. lib. 41. pag. 394. D.*

Adiecerunt Sacerdotes Ægyptii, Fatum per Stella... quoniam id ex ſiderali diſpoſitione conſiſtere vulga... opinione creditur. Per motum enim ſtellarum nego... tur, vt Heſiodi interpres ait ſuper Aſteric. *Pier. Val... 436. E.*

Addunt & Fatum ſiue Parcas per vocalium A... nem intelligi: non tam ob Planetas ſeptem, qui Fat... ſunt, vti latius in ſtella diſſeruimus, quam ob id, ... habetur Septenarius, dux idem & princeps vniuer... lis, indomitus, omnium victor, gubernator omnium. ... *pag. 465. B.*

*Per colum autem & fuſum* ſignificari Fatum, long... eſt, quam vlla debeat commentatione vlterius explic... quidem ſunt Poetarum volumina, fatum ipſum per ... *fuſum, per colum, per filum vbique* ſignificantium. ... 48. *pag. 47.*

*Vide Deus, Fortuna, Prouidentia.*

---

# Fauor.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMO...

FAVOR, Græcè βοήθεια, ας, ἡ, à fando dicitur. ... vox bene precans alicui, ſiue alicuius commod... tuens. Vnde fauor & fautrix, à faueo. Eſt enim ... bona fari, *Virgilius; Ore fauete omnes.* Vnde fauor... uorem habemus, & fauorabiliter cum fauore paſſiu... felix, cui omnes fauent, & hinc fauſtè, aduerbium, ... & infauſtum, & infauſtè, id eſt, infelix, & infeliciter.

Hebr. *Chen*, gratia, fauor, clementia, χάρις, i. dulced... gratia. *Chen*, fluit à verbo *Chanaam*, gratia affecit, ... pit, gratificatus eſt, gratis donauit, miſertus eſt. Cog... cum *Chanah*, placidè ſe inſinuauit. Item cum *Nach*, ... *Nachach*, duxit placidè. Hinc Græc. χαίω, ... gratiam præſtitam.

¶ Patrum Sententiae.

Qui pro virtute quam egit, humanos fauores deſider... gni meriti vili pretio portat venalem *Greg. lib. 3. Mor...*

Non poſſumus ſimul pro vno & eodem opere fau... mundi, præmiumq; vitæ cœleſtis acquirere. *Maxim...*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Sententiae Poetarvm.

Ouid.2.Pont.3.

*Conueniens hominum eſt, hominem ſeruare voluptas,*
*Et melius nulla quæritur arte fauor.*
*Quid non Antiphatem Læſtrigona deuouet? aut quis*
*Munifici mores improbat Alcinoi?*

Ouid.3.Pont.9.

*Scribentem iuuat ipſe fauor, minuitq; laborem:*
*Cumq; ſuo creſcens pectore feruet opus.*

¶ Sententiae Philosophorvm.

Nunquam volui placere populo: nam quæ ego ſcio non probat populus: quod probat populus, ego neſcio. Quis enim placere potest, cui non placet virtus? Malis artibus popularis fauor acquiritur. Similem te illis facias oportet: alioquin non probabunt, niſi agnouerint. *Senec.28.epiſt.*

Multo autem magis ad rem pertinet, qualis tibi videaris, quam aliis. Si te intrante clamor & plauſus obſtrepuerint: ſi fœminæ puerique laudauerint, quid ego tui miſerear, cum ſciam, quæ via iſtum fauorem ducat? *ibid.*

Nunquam multis placeas, ſed quamlibet ſtude. Maximum ideo malum, qui non vult melioribus placere, ſed pluribus. *ibid. in epiſt.*

Vehementer amor multitudinis mouetur ipſa fama, & opinione liberalitatis, beneficentiæ, fidei, iuſtitiæ, omniumq; earum virtutum, quæ pertinent ad manſuetudinem morum, ac facilitatem. Etenim illud ipſum, quod honeſtum decorumq; dicimus, animos omnium natura & ſpecie ſua commouet. *Cic in lib. de Offic.*

¶ Apophthegmata.

*Dionyſius Iunior*, ſe multos quidem alere liberalium artium doctores dicebat, non quod illos admiraretur, ſed quia per illos ipſe admirationi eſſe vellet. Sciebat, populum de illis, tanquam de doctiſſimis, magnificè ſentire, & hac perſuaſione callidè abutebatur, ad conciliandum ſibi multitudinis fauorem. Simili arte & noſtri ſeculi principes quidam alunt in palatiis ſuis viros eruditione & ſanctitatis opinione venerabiles, vt populus arbitretur horum conſiliis geri pleraque. *Eraſmus, libr.5. apopht. ex reg. & Imp.*

*Philippus.* Alexander Magnus, cum fauorem ſuorum ciuium ſibi conciliare cuperet, largitionibus eos corrupit. Verum cum hæc res ad Philippum parentem delata eſſet, filium illico accerſit, & his verbis obiurgauit. Quæ te malum, ô fili, ratio in iſtam ſpem induxit, vt eos putes tibi fauere, quos pecunia tibi deuinxiſti? *ibid. in apoph.*

*Glaucia & Libo.* Celebratur Glauciæ dictum in Metellum, Villam habes in Tiburte, cortem in palatio. At cors villa ſolet eſſe concluſa. Notauit autem illum, quod multos ſibi cibo largitionibusque demereret. Idem aliis verbis Libo obiecit Galbæ. In corte aluntur animalia domeſtica. *Eraſ. lib.6. apoph.*

*Anonymus.* Quidam dixit, eum, qui primus populo Rom. dedit epulum & congiarium, exitii cauſam illi fuiſſe. Vnde Cæſar Auguſtus cogitauit aliquando de tollendis huiuſmodi largitionibus. Incertus fauor eſt, qui donis emitur: quæ ſi minuas, ingens murmur, ſi tollas, ſeditio grauis oritur. *ibid.*

*Orontes*, Artaxerxis regis gener, quum ab irato rege reiectus & condemnatus eſſet: Quemadmodum, inquit, ſupputatorum digiti nunc infinitum numerum, nunc vnum tantum poſſunt ponere: ſic regum amici nunc quiduis pollent, nunc quam minimum. Olim digitis ſubducebatur ratio, quemadmodum nunc calculis. *Plut. in Apoph. Regum.*

*Iulius Cæſar.* Poſtquam Publius Mimus in ſcena ſuperaſſet omnes, & inter hos Laberium, ita pronunciauit: Fauente tibi Cæſare victus es Laberi à Syro. Publius enim conditione ſeruus, natione Syrus erat. Longe à tergo relinquitur, qui fauente iudice ſuperatur. *Macrob. apoph.*

¶ Similitvdines.

*Plutarch.* Quædam corpora lumen ſolis exceptum ſuo fulgore magis augent atq; illuſtrant: Ita quidam aliorum fauore commendati, viciſſim ſuis dotibus eos commendant. *in Moralib.*

*Antonij Conſtantini.* Vt venti naues: ſic fauor mouet ingenia. *Ex Feſto. Ouid.*

*Roterodami.* Vt bilanx in eam vergit partem, vnde plus accipit: ſic quidam nunc huic, nunc illi fauent, qui plurimum det, non cuius cauſa ſit optima. *in Similib.*

¶ Hieroglyphica.

Non deſunt, qui *Oculum* fauoris & beneficentiæ ſignum dicant: & in ſacris verbum *Aſpicere*, ſignificare, ſe propitium & benignum oſtendere. Videmus enim apud Maronem, vbi *Iupiter Libyæ deſiſtit, lumina regnis*, Reginam rite quietum accipere in Teucros animum, mentemq; benignam. Contra verò de Pallade irata, *Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat*. Hunc verò fauorem, qui per Oculum indicatur, Theologi noſtri gratiam vocant. *Pier. Valer. libr. 33. pag. 306. F.*

*Vide ſupra in loco de Beneficentia.*

# Febris.

¶ LOCI BIBLCI.

Febri percutiuntur præceptorum Dei violatores, *Deut.28.22.* Febribus quidam leuantur. *Matth.8.15. Ioan.4.50.* Febris eſt calor non naturalis, qui in corde accenſus, per venas & arterias in totum corpus deriuatur, ſitim accendit, non niſi noxia appetens, vires debilitat, facultates ſiue actiones naturales impedit. Species febris quamplurimæ. Græc. πυρετὸς, intemperies calida totius corporis, Hebr. *Kaddachath*, à verbo *Kadbach*, accenſus eſt, efferbuit. vnde *Leu.26.16.* & *Deut.28.22.*

¶ Philosophorvm Placita.

De Febribus. Dial. cxii.

*Franciſci Petrarchæ.*

Dol.

Febribus æſtuo. R. Æſtus hic aut tempore finiendus, aut frigore, vtrumuis fecerit, bene erit. D. Febribus vrgeor. R. Omnis hic contra naturam motus, plus habet impetus, quam diuturnitatis, & ſæpè duorum facti alterum, aut corpus expurgat, aut animam abſoluit. D. Febribus teneor. R. Non longum teneberis, expecta. Cito te vel ſanum oportet eſſe, vel liberum, vtrumq; optimum. D. Febribus laboro. R. Illico requieſces: Natura cum morte confligit, operire exitum duelli, prope eſt hora vel hinc te morbo, vel omnibus exemptura. D. Febribus ardeo. R. Minus mali eſt corpus ardere, quam animum, de quo præcedentes tuæ ſeptem proximæ ſunt querelæ. Quid ſi ardor alterius ſalubris eſt alteri? Quid ſi hic ardor, quamuis aſper optabilis eſt? quantum denique boni eſt præſentis vitæ mala breui guſtu perennis admonere ſupplicii, vt infinitas amaritudines declinare ſtudeant, qui tam grauiter paucis horis amariuſcula tolerant, atque his anguſtiis diſcant illas euadere, quibus nec phyſicus, nec herba medebitur, nec dies criticus, nec mors quidem. D. Febribus vror. R. Vermium cibus excoquitur. Fer te aliis vri, cui toties alia vſta ſunt, & de ſupplicio conſilium cape, ex quibuſdam malis remedia conflantur. Sæpe paruus dolor ac præſens, vt venturis ac grauibus occurreretur, admonuit, fuitque vtilis, qui moleſtus erat. Felix incendium, breue, quod æterni refrigerii cauſa eſt. D. Febribus exerceor. R. Eris iam bonæ valetudinis æſtimator idoneus, vos homines Dei dona, niſi amiſſa, vel intermiſſa non noſcitis, ingratum genus. D. Febre vexor importuna. R. Diu ſimul eſſe non poteſtis. Nemo diu ardet, aut illa te deſeret, aut tu illam.

*Vide Ægritudo, Morbus.*

# Felicitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Felicitas, Græce εὐδαιμονία, ας, ἡ, Hebr. *Oſcher*, & εὐδαίμων, ονος, ὁ, ἡ, Hebr. *Aſchre*, felix dicitur. Eſt autem felicitas quædam operatio animæ per virtutem perfectam. *ſecund. Ariſtot. lib.1. Ethic.*

Felicitas eſt, quod vitam ſufficientem, optabilem, ac nullius indigam præſtat. *ſecundum eundem ibid.*

Felicitas eſt virtus in vita perfecta. *Idem libr. Maior. Mor.*

Felicitas eſt virtutis operetio, & vſus quidam perfectus. *ſecund. Ariſt. lib.7. Polit.*

Felicitas eſt operatio quædam ſecundum virtutem perfectam operantem exterioribus bonis. *ſecund. Ariſt.8. Ethic.*

Felicitas eſt vel forma ſecunda cum virtute, vel per ſe ſufficientia vitæ, vel tuta vita, & iucundiſſima, vel poſſeſſionum facultas, & corporis vires cum factiua, conſeruatiua, amplificatiua horum virtute. *ſecund. Ariſt. lib.1. Rhet.*

¶ Poeticae Sententiae.

Boet.3.12.

*Felix qui potuit boni*
*Fontem viſere lucidum:*
*Felix qui potuit grauis*
*Terræ ſoluere vincula.*

Boet.1.1.

*Qui me felicem toties iactaſtis amici?*
*Qui cecidit, ſtabili non erat ille gradu.*

Tibull.36.

*Vos ego nunc moneo, felix quicunque dolore*
*Alterius diſces poſſe carere tuo.*

Plautus.

*Feliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit.*

Terent.

*Ex alijs periculum facito, tibi quod ex vſu fiet.*

Virg. 2. Georg.

*Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas:*
*Atque metus omnes, & inexorabile fatum.*
*Subiecit pedibus, ſtrepitumq; Acherontis auari.*

Claud. de ſene Veronenſi.

*Felix, qui proprijs æuum tranſegit in aruis,*
*Ipſa domus puerum quem videt eſſe ſenem.*
*Qui baculo nitens in qua reptauit arena,*
*Vnius numerat ſecula longa caſæ.*
*Illum non vario traxit fortuna tumultu,*
*Nec bibit ignotas mobilis hoſpes aquas.*
*Non freta mercator timuit, non claſsica miles,*
*Non rauci lites pertulit ille fori.*
*Indocilis rerum, vicinæ neſcius vrbis,*
*Aſpectu fruitur liberiore poli.*
*Frugibus alternis, non conſule computat annum,*
*Autumnum pomis, ver ſibi flore notat.*
*Idem condit ager ſoles, idemq; reducit,*
*Metiturq; ſuo ruſticus orbe diem.*
*Ingentem meminit paruo qui gramine quercum;*
*Æquæuumq; videt conſenuiſſe nemus.*

Ibidem.

*Erret & extremos alter ſcrutetur Iberos.*
*Plus habet hic vitæ, plus habet ille viæ.*

Iuuenal. 13.

*Plurima felix*
*Paulatim vitia, atque errores exit omnes.*

Ibidem.

*Dicimus autem*
*Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ,*
*Nec iactare iugum vita didicere magiſtra.*

Horat. 1. Carm. 13.

*Felices ter, & amplius,*
*Quos irrupta tenet copula, nec malis*
*Diuulſus querimonijs,*
*Suprema citius ſoluet amor die.*

Ex Græcis Comicis.

Δίκαιον εὖ πράττοντα μεμνῆσθαι θεοῦ.
*In proſpera æquum ſorte meminiſſe eſt Dei.*
Θεοῦ γὰρ οὐδεὶς εὐτυχεῖ βροτῶν ἄνευ.
*Nullus beatus abſque numine eſt Dei.*
Κοινὸν δὲ καλόν ἐστι χρηστὸς εὐτυχῶν.
*Viri probi communis eſt felicitas.*
Πολλοὶ μὲν εὐτυχοῦσιν, οὐ φρονοῦσι δέ.
*Prudentia expers plurimis felicitas.*
Τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν.
*Prudens videtur ille, cui ſors proſpera.*
Τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς.
*Terra omnis illi patria, cui res proſperæ.*
Ὅτ' εὐτυχεῖς μάλιστα μὴ μέγα φρόνει.
*Minus inſoleſce, quo magis beatus es.*
Ὡς εὐκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι.
*O quam ruina ſplendida vitæ cita.*

Anthol. Sacr. Iac. Bill.

Stultum eſſe, qui in mundi proſperitate fiduciam collocat.

*Stultus, vt eſt, leuibus ventis qui fidit & vmbræ;*
*Et noctis placidæ ſomnia certa putat.*
*Scribere quiq; in aquis molitur: ſic quoque figit,*
*Qui ſpes in mundi proſperitate ſuas.*
*Atque ideo in terris firmi nil prorſus vt eſſet,*
*Conſtituit, ſupera qui manet arce, Pater.*
*Scilicet vt firmi nihil hic ſtabiliſq; videntes,*
*Tendamus celeri ſemper ad aſtra pede.*

## ¶ Philosophorum Placita.

De felicitate. Dial. CVIII.

*Franciſci Petrarch.*

Gaud.

Sum felix. Rat. Pontificatu forſan, aut Imperio, aut omnino potentia, atque opibus felicem fieri credis? Falleris. Non felicem faciunt iſta, vel miſerum, ſi detegunt ac oſtendunt, & ſi quid facerent, miſerum potius, quam felicem facerent. Sunt enim plena periculis, quibus humanarum eſt affixa miſeriarum radix. G. Felix ſum. R. Opinione fortaſſis tua, quæ, quoniam falſa eſt, felicitati ni-
hil addiderit, ſed miſeriæ multum. Et quidem prop
ſcere miſeriam, miſeria ſumma eſt. G. Felix ſum.
carnificum gladios magnus ille Pompeius de ſe præd
men (ſi profundius verum fodis) nunquam fuera
dem, dum florentiſſimo in ſtatu feliciſſimus videre
qui in tot malis te felicem ſperes! G. Sum felix. R. Fe
viator inſolitus mirus curſor, quo in hoc ſcrupeo &
felix inter mille pericula raptatus iugiter, & ignora
dem hic es felix, quod nemo vnquam fuit, nemo era
Nam quis quæſo, hominum felix in miſeriis? Nemo
priuſquam ex hac miſeriarum valle migrauerit. Duo
cunctis mortalibus colligunt felices, in quibus opin
Quintus Metellus, & apud ſcriptores rerum, & vulg
Sed huc tamen, quamuis latè iactatum, felicitatis
buſdam exactioribus ſcriptis ereptum ſcio iniuria
uiſſimis, & (quod dolorem ingeminat) vili ab au
Iam reliquorum falſa felicitas in aperto eſt. Sylla fe
ctus eſt, infelicem tamen vitæ illum ac mortis
Alexandri Macedonis, ac Iulii Cæſaris, etſi fortuna p
ta tamen inquieta ſemper, ac turbida, atque ideo
Vtriuſque mors rapida. Ille in medio bellorum cur
ctoriam repente: ille veneno periit, hic ferro. Scipio
felicitatem alterius indignum exilium, indigna quoq
inulta mors minuit. Longum eſt euoluere ſingul
Ad ſupremum venio. Vnus omnium ferè omnibu
Auguſtus Cæſar, Monarchiâ omnium altiſſimâ diu
ſpatio, ac fine ſuauiſſimo (quodque omnia ſuperat)
animi tranquillitate perpetua. Quis hunc feliciſſim
Sed felicem negant, quibus hæc ſcrutandi ſtudium
nim extrinſecis fulgoribus interioris ac domeſticæ
fortuna longe alia: naturalis ac virilis ſobolis defect
rum ac nepotum immaturæ mortes, & quorundam
contumacia. Ad hæc & viliſſimorum quoque homi
ſuorum in ſe crebræ conſpirationes, & dilectiſſimæ
ac neptis adulteria crebriora, denique non ſuus hæ
non placitus, & neceſſitate magis, quam iudicio electu
no ſe dignus, nec imperio. Si horum ergo nemo feli
lium da mihi, cum quo felix ſis, vel ſine conſorte feli
tandem veriori ſententiæ aurem præbe. Secundum
rum, ante mortem nemo hominum felix. G. Ego
R. Sentio, quam felicitatem dicis; aut felix igitur
ait ille: Quæ felicitas (vt dixi) miſeria eſt. Aut virtu
quæ nec ipſa felicitas plena eſt, quamuis ſit ad felici
poſtremum cuncta diſcutiens, ne mirari non diſſim
hi felicitatem quidam ſomniant, promittuntque
homines in multis hac in parte cæciſſimi. Nam
mulus honorum ad felicitatem, iiſque indeficiens
ritur, & quam multa deſint homini vitæ, ſtudium
quiſque ſentit, & hæc ipſa, quæ adſunt, quam incerta
bilia ſint, agnoſcit, ſiue, quod aliis videtur, ſola vir
certe ipſi, qui ſecundum virtutem vitam agunt,
lices, quoſque felicitati proximos: non nego, vitam
tentationum præliis patiuntur infeſtam, periculis
grauibus expoſiti, nec vnquam ante exitum ſecuri,
ſciunt, ſiue ſciunt, æquè miſeri ſunt habendi. Nulla
rore, nulla ſine ſecuritate felicitas. G. Felix mihi ipſe
reſponſum habes. Si felicem error faceret, pauci
eſſent, falſa ergo felicitas tua eſt, & ea ipſa perbreui
diu contigit gaudere. Sola quidem veritas ſolida eſt
quiddam & inane, quod inter amplectentium man
aut vmbra diſſiliat. Veniet, quæ vmbras abigat, fa
apertum protrahat, quæ felicitati humanæ verum
ponat. Quære interim ab his ipſis, quorum proxim
bita, Quære ab omnibus, qui felices vel ſibi, vel ali
nam gentium, quoue nunc in ſtatu ſint, de ſua illa
quid ſentiant, tacebunt ipſi, ſed loquetur veritas,
bitos felices, fuiſſe miſerrimos.

## ¶ Sententiæ Historicæ

Deus Græcis (inquiebat Solon) mediocriter ſent
pienti cuiuſdam fiducia eos beauit, quæ mediocri
popularibus magis hominibus quam regio ſplend
Ea cum videat hominum vitam nunquam non va
obnoxiam, non patitur quenquam præſentium bo
tione efferri, neque admirari alicuius hominis feli
immutare tempus poſſit: vnicuique enim variæ re
bus certi nihil conſtat, ingruunt. Cui verò res ſecu
nem Deus prorogauit, hunc felicem eſſe ſtatuimus
huc, & in diſcrimine verſanti, felicitas quæ tribuit
ta atque rata eſt, quam ſi victoriam coronamque
certanti adſcribamus. *Plutarch. in Solone.*

Prouidorum hominum eſt, felicitatem ſuam pr
re in incerto eſſe poſitam, vt ferendis aduerſis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…mare, quatenus voluerit quis aggredi bellum, eatenus …adeſſe, ſed quatenus fortuita ſua ducent. *Thucyd. li-*

…homini ad felicitatem ſufficere, vt quæ ad vſum vitæ …omnia poſſideat, neque vllius rei qua ad ſe ſuſtentan…indiget, deſtituatur: omne autem ſuperuacaneum, cu…& multorum inuidiam ſecum trahere exiſtimo. *Dion.*

…mortales non tam rebus ſecundis ſuam felicitatem ſen…malis conflictati eam deſiderant. *idem lib.56.*

…& perpetuam, felicitatem, ferociora vtraq; quam …eſt conſiliis, metuo. *Liu. decad.3.l.10.*

…eſt felicitas. *Curt.l.5.*

…& moderationis diuiduum eſt contubernium. *Valer.*

…eſt temperare felicitati, qua te non putes diu vſurum.

…nihil aliud eſt, niſi honeſtarum proſperitas, Tullio te…modo definiam, felicitas eſt fortuna adiutrix conſi…bonorum, quibus qui non vtitur, felix nullo pacto eſſe po…in perditis impiisque conſiliis quibus Cæſar vſus erat, …eſſe felicitas, feliciorque, meo iudicio, Camillus exſul…temporibus iisdem Manlius, etiamſi (id quod cupierat) …potuiſſet. *Am. Marcel.l.21.*

…procul à veritate antiquum puto prouerbium, Quod non …Deus bona, ſed malis ſemper aliquibus admixt… …bet ho…nequeniſum ſine fletu habemus, resque ſec… ſemper …quædam ſubſequitur, ac voluptatem comit… triſtitia: …legitima ſinceraque felicitate quandoque frui nuſquam …*Procop. de bello Perſ.l.2.*

## ¶ Adagia.

…ex ſententia cedunt.

*…magnopere fortunatos, quibus & ſecus inſtituta feliciter ce-…illud ex Iliad. ρ.*

> …γὰρ πάντων βέλε᾽ ἅπτεται ὅς τις ἀφείη,
> …κἀγαθὸς Ζεὺς δ᾽ ἔμπης πάντ᾽ ἰθύνει.

Id eſt,

> *…cuncta horum feriunt, ſeu torſerit illa*
> *…ſeu vir fortis: quia Iupiter ipſe dirigit.*

…euenit Datidis cantilena. νῦν τοῦτ᾽ ἐκεῖν᾽ ἥκει τὸ Δάτιδος μέ…

*…vbi quid lætum ac feſtiuum accidiſſet.*

…ium. Προκρίδος ἀκόντια.

*…qui velut certis telis, quicquid animo deſtinant, aſſequun-…* Contrarium fere ſenſum Germani exprimunt hoc adagio: Es …Jagtag/aber nicht alle tag Fahtag.

…gallinæ filius. *Iuuenal.*

*…natum, albæ gallinæ filium dicimus.*

…olet, aut florem.

*…De hoc alibi.*

…Gygis annulus. Γύγου δακτύλιος.

*…vel in homines inconſtantibus moribus, vel in fortuna-…velut virgula diuina, quicquid optant, id ſuo arbitrio con-… Primus aſcribitur Ciceroni.*

…alia negantur.

*…e duabus naturæ dotibus altera contingit, altera negata …ſi cui formæ decus adſit, deſit ingenij laus) ſiue cum e duo…alterum duntaxat impetratur: quadrauerit illud ex …*

> Τῷ δ᾽ ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ᾽ ἀνένευσε.

Id eſt,

> *Annuit hoc illi diuûm pater, abnuit illud.*

…auibus, malis auibus.

*…feliciter aut ſecus cedere ſignificamus. Ab augurum …ſumptum. Horat.*

…ventis.

*…ventis nauigare dicitur, cui res ex ſententia ſuccedunt …*

> *Non agimur tumidis velis Aquilone ſecundo,*
> *Non tamen aduerſis ætatem ducimus auſtris.*

…dies. Δατύλου ἡμέρα.

*…res feliciter ſucceſſerunt.*

…hominibusque applaudentibus. *Cic.*

*…quod eſt, feliciter, atq; auſpicato.*

…feliciter cadunt Iouis taxilli. αἰεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς …

*…ſolitum in eos, quibus res omnes perpetuo quodam fortunæ …ex animi ſententia cederent.* Es iſt alles glück / was dieſer …anfähet.

Contingit & malis venatio. δέδοται καὶ κακίστοιν ἄγρα.

*…quid feliciter obtigit immerenti, quodq; fortunæ magis quam …induſtriæ ſit acceptum ferendum. Suid.*

…Achilles duas teſſeras & quatuor. βέβληκ᾽ Ἀχιλλεὺς δύο κύβω, …

*Duas Achilles, quatuorq; teſſeras.*

*Hunc verſum Suidas ex Euripide citat. Quid autem ſibi velit adagium, nullus explicat, niſi quod coniectare licet dictum fuiſſe de ijs, qui in omni re vincerent, propterea quod is teſſerarum iactus felix eſſet.*

Noctua volat. Γλαὺξ ὑπίπταται.

*Rebus feliciter atque ex animi ſententia ſuccedentibus dici conſueuit: Noctua volat. Zenodot.*

Laureum baculum geſto. δαφνίνην φέρω βακτηρίαν.

*Suidas tradit, ita ſolere loqui eos, qui eſſent ab aliquibus inſidijs appetiti, feliciterq; periculum effugiſſent: propterea quod Laurus credita eſt aduerſus venena remedium habere.*

Midas in teſſeris conſultor optimus. Μίδας ὁ ἐν κύβοισιν εὐβουλότατος.

*Accommodari poterit adagium ad rem, quæ forte fortuna bene cadit.*

Quæ diuinitus contingunt.

*Qui dicit quippiam non cuiuis contingere: quisquis optat, ſed diuinitus dari, velut ingenium, formam, vires. Vſurpare poterit illud Homeri:*

> Ἑκὼν δ᾽ οὐκ ἄν τις ἕλοιτο.
> *Non quisquis volet illa ferat.*

Felicitas à Deo. Θεοῦ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτοῖς.

*Vt res noſtræ bene cedant, id in nobis ſitum non eſt, ſed à ſuperum arbitrio pendet. Hominum eſt conatus: Dei eſt euentus.* Jch hab es im ſinn/Gott hat den gewalt.

Gall. L'homme propoſe & Dieu diſpoſ.

Primum recte valere: proxime forma: tertio loco diuitiæ. λέγεται γὰρ ὡς ἄριστον ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ πλοῦτος. *Plato lib.2. de legibus.*

*Id eſt: Aiunt enim optimum ac potiſſimum eſſe bonam valetudinem proximum formam, tertium diuitias. Alius quidam dicit: Recte valere & ſapere, duo vitæ bona.*

In cœlo eſſe.

*Pro eo, quod eſt, ſupra modum fortunatum eſſe & glorioſum.*

Quævis terra patria πᾶσα γῆ πατρίς.

*Admonet adagium, virum ſapientem ac bonum, vbicunq; gentium vixerit, felicem eſſe. Zenodot.*

Virtute duce, comite fortuna. *M. Tull. epiſt. fam. l.10. ad Planc.*

*Omnia ſumma conſequutus es, virtute duce, comite fortuna.*

Supercilium ſalit.

*Quoties bona quædam ſpes titillat animum noſtrum, dicere licebit nobis ſalire ſupercilium. Plaut.*

Effugi malum, inueni bonum. ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον.

*Dici ſolitum, ſi quando fortuna lautior cuipiam contigiſſet.*

Inueni, non quod pueri in faba.

*Vbi magnum quiddam reperire nos ſignificabimus. Vide Aulul. Plauti.* Es ſeind nicht ſchnellſäzlein.

Bonorum mare. ἀγαθῶν θάλασσα.

*Dicitur & diuerſam in partem. Item de magnis, & vehementer cumulatis commoditatibus.*

Thaſſus bonorum. Θάσσος ἀγαθῶν.

*De ijs, qui ſplendida pollicentur.*

Bonorum aceruus. ἀγαθῶν σωρός.

*De opibus ingentibus. Vnde & frequenter extructas opes, & opes cumulatas pro copioſis legimus, tanquam aceruatim congeſtas, neq; numero ſed ipſo cumulo infuſas.*

Horna meſſis.

*Plautus in Muſtell. Hornam meſſem prouerbiali figura dixit, pro maximo emolumento quaſi dicas tantum lucri, quantum eo anno ſit prouenturum in agris.*

Bonorum myrmecia. ἀγαθῶν μυρμηκιά.

*De immenſis opibus. Cicero.*

Dathus bonorum. Δάθος ἀγαθῶν.

*In eandem ſententiam dici conſueuit.*

Gargara bonorum. ἀγαθῶν Γάργαρα.

*Innumerabilem hominum, rerumq; vim, priſci Gargara dicebant ficta ni fallor, voce, a ſtrepitu, quem facit hominum congregatorum multitudo, aut rerum copia.*

Bona terræ. τὰ τῆς γῆς ἀγαθά.

*De bonis immenſis, & omnigenis, quaſi dicas, quicquid terra progignit, omnium rerum parens.*

Ingens rerum multitudo. *Item,* Bonorum glomi. ἀγαθῶν ἀγαθίδες.

*De opibus exſtructis & affatim cumulatis.*

Copiæ cornu. ἀμαλθείας κέρας.

*Cum affatim omnia ſupereſſe ſignificamus, copiæ cornu dicimus, Lucianus.*

Extis pluit. ἄλλασιν ὕει.

*Id eſt, Lucanicis pluit: Sermo prouerbialis de prodigioſa rerum copia.* Es regnet Bratwürſt.

Capram cœleſtem orientem conſpexerunt, αἶγα τὴν οὐρανίαν ἐπιτέλλουσαν ἐθεάσαντο.

*Hoc dici ſolitum in eos, quibus omnia feliciter, exque animi ſententia ſuccederent.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Bonæ fortunæ. ἀγαθοῦ δαίμονος. *Ariſtoph.*

*Boni genij, vel bonæ fortunæ ſubaudiendi nomine. Sermo eſt bene ominantis in re quapiam aggrediunda.* Glück ſey darbey.

Oculus dexter mihi ſalit. ἄλλεται ὀφθαλμός μοι δεξιός.

*Vbi ſpes eſt, viſuros nos lætum quippiam, & vehementer exoptãdum.* Das rechte Ohr ſinget oder klinget mir.

Bona ſpes oſtenſa.

*Cum bona quæpiam ſpes affulget alicunde, perficiendi, quod propoſuimus, conueniet illud ex Odyſſ. ο.*

Ὡς ἄρα εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις.
*Sic fato felix à dextris aduolat ales.*

Deus vndecunque iuuat, ſi modo propitius.

*Deus vbique præſens adeſt, ſi faueat: neque refert, vbi gentium agat, illo propitio. Ad hanc ſententiam accommodare licebit illud Homeri:*

Ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαῶσαι.
*Si libeat, ſeruare procul quoq; numina poſſunt.*

Lux affulſit.

*Vbi melior rerum ſpes oſtendi cœperit lucem affulſiſſe dicunt.*

## ¶ Apophthegmata.

*Thales*, cuidam quærenti, quis eſſet felix? Qui corpore, inquit, ſanus eſt, animo eruditus, ſiue caſtigatus. Cupiditates enim animorum morbi ſunt. *Laert. l. 1. c. 1.*

*Anaxagoras* ab homine quodam male ſano interrogatus, quinam felices eſſent? reſpondit: Nemo ſane ex iis, quos tu felices exiſtimas, ſed is, quem tu miſerum credis. *Valerius Maximus libro 7. cap. 2.*

*Diogenes* vnicam felicitatem eſſe exiſtimabat, qua fieret, vt reuera lætemur, nec vnquam triſtemur, quocunque in loco aut tempore. *Stob. ſer.* 101.

*Idem*, veram felicitatem eſſe dicebat, quæ faceret, vt mens & anima in perpetua tranquillitate hilaritateque collocentur. *Stobæus ſerm.* 101.

*Ariſton*, vt nihil iuuat (inquit) ægrum lectus quem pedes aurei fulciunt: ſic neque ſtultum felicitas externa. *Stobæus ſermone* 101.

*Democritus* eum felicem eſſe dicebat, qui cum exiguis pecuniis hilaris eſſet. Infelicem autem, qui inter magnas opes triſtaretur. *Stob. ſer.* 101.

*Socrates* interrogatus, quid eſſet felicitas? Voluptas, dixit, quam pœnitudo nulla ſequitur. *Stob. ſer.* 101.

*Idem*, interrogantibus, quinam eſſent felices? reſpondit: Illi, qui mentem bonam & rationem poſſident. *Stob. ſer. eod.*

*Idem.* Polus quidam ab eo ſciſcitabatur, vtrum magnus Perſarum rex felix eſſet? Neſcio, inquit, an eruditione, & iuſtitia ſit inſtructus. In hoc enim hominis felicitas conſiſtit. Et miſer homo eſt, ſi iniuſtus. *Plato in Gorgia.*

*Plato* rogatus à Cyrenenſibus, vt ipſis leges ſcriberet, ac Reipublicæ ſtatum componeret, recuſauit dicens: Perdifficile eſſe condere leges tam felicibus indicans, eos non facile parere ſalubribus monitis, qui ſucceſſu rerum elati, ſibi felices viderentur. *Laertius lib. 3.*

*Antiſthenes* rogatus quid eſſet mortalibus beatiſſimum? Felicem, inquit, mori. Hæc ſententia conſentit cum illa Solonis: Qui feliciter abſoluit vitam, huic nihil ſiniſtri poteſt accidere, quod felicitatem ægritudine aliqua contaminet. A quibus res ſunt ſecundæ, ii nihil magis optant, quam diuturnam vitam. *Laertius libro 6. cap. 1.*

*Solon.* Crœſus Lydius rex omnium ditiſſimus, accitum ad ſe Solonem, in congreſſu rogauit, An quis eſſet ſe felicior? Cui Solon, Tellum ciuem ſuum feliciorem, qui filios habuerit probatiſſimos, & pro patria fortiter occubuiſſet, dixit. Crœſus autem putans, Solonem omnium vrbanitatum expertem, iterum contendit: Num poſt Tellum alium beatiorem noſſet? Cleobem dixit, & Bitonem, Argiuos, qui mirifico inter ſe amore, tum ſumma in matrem obſeruantia ſe feliciores eſſe oſtenderant. At Cœſus iratus, interrogauit etiam, an in beatorum numerum non merito reponeretur? Solon reſpondit. Nondum te felicem prædicamus: adhuc enim es in fortunæ & affectuum poteſtate. Quamprimum autem mortuus fueris, tum demum videbimus, quam felix fueris. *Plut. in Solone.*

*Demetrius Cynicus* dicere ſolebat, nihil ſibi videri infelicius eo, cui nihil in vita accidiſſet aduerſi. Non licuit enim illi ſe experiri, vt ex voto illi fluxerint omnia vt ante votum: male tamen de illo Dii iudicauerunt. Indignusque viſus eſt, à quo vinceretur aliquando fortuna, quæ ignauiſſimum quemque refugit. *Seneca lib. quare bonis mala accidant.*

*Iamblichus* felicem eum eſſe dicebat, qui Deo, quatenus fieri poteſt, ſimilis fuerit, perfectus: ſimplex, purus, & ſeparatus ab humana vita. *Stob. ſer.* 101.

*Sylla cognomento Felix*, inter felicitates ſuas duas præcipuas dicebat: alteram, quod Pium Metellum haberet amicum alteram, quod vrbem Athenarum non ſubuertiſſet. *Plutar. in Rom. apoph.*

## ¶ Similitvdine[s]

*Philonis Iudæi.* Sicut nec ignis, nec terra, nec [...]
quatuor, ex quibus conſtat hæc rerum vniuerſitas [...]
elementorum in vnum congreſſus & contempera[...]
licitatis nec in corporis, nec in animæ ſeorſum [...]
nim ſingula velut partes quædam & elementa [...]
ſimul congerie conſiſtit. *In lib. Quod deterius* [...]

*Socratis.* Quemadmodum incontinentes in [...]
tes in proſperitatibus, curatu difficiles ſunt. *Apud* [...]
*mone* 18.

*Senecæ.* magni animi eſt magna contemnere, ac [...]
quam nimia. Illa enim vtilia vitaliaque ſunt, at [...]
fluunt, nocent. Sic ſegetem nimia ſternit vbertas, [...]
franguntur, ſic ad maturitatem non peruenit [...]
Idem animis quoque euenit, quos immoderata [...]
qua non tantum in aliorum iniuriam, ſed etiam in [...]
*Lib. 2. epiſt.* 39.

*Plutarchi.* quemadmodum ii, quibus ſunt equi [...]
dunt eos domitoribus, vt his facilioribus poſſint [...]
ſecundis rebus effrenatos, ſibique præfidentes, [...]
rationis ac doctrinæ ducere oportet, vt perfecta [...]
rum imbecillitate, varietateque fortunæ, reddan[...]
*Scipionis Maioris dicterium eſt apud* Plutarchum [...]
*apoph.*

*Senecæ.* vt periculoſa eſt, ſecundum Hippocraten [...]
corporis valetudo: Ita rebus maxime proſperis [...]
fortuna. *in mor.*

*Vt ſegetem* nimia ſternit vbertas, rami onere fra[...]
mos immoderata rumpit felicitas. *idem.*

*Vt hiſtrio* non eſt felicior, quod in ſcenis adorn[...]
videatur: ſic nec homo fortunæ muneribus, qua[...]
bonis æſtimatus, nihil eſt. *idem.*

*Thriueri.* quemadmodum auſtera ægrius qu[...]
ſed ſtomachum firmant: ſic blandior fortuna me[...]
vires animi clam frangit ac demolitur. *in apoph.* [...]

*Pueri dum* tinguntur, aut male habent, nullam [...]
tiunt. Et fere ii ſoli illicitis capiuntur mundi pru[...]
cior impinguat fortuna. *in apoph.* 86.

*Nulla vinea* tam iucunda, tam prægnans, qu[...]
egeat: Neque quiſquam tam bonus, qui perpetu[...]
non frangatur. *in apoph.* 106.

*Maximi Monachi.* Quemadmodum vehemen[...]
ra hominibus incommoda adferunt, quam leuiter [...]
didiſſima fortuna magis obeſt hominibus quam [...]
*mone* 18.

*Hippocratis.* Quemadmodum in bona corpor[...]
periculum morbi perſpicuum ſæpius ineſt. Sic in [...]
ſperitatum nihil ſubeſt diu tutum. *in epiſt. ad Dam*[...]

## ¶ Historica Exempla.

*Erichthonius Dardani ex Batea F.* omnium [...]
tiſſimus fuiſſe, veterum Græcorum hiſtoriis trad[...]
*cap.* 19.

P *Craſſus Mucianus* quinq; rerum bonarum [...]
præcipua. *Vide titul. ex Gell. l. 1. c. 13.*

Vnus hominum ab hoc æui *Felicis* ſibi cognom[...]
la: ciuili nempe ſanguine, ac patriæ oppugnatio[...]
quibus felicitatis inductus argumentis? quod pro[...]
ciuium ac trucidare potuiſſet. *Plin. l. 7. c. 42.*

*Agrippinæ Auguſtæ* inter fœminas Romanas, qu[...]
runt, vni contigit: vt Romani Principis vxor, ſoror [...]
haberetur Germanici enim filia fuit, quem Tibe[...]
ceſſorem adoptauerat: Claudium Auguſtum vir[...]
gulæ ſoror erat: deniq; Neronem peperit. *Fulg. l.* [...]

*Conſtantinum Magnum* non ſupplicantem d[...]
pſum verum Deum colentem Deus tantis terren[...]
neribus, quanta optare nullus auderet. *Auguſt. lib.* [...]
*cap.* 25.

*Ambroſius Epiſcopus*, cum apud diuitem quend[...]
gratia diuertiſſet; & ille ſe nihil vnquam in vita a[...]
ctaret, è veſtigio cum ſuis receſſit, dixitque, ideo ſe [...]
vna cum homine perpetuis proſperitatibus vſo, [...]
Haud ita procul exceſſerant, & reſpicientes, viden[...]
omnibus, qui ibi erant, terræ hiatu iam abſorptas. [...]

## ¶ Hieroglyphica.

*Si caduceo cornu copia* adiiciatur, felicitatis in[...]
in Veſpaſiani & aliorum nummis obſeruauimus. [...]
*pag.* 145. *C.*

Ad hæc *Nauis* in aliquot veterum monument[...]
glyphicum eſt: vt in Hadriani nummo, quæ remig[...]
rimeq; elaborata viſitur, cum inſcriptio[ne] Felicit[...]
naui verò, S. C. Cos. III. P. P. *Pier. Val. l. 45. p. 448.*

Quod etiam *Olea adiecta caduceo* felicitatis hieroglyphicum ſit, multa veterum numiſmata indicio ſunt, quæ in ipſius catalogo commentario continentur. *idem lib.53.pag.511.A.*
...etiam felicitatis eſt hieroglyphicum. Artis enim diuinandi ...coniectores ſcribunt: vbi eius ſignificata examinant, *Vuā* ...viſam, etiam extra tempus, felicis eſſe præſagii. *Idem lib.* ...*6.F.*

¶ Emblema.

In momentaneam felicitatem.

Emblema A. Alciati CXXIV.

*Aeream propter creuiſſe cucurbita pinum*
*Dicitur, & grandi luxuriaſſe coma:*
*Cum ramos complexa, ipſumq; egreſſa cacumen,*
*Se præſtare aliis credidit arboribus.*
*Cui pinus, Nimium breuis eſt hæc gloria: nam te,*
*Protinus adueniet, quæ male perdet, hyems.*

*Vide Beatitudo.*

# Feriæ.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

...Græce ἀεργία, ας, & ἀεργής, ῆτος, ὁ, feriatus dicitur: ſic dictæ à ferendis epulis: In his enim epulæ fiebant ex porcorum frugumq; prouentibus. Feriarum publicarum genera erant apud Rom. Statiuæ vniuerſi populi communes, quæ certis ...diebus fiebant, in quibus præcipue ſeruabantur A...lia, Carmentalia, Lupercalia, Conceptiuæ, quo quotannis à ...tibus vel ſacerdotibus concipiebant certos ſiue incertos ...Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Imperatiuæ, ...vel prætores pro arbitrio indicabant. Nundina paga...ruſticorum, quibus ad negotia & merces conueniebant.

¶ Apophthegmata.

*Diogenes*, Lacedæmone peregrinum quendam conſpiciens ſeſe ad feſtum diem componentem. Quid facis, inquit? An non ...dies viro bono feſtus eſt? Senſit, hunc mundum eſſe phanū ...gnum, in quo conſtitutus homo ſemper honeſte, velut in ...numinis omnia cernentis, verſari debeat. Detorſit huc ...quod dicitur, Pigris ſemper eſſe feſtum. *Laert. l.6.*
...interrogatus, quid eſſet dies feſtus? Gulæ irritamen...iæ occaſionem eſſe dixit. *Stob. & Max ſer.27. Anton. in ...part.1.ſer.39.*

*Vide Sabbathum, & Solennitas.*

# Fermentum.

¶ Loci Biblici.

Fermentum: Fermento in Paſchæ celebratione non vtendū, *Exod.12.15. & 13. v.6.7.* qui fermentum comediſſet in Paſchæ celebratione, moriebatur, *ibidem*. Fermentum in oblationibus ...ſcendum, *Leu.2.11.* Fermentum in bonam partem, *Matt.* ...Eccleſia comparatur fermento repoſito in farina. In ma...peſtilenti doctrina, *Matth.16.6. Luc.12.1. Gal.5.9.* Allego...pro eadem accipi poteſt & *Leu.2.11. & 6.16. Deut.16.13.* Fer...veteris malitiæ expurgandum, *1.Cor.5.7.*

¶ Sententiae Biblicae.

*Fermenti conditio bona.*

Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier ...in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum. *Matth.13.33.*

*Mala.*

...mini & cauete, à fermento (id eſt, à doctrina & hypocriſi) ...orum & Saducæorum. *Matth.16.*

Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis ...etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epu...non in fermento veteri neque in fermento malitiæ & nequi...in azymis ſinceritatis & veritatis. *1.Cor.5.*

Fermentum, farina quæ ſubigitur, prius quam addatur ſal, ad ...modum decocta & relicta donec aceſcat. Hebr. *Seor.* Græc. ...à quo Latinum fermentum. Iacens in fermento mu...inflata & irata dicitur, *Plauto*.

# Fertilitas.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

Fertilitas, Agrorum & frugum vbertas ac fœcunditas εὐφορία, Hebr. *Sobahh*, à verbo *Sabahh*, ſatur fuit, ſatiatus eſt. In abundantia etenim frugum terra bonis veluti ſatiata videtur. fertilitas magna in terra Ægypti, *Gen.41.47.* à Deo eſt *Eſai.55.10.*

¶ Sententiæ Philosophorum.

De fertilitate terræ. Dial. LVII.

*Franciſci Petrarchæ.*

Gav.

Fertilis ager eſt mihi. R. Vim fœcundatoris intellige, doniſque cæleſtibus ſic vtere, ne diſpliceas largienti, quod ita demum rite facies, ſi & ſobrietatem & modeſtiam fertilitas non excludet, & vbertatis in partem egeni venient atque amici. Nil ſoli dulce, nil ſapidum. G. Agrum fertilem exquiſitiſſime colo. R. Non homo terræ, ſed terra homini ſeruire debuerat, hominum culpis effectum eſt, ne terra poſſeſſori ſuo ſine labore reſpondeat. Inculta meſſem horridam, lappas, & tribulos paritura, hanc ferro ſollicitare, miriſq; blanditiis mollire mortalis coegit indigentia. Hinc agriculturæ fluxit initium, ſanctiſſimæ & innocentiſſimæ quondam vitæ. Nunc vni ex multis & priſco labori, & nouis vitiis obnoxiæ, poſtquam nihil inuidiæ atque auaritiæ inacceſſum ruſticas etiam caſas vrbana piacula perſuaſere. Certe vltimos hominum ruſticos malos fuiſſe conuenit, vnde illud poeticum: *Extrema per illos iuſtitia excedens terris, veſtigia fecit.* Sed verendum, ne qui mali fuerant, nouiſſimi primi ſint, vt ſi vnquam forte eſſet ad virtutem reditus, & ad priſcos mores, in hoc quoque ſint vltimi. Nunc ad ipſam agriculturæ artem redeo, quæ magnis olim tractata viris atque ingeniis in pretio fuit, in qua vt multis in rebus altum locum Cato Cenſorius tenet, de quo cum veriſſime ſcriptum ſit, optimus Senator, optimus Arator, optimus Imperator, tandem laudis ad cumulum illud eſt additum, ſine æmulo, ſiue ſine exemplo ſui temporis agricola. Quem puderet igitur cum Catone terram colere? Quis omnino ſibi turpe aliquid duceret, quod pulchrum ille ſibi duxiſſet? qui præter corporis atque animi virtutes, rerumque geſtarum gloriam, etiam de Hiſpania triumphaſſet? Quis ſollicitare atque hortari boues erubeſceret, quos in ſulcum vrgeret illa vox, quæ tot magnos exercitus in prælium accendiſſet, tot ancipites cauſas diſertiſſime peroraſſet? Quis raſtrum atq; aratrum faſtidiret, quod illa triumphalis ac philoſophica manus attingeret? quæ inſignes de tot hoſtibus victorias peperiſſet, tot de rebus optimis præclaros libros ſcripſiſſet, ſiue ad philoſophiam, ſiue ad hiſtoriam, ſiue ad vſum vitæ ſpectantibus, quales ſunt, quos de hoc ipſo, quod nunc loquimur, ſcripſit? Primus equidem apud nos colendi arui præcepta collegit in formam artis, ac redegit in literas. Secutique illum multi alii, quorum quidam humile illud ac depreſſum artificium nobiliſſimis verſibus extulerunt, quos nunc memorans nec humanæ immemor neceſſitatis agriculturam certe non improbo. Nunquam tamen aut Scriptorum claritas aut inopiæ metus coget, vt liberalibus & honeſtis artibus præferendam cenſeam, nec æquandam quidem. Quamvis enim eoſdem duces ſimul illuſtres & agricolas, primum illud imperii tempus habuerit, mutata iam ſpacio res eſt. Neque (vt fragilior nunc natura eſt) ad res tam varias ingenia noſtra ſufficiunt. Hac ætate igitur excellentibus viris agriculturæ operam dare non pro arte vel negotio, ſed pro otio & curarum alternatione permiſerim, vtque interdum teneros ramos pubeſcentibus gemmis inſerere, luxuriantia folia curua falce compeſcere, laſciuos palmites prolis in ſpem ſcrobibus cauis infodere, ſitientibus pratis querulos riuos prono calle diuertere, illos ſinam: ſic fodere pertinaciter, atque arare, totoque animo incumbere terris (niſi neceſſitas cogat) indecorum atque indecens docto fortique viro arbitror, cui nobilioris exercitii deeſſe materia vix poſſit. Natura parēs optima, dum multas mortalibus artes daret, ipſa etiam diſtinxit ingenia, vt cui quiſque erit aptiſſimus, illi inſiſtat. Videbis aliquem, qui mediocri ingenio tam ſolerter aut arua ſulcet, aut maria, vt hac in re cuiusvis acumen philoſophi nulla ſibi conferri poſſit induſtria, ſtultum & inglorium fuerit cum alio non in tua, ſed illius arte contendere, vbi toto maior vertice minor appareas, & victor in maximis, multis ac paruis in rebus facile vinci queas. G. Ager hac mihi æſtate perfertilis fuit. R. Proximam operire, præſens ſæpe fertilitas venturæ ſterilitatis arrha eſt, rara quidem ſine intermiſſione proſperitas. G. Diligenter agrum colui. R. Bene, ſi nil melius quod faceres, fuit. Gav. Colui vineam exquiſite. R. Lætam cum illa forte vindemiam pactus, an & cum pruina, aut etiam cum grandine pepigiſti? G. Solito largius aruum ſeui. R. Plures paſces grues rure, plures domi mures, volucrum hoſpes ac vermium, ſoli excuſſor, areæ compactor, horrei architectus, metentium ſeruus, ac terentium. G. Seui agrum largiter. R. Eſto, in ſpe bona metes, quod ſeuiſti triticum, atque ſollicitudinem, niſi illud eſt verius, quod triticum plurimorum, ſed anxietas tua eſt, & vt proprie dixerim, ager ipſe eſt animus, cultus intentio, ſemen cura, meſſis labor, hanc vberrimam percipies. G. Rus optime colui. R. Dicam, quod mireris: Illi ipſi antiqui agricolæ viri fortes, quibus gloriæ fuit agricultura, colendum bene cenſuerunt, ſed non optime, incredibile primo forſan auditu, at experientiæ comprobatione veriſſimum, vix enim fertilitas ſumptum æquat, eſtq; apud ipſos veteres homines atq; agri comparatio non inepta,

QQ 2 vt vter-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vt vterque ſi ſumptuoſus fuerit, quamvis & quæſtuoſus, reliqui nihil aut modicum ſit. Neutrum magni igitur exiſtimandum. GAV. Summo ſtudio terram colo. R. Te te mallem coleres, ſed terreſtre animal terram amas: nec multum, cum, tu illam quam nunc percolis, impinguabis: Cole agrorum atque arborum quantumvis, neq; multos terræ pedes ad vltimum occupabis, neque, (vt ait Flaccus) *Harum quas colis, arborum, te præter inuiſas cupreſſos vlla breuem domum ſequetur.*

# Feſtinatio.

## ¶ ADAGIA.

Citis quadrigis. Iouis quadrigis.

*Sub intellige, fugere, quod eſt ocyſsime fugere. Plaut.*

Talaria induere. πέδιλα δύειν.

*Id eſt, fugam adornare, quaſiq; velle quopiam auolare. Cic.*

Celerius quam Butes. θᾶττον ἢ Βούτης. *Zenodotus.*

*Hoc adagio ſignificatur, aliquid quamprimum abſolui, ac quaſi compendio explicari. Vſus eius erit, cum iactare nos volumus, quod facile perficere aliquid poſsimus.*

Salaminia nauis. Σαλαμινία ναῦς.

*De præuelocibus hoc dictitatum eſt.*

Ignem palma. πῦρ παλάμῃ.

*Imitando exprimi poteſt, cum protinus aliquid à quopiam eſt intellectum: vt ſi ſcommate dicto, ſtatim aliquis in ſe dictum ſentiat.*

Aphya ad ignem. Ἀφύα εἰς πῦρ.

*Prouerbium in ijs locum habet, quæ celeriter intereunt aut abſumuntur, vel quæ ſtatim ac facile conficiuntur.*

Intra ſeptimanam. ἐντὸς ἑβδόμης.

*Vti hoc adagio recte poterimus quoties admonere volumus, mature ſuoq; tempore negotium aggrediendum eſſe. Zenodotus.*

Priusquam gallus cecinerit. πρὶν ἢ τὸ δεύτερον ἀλεκτρυὼν ἐφθέγξατο.

*Id eſt, Admodum mane: & antelucano. Sumptum à priſca conſuetudine quæ noctis deliquium & acceſſum diei galli cantu metiebatur, gnomonibus horariis nondum repertis.*

Viuit incende ignem. ζῇ, καῖε πῦρ.

*Vbi in negotij periculoſi puncto, feſtinandum admonemus & occaſionem arripiendam. Vt cum reperta ſcintillula, properatur, ne & illa pereat. Suidas.*

A ſubeunte portum naui. ἀπὸ κατα δυομένης.

*Id eſt: A ſubeunte, ſubaudi naui, lucrum capias. Monet adagiũ, celeritatem multum aut quæſtum conducere. Sumpta à mercatoribus metaphora, qui merces ſtatim emunt ab ipſis nautis in portum appellentibus.*

Matura ſatio ſæpe decipit: ita ſera ſemper mala eſt. *Columella.*

*Admonemur hoc adagio, in omni negotio maturandum eſſe, neq; paulo ſatius, occupare tempus legitimum, quam ſerius aggredi.*

Vt canis è Nilo.

*Locum hoc in ijs habet, qui leuiter ac obiter ſaltem artem aliquã vel authorem deguſtarit.* Er laufft darůber als ein hahn vber die heiſſen kohlen.

Criſonem Himeræum præcurrere.

*Hoc eſt, præcipitanter aliquid agere. Videtur autem huic prouerbio prodigioſa Criſonis celeritas locum dediſſe, de qua* Plato *in Protagora agit.*

Equis albis præcedere. *Plautus.*

*Id eſt: longo interuallo anteire. Vſus, cum ſignificare volumus aliquem quapiam in re longo poſt ſe alios interuallo relinquere.*

Citius quam aſparagi coquuntur.

*Accipiendum hoc de re vehementer propera.*

E veſtigio. ἐκ ποδός.

*Dicitur è veſtigio fieri, quod citra moram ac protinus fit: priſci dicebant, ex templo.*

Simul & dictum & factum. ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον.

*Vſurpari hoc de ijs poteſt, qui citra moram & cunctationem id, quod verbis pollicentur, re ipſa præſtant.*

Ne nimium calidum hoc ſit modo.

*Donatus prouerbium eſſe demonſtrat, quanquam anceps eſt lectio. Poteſt enim vtrumq; legi, & callidum, & calidum: ita vt prius ad nimis aſtutum poſterius ad feſtinatum conſilium referatur. Terentius.*

Duobus pedibus fugere. ἐν δυοῖν ποδοῖν καταφεύγειν.

*Hoc eſt: Summa vi, ſummoq; conatu confugere. Ariſt.*

In foribus adeſſe. περὶ τὰς θύρας.

*Pro eo, quod inſtat, iamq; in proximo eſt. Hinc Deus dicit ad Cain, Gen. 4. Sin male egeris ſtatim in foribus peccatum tuum aderit.*

Velis equisque. *Cicero.*

*Vtimur autem hoc prouerbio, cum extremum conatum ſignificare volumus.*

Nauibus atque quadrigis.

*Hoc eſt: Summo ſtudio, ſummaq; feſtinatione. Vnde Flaccus in epiſtolis:*

*Strenua nos exercet inertia, nauibusq; atq;*
*Quadrigis petimus bene viuere: quod petis, h*

Vir fugiens haud moratur lyræ ſtrepitum, ἀν[illegible] λύρας κτύπον.

*Dicitur hoc de ijs, qui in rebus periculoſis ac ſerijs [illegible] dio leuiora negligunt.*

Ocyor accipitre. θάσσονες ἰρήκων. *Homer.*

*Licebit nobis vti hac prouerbiali hyperbole cum c[illegible] leritatem indicare cupimus.*

Pegaſo velocior. Πηγάσου ταχύτερος.

*De præuelocibus hoc dicitur. Nota fabula de equo d[illegible]*

Duobus clauis fugere. ἀμφοτέραις χερσίν.

*Huic affine eſt illud. Duobus pedibus fugere. De qu[illegible]*

Quantum pedibus potes. ὡς ἔχει ποδῶν [illegible]

*Prouerbium translatum à corpore ad animum. [illegible] corpore ſunt pedes, id in animo ſunt affectus, quibus [illegible] mus, aut refugimus.*

Qui nimium properat, ſerius abſoluit. σπεύδων [illegible] θεῖν, μᾶλλον βραδύνει.

*Monet adagium, inſtituendæ rei non tam celeri[illegible] curam adhibendam eſſe, ne poſtea ſit in mora quod [illegible] ſu fuerit erratum.* Eilen thet nie gut. item, wer [illegible] langſam heim.

Gall. Qui toſt commence, trad acheue.

Ante victoriam encomium canis. πρὸ τῆς νίκης τ[illegible]

Gall. chanter le triomphe deuant la victoire.

*Quadrat hoc in eos, qui præpropere gloriantur, [illegible] cta. Plato in Lyſidi.* Die beut außtheilen vor dem [illegible]

Ante lentem augere ollam. πρὸ τῆς φακῆς αὐξάνε[illegible] *thenæus.*

*Hoc eſt: Spes ingentes ante in animo concipere, [illegible] neatur: aut polliceri, quòd ipſe nondum habeat: a[illegible] placere, quaſi iam poſsideat etiam ea, quæ procul a[illegible] tur.* Ein Schloß in die Lufft bawen, item, die H[illegible] dann der Behr geſtochen iſt.

Aeſtate penulam deteris. ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατα[illegible]

*Recte dicitur in eos, qui res neceſſarias temere [illegible] fundunt, aliquando vſui futuras, ſi ſeruentur. Zen[illegible]* Sommer Kleider zerreiſſen ſo gehe im Winter [illegible]

Non ſtatim finis apparet. μὴ ἅμα ἀρχῇ τὸ τέλος [illegible] *Herodot. in Polyhymnia.*

*Vſurpari hoc prouerbium tum poteſt, cum repre[illegible] qui negotio vix cœpto rem ſeſe habere factam arbi[illegible] men exitus ſæpe initijs non reſpondeat.*

Canis feſtinans cœcos parit catulos. ἡ κύων σπεύδ[illegible] *Ariſtoteles.*

*Dicitur autem de ijs prouerbium, qui nimio feſtin[illegible] parum abſolutam reddunt.* Eylen thut nie gut.

Muſeum demetere. ἄμουσα θερίζειν.

*Id eſt: Prius emolumentum tollere quam opportun[illegible] latio ſumpta ab ijs, qui, quamprimum ager obdu[illegible] ſtatim demetunt, nec gramen adoleſcere ſinunt.*

Odi puerulos præcoci ſapientia. *Apul.*

*Adaptare licebit ad diſcipulum, qui in ipſis ſtatim [illegible] bi placet.* Auß geſcheiden oder witzigen Kindern [illegible] Spat obs lieget lang.

Citius quam formicæ papauer.

*De ſubita rerum conſumptione non aliter, quam [illegible] formicarum papauer obijciat: tum enim ſtatim [illegible] ſtrahitur.*

Dædaleum remigium.

*Vſus erit cum celeritatem ſignificare volumus. [illegible] tryone,* geſchwindt wie der Windt.

Ante pilos ſapis.

*Accipiendum hoc eſt de ſapientia præcoci præſer[illegible] ſiue natura ea debeatur, ſiue alij extranea cauſa.*

Ante barbam doces ſenes. πρὸ τῆς γενειάδος διδά[illegible] τας.

*Dici hoc ſolet cum imberbis natu maiorem doc[illegible]* Das Eye will klůger ſein dann die Hänne.

Feſtinatio, properatio, σπουδή. Heb. *Chippaz*, [illegible] feſtinauit pauidus & cum terrore, feſtinanter metu [illegible] præceps fuit. Vide *Exod.* 12,11, *Deut.* 16,3, *Eſai.* 52,12.

## ¶ BIBLICA EXEMPLA.

Feſtinationis bonæ exempla: Abraham, *Gen.* [illegible] Rachel, 31,34. Vxor Manue, *Iudic.* 13,10. Dauid, [illegible] *Sam.* 15, 14, Abigail. 1, *Sam.* 25, *verſic.* 18, Semei, 2. *Sam.* [illegible] *Matth.* 28,8, Bartimæus cœcus, *Marc.* 10,50, Maria, *Luc.* [illegible] res, 2,16, Zachæus, 19,6, Duo diſcipuli, 24, 33, Samarita[illegible] Paulus, *Actor.* 20,28, *Philipp.* 2, 28,1, *Theſſal.* 2,17, *Timo*[illegible] *moth.* 4,9, Titus, *Tit.* 3,12, Feſtinatio vitioſa cauenda, [illegible] & 19,2, & 28,20,22, *Eſai.* 59,7, *Rom.* 3,15,1, *Timoth.* [illegible] ſtinatio nimia corrigenda. 2, *Petr.* 3,8,9,10. [illegible]

Nutrix Miphiboſet, 2. *Sam.* 4.4. Eunuchus Achabi, 2. *Reg.* ... Cuſtodes Aſſueri, *Eſth.* 3. *v.* 15. Samſai Scriba, 2. *Eſd.* 4.23. Pec... *Iere.* 1.16. *Eſa.* 59.7 *Rom* 3.15. Nabuchdonoſor, *Dan.* 2.13. Iu... 9. Antiochus, 2. *Macc.* 9.14. quidam ex militibus, *Matth.* ...rodiadis filia, *Marc.* 6.25. Summi Sacerdotes, 15.1.

¶ Sententiae Historicae.

...natio improuida eſt & cœca. *Liu. dec.* 3 *l.* 2.

...os etiam bonos feſtinatio peſſundedit, qui ſpretis, quæ tar... ſecuritate, præmatura vel cum exilio properant. *Tacit. An.*

...mi feſtinatio eſt vtilis, ſi ei pugnandum eſt aduerſus hoſtes ...conſeſtu & caſtris habitos, per opimæ regionis municipia ...tum hoſtibus metuendos: qui quanto ferocius ante ſe ...tanto inſolentius voluptates hauſerunt, qui circo, theatris, ...itate vrbis primariæ emolliti, aut valetudinibus feſſi ſunt. ...os additur ſpatium, redit & his robur meditatione belli. ...l. 3.

¶ Hieroglyphica.

...piſciculus, ex eo genere, qui ex ſola pluuia procreantur, fe... ſignum erat. Nam vbi piſcis ille vel minimum concalue... eſt, vnde adagium: *Ad ignem Apua:* cum quid celerrime ...ipſo temporis momento ſignificamus. *Pier. Valer. l.* 30. ...B.

¶ Emblema.

Emblema xx. And. Alciati.

*Maturare iubent propere & cunctarier omnes,*
*Ne nimium preceps, neu mora longa nimis.*
*Hoc tibi declaret contextum Echeneide telum:*
*Hæc tarda eſt, volitant ſpicula miſſa manu.*
Vide Cunctatio, *Mora.*

# Fideiuſsio.

¶ Definitio: et etymol.

...ſsio, Græce ἐγγύησις, ιος, ἡ, & ἐγγυάομαι, fideiubeo dici... vnde fideiuſſor, qui pro alienis debitis intercedit, qui ...ἐγγυητής, dicitur. Heb. *Harubbah*, à verbo *harab*, pro alio ...fidem ſuam interpoſuit, promiſit. Latina locutio eſt em... qui pollicetur & iubet vt ſuæ fidei creditor ſtare velit.

¶ Sententiæ Biblicæ.

*Fideiuſsio ſolerter cauenda.*

...igetur malo, qui fidem facit pro extraneo. *Prou.* 11.

...homo plaudet manibus, cum ſpopōderit pro amico ſuo. ...7.

...vestimentum eius, qui fideiuſſor extitit alieni, & pro ex... aufer pignus ab eo. 10.

...eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offe... pro debitis. Si enim non habes, vnde reſtituas, quid cauſæ, vt ...operimentum tuum de cubili tuo? 22.

...ſpondeas ſuper virtutem tuam: quod ſi ſpoponderis, quaſi ...cogita. *Eccl.* 8.16.

...repromittit de proximo ſuo, & quum perdiderit reuerentiã, ...quetur ab eo. Repromiſſio nequiſſima multos perdit dili... & commouit illos quaſi fluctus maris. Viros potentes, gyrãs ...fecit, & vagati ſunt in gentibus alienis. 29.

*Vigilanter redimenda.*

...mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum ...tuam. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſer... Fac ergo, quod dico, fili mi, & temetipſum libera: quia in... manum proximi tui. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuũ. ...ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Erue... quaſi damula de manu, & quaſi auis de manu aucupis. *Prou.* 6.

*Ex corde recognoſcenda.*

...bonus fidem facit proximo ſuo, & qui perdiderit, confuſio... derelinquet ſibi. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris, dedit e... pro te animam ſuam. Repromiſſionem fugit peccator & im... Bona repromiſſoris ſibi adſcribit peccator, & ingratus ſen... derelinquit liberantem ſe. *Eccl.* 29.

...cupera proximum ſecundum virtutem ſuam, & attende tibi, ...incidas. *ibid.*

# Fidelis. Fidelitas.

¶ Biblici Loci.

Fidelis, pro conſtanti, quique præſtet reuera, quod promiſit, 1. *Theſſ.* 5.24. Deus πιστὸς fidelis dicitur, id eſt, verax benigniſſimè & firmiſſimè ſtans promiſſis gratuitis erga ſuos *Deut.* 7, 9, & 32. 4. *Pſ.* 145, 13, *Eſai.* 49, 7. 1, *Cor.* 1, 9, & 10, 13, 2, *Cor.* 1, 18, 1, *Theſſ.* 5, 24, 2, *Theſſ.* 3, 3, *Heb.* 10, 23. & 11, 11, 1, *Pet.* 4, 19, 1, *Ioan.* 1, 9.

Fidelis Ieſus Chriſtus, Deus homo, 2, *Tim.* 2. 13, *Heb.* 2. 17. & 3, 2, *Apoc.* 1, 5, & 3, 14, & 19. 11. Fidele Dei verbum, id eſt, certum immotum, verum, dicitur, *Pſal.* 19, 8, & 89. 29, & 111, 7, *Eſai.* 25, 1, *Tim.* 1, 15, & 3, 15, & 4. 9, & 2, *Tim.* 2, 11. *Tit.* 1, 9 & 3, 8, *Apoc.* 21, & 22, 6.

Fidelem ſeu fidum ſermonem vocat Paulus *Tit.* 1, 9, cui merito fides adhiberi poſſit, ſiue qui nunquam fallat, quamobrem etiam veritatis nomine ſignificatur, *Ioannis* 17, *v.* 17. Nomen fidelis nunc iis tribuitur omnibus, qui fidem & religionem Chriſtianam profitentur, 1, *Corinth.* 7, 12, 13, nunc ſolis electis conuenit, 1, *ad Timoth.* 4, 10.

Fideles à fide dicti in ſacris literis, non tam qui fidem datam ſeruent, denominantur, quam qui credant Dei promiſſis. Fideles omnes per fidem æquales, 1, *Pet.* 2, 5. Chriſto conformes, *Rom.* 8, 29, 2. *Cor.* 3, 18, Chriſto dati, *Pſalm.* 101, 6, *Eſai.* 8, 18, *Ioan.* 6, 37, 39, & 16, 29, & 17, 16, & 18, *v.* 9. Domeſtici Dei, & conciues Sanctorum, *Epheſ.* 2, *v.* 19, *Hebr.* 3. *v.* 6, 1, *Pet.* 3. *v.* 5. Electi ante mundum conditum, *Epheſ.* 1, *v.* 4. expoſiti calumniis, 1, *Pet.* 4, *v.* 16, filii lucis, *Epheſ.* 5, 8, tum quia vera luce illuſtrantur in ſeſe, & in luce ambulant, tum quod aliis etiam prælucent, *Matth.* 5, 16, adeo vt ſceleratorum vitam etiam coarguant, & damnent, *Rom.* 2, 27, Fratres Chriſti, *Pſalm.* 22, 23, Gens ſancta, 1, *Petr.* 2, 9. Gloria Dei, 2. *Corinth.* 8, 23, mundi domini, 1, *Cor.* 3, 22, mundi & angelorum iudices futuri, 1. *Corinth.* 6, 2, 3. Lapides viui, 1. *Petr.* 2. *Verſ.* 5, luminaria in mundo, *Philip* 2. *v.* 15. obnoxii cruci, 2. *Timoth.* 3, 12, 1, *Theſſalon.* 3, 3, 1, *Petr.* 2, *v* 21. & 4 19. & 5, 9, Pauci, *Eſai.* 39, 16, *Rom.* 10, 16, 1 *Corinth.* 1, 21, 2, *Theſſ.* 2, 10, 1, *Ioan.* 4, 6, primitias Spiritus habent, *Rom.* 8, 23, *Iac.* 1. 18, Sancti ſunt *Rom.* 1, 7, & 8 27. 28, 1 *Cor.* 1, 2, 2, *Cor.* 1, 1, *Epheſ.* 1, 1, *Coloſſ.* 1. 2. 2, *Theſſ.* 1, 10, *Hebr.* 13. 24, 1, *Pet.* 1, 2. 15. Sacerdotes ſunt & Reges, *Rom.* 12, 1, 1, *Petr.* 2, 5, 9, *Apoc.* 1, 6. *Hebr.* 13, 15, Templa Dei, *Leuit.* 26, 12, 1. *Cor.* 3. 16, & 6, 19, 2, *Corinth.* 6, 16. *Epheſ.* 2, 20, 21, 22. & 4, 30, 1, *Petr.* 2, 5, in quibus Deus per Spiritum ſanctum reſidet, *Rom* 8, 11, & totus fidelium cœtus ingenti alicui ciuitati, id eſt, nouæ Ieruſalem, comparatur, ex ipſis fidelibus, quaſi lapidibus conſtructæ, vt ſcribitur, *Eſai.* 54. *Apoc.* 21, Inde eſt etiam phraſis illa, Ædificare, & ædificatio, *Rom.* 14, 19, *Vide Epheſ.* 2. 21.

Fideles dicuntur Dei ſerui, in fidi atque conſtantes in veritatis & pietatis profeſſione, *Num.* 12, 7, 1, *Sam.* 2, 25, *Matth.* 24, 45, & 25, 21, 22, 23. 1, *Pet.* 4, 12, Fideles mulieres, 1. *Timoth.* 3, 11, Fideles homines erga proximos, 1, *Sam.* 22, 14, *Luc.* 16, 11, 12, fideles Dei promiſſiones, id eſt, ratæ, immutabiles, *Eſai.* 55, 3, *Act.* 13, 34, fideles variæ res dicuntur, id eſt, firmæ, certæ Deo addictæ, eiuſdem ſingulari quadam beneuolentia, 1, *Sam.* 2, 35, & 20, 28, 2, *Sam.* 7, 16, *Pſ.* 89, 38, *Eſai.* 1, 12, 26, & 7, 10.

Fideles quo magis affliguntur, eo magis creſcunt, *Exod.* 1. *verſi.* 12, indies proficere debent, *Rom.* 1, 17, *Epheſ.* 1, 16, 18, & 2, 22, & 3, 16, & 5, 27 *Philipp.* 3, 12. *Coloſſenſ.* 1, 3, & 2, 2, 1, *Theſſalon.* 3, 10, & 4, 1, & 5, 23. 2, *Theſſalon.* 1. 3 *Philem.* 4, 5, 6, *Hebræ.* 3, 15, & 6, 7, & 8, 10, 11, & 10, 36, & 13, 20, 21, *Iac.* 1, 5, 2, *Petr.* 1, 5, 8, 19, & 3, 13, 1, *Ioan.* 2, 8, 27, & 5, 13, *Iuda* *v.* 20.

Fidelis interpretatio, id eſt, vera certiſſima, *Dan.* 2, 45.

Fidelium arma *Epheſ* 6, *v* 11, 13, 16, 2, *Corinth*, 10, 4, 1, *Theſſal.* 5, 8, 1, *Ioann* 3 9, Communicatio, *Ioan.* 17, 11 *Rom.* 12, 4. 15, 2. *Cor.* 4, 15, *Epheſ.* 4, 16. *Philip* 1. 5. & 2, 1, 1, *Theſſal.* 5, 11, 2, *Theſſal* 1, 3, *Philem. verſ* 6, *Hebr.* 10, 33. Conditio in hac vita *Rom.* 8, 22, 35, Conditio beata, *Pſalm.* 16, 11 Conſolatio multiplex paſſim in Scriptis propheticis, & apoſtolicis, occurrit. Contemptus. *Pſalm.* 79, 4. & 102, 9, 1, *Cor.* 4, 12, 14. Fidelium dignitas, *Luc.* 10, 23. *Ioan* 1, 12, diuitiæ, *Tim.* 6, 6, filii, 1, *Cor.* 7. 14. Gaudium, *Rom.* 12, 12, *Philip.* 1, 4, Gloria *Rom* 5, 3. 2, *Timoth.* 4, 8, 1, *Ioan.* 3, 2, Gloriatio vera, 1, *Corinth.* 1, 30, 31, Hæreditas præclara *Gen.* 15, 18. *Rom.* 8. 17 1, *Petr.* 1, 4, Libertas, *Luc.* 1, 74, *Ioann.* 8. 32, 36, *Rom.* 6, 18, & 7, 14. *Gal* 4. 31, Meditatio, *Pſal.* 1, 2, Militia, *Rom.* 6, 13, *Epheſ.* 6, 11, 12. Mors, *Pſalm.* 116, 15, *Hebr.* 11, 4, Multitudo, *Gen.* 18, 18, *Pſal.* 2, 8. & 72, 8, *Hebr.* 12, 1, Nomen Libro vitæ adſcriptum, *Luc.* 10, 20, *Philip* 4. 3, *Apoc.* 3, 5. & 20, 12, & 21, 27, *Officium*, 1, *Theſſal.* 5, 6, *Hebr.* 10, 24, Patientia, *Matth.* 39, *Rom.* 5, 3, Perfectio, *Rom.* 7, 25, & 8, 5, 1, *Ioan.* 1, 9. & 2. 3, &c. Preces, *Eſai.* 49, 8. Prudentia, *Matth.* 10, 16, Salus, *Rom.* 8, 28, Sermones, *Epheſ.* 4. 3, 29. & 5. 4 Simplicitas, *Matth.* 10, 16, *Rom.* 16, 19, Victoria, *Ioan.* 16. 33. *Rom.* 8. 37, Vita, *Luc.* 1. 74, 75, *Rom.* 6. 11, 12, 13, 1, *Cor.* 9, 24. Virtutes, 2. *Petr.* 1, 5. &c.

Fidelitas, Obſeruatio fidei, Heb. *Emún*, à verbo *hoemin:* fides *Emunach:* vnde Amen. Græc. τὸ πιστόν, fidelitas ſeruanda eſt, *Prou.* 25. 14. & 28. 20, *Luc.* 16, 10, 1, *Cor.* 4, 2, *Epheſ.* 6, 5, 6, *Coloſ.* 3, 22, 1, *Tim.* 6. 1, 2, *Tit.* 2, 9, 10, 1, *Petr.* 2, 18.

¶ Biblica Exempla.

Fidelitatis exempla: Elitezer ſeruus Abraham, *Geneſ.* 24. *verſic.* 33. Iacob, 31, *Verſicul.* 40, Ioſeph, 39, *Verſicul.* 8. & 41. *Verſicul.* 47, 48. Moyſes, *Num.* 12, *verſicul.* 7. *Hebr.* 3. *verſicul.* 2. Rahab. *Ioſuæ* 2, *Ver.* 4. Ioſue, *Ioſ.* 6. *verſicul.* 17 Nuntii, *verſi.* 23. Principes Iſrael, 9. *verſic.* 18. Ioſue & fortiſſimi bellatores, 10, *verſicul.* 7. Samuel, 1. *Sam.* 3. *Verſi.* 19. 20. Ionathas, 19, *Verſi.* 1. & 20. *verſic.* 32. 35. Dauid, 22. *Verſi.* 14. 23. & 24, *ver.* 8 & 26. *ver.* 9, 10, Viri Iabes Galaad, 31, *ver.* 12. Vrias, 2 *Sam.* 11. *v.* 11, Ioab, 12. *Ver.* 28, Ethai Gethæus, 15, *v.* 22. Populus 18. *verſicul.* 3.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Iuda,20.*v*.2.Abiſai,21,*v*.17.Elias,1,*Reg*.18,*v*.15,16,Ioſaba filia Ioram,2,*Reg*.1',*v*.3,Ioiada,*v*.4,tres viri,1.*Paral*.11,*v*.18, Ædificatores templi,2.*Paral*.34,*v*.12,Raphael,*Tobiæ*,10,*v*.7,Abraham,1,*Macc*.2.*v*.52 Bacchides,7,*v*.8.DEVS,1,*Cor*.10,*v*.13,1,*Tim*.1,*v*.15,& 4,*v*.9.Paulus *Gal*.6 *v*.17.Syluanus,1,*Petr*.5.*v*.12.Antipas,*Apoc*.2,*v*.13.

## ¶ Historica Exempla.

*Zeno* cuidam promiſerat quingentos denarios mutuo, admonitus ab amicis hominem eſſe male fidei; tamen credit, vel ob hoc, quia promiſerat,& ſumma erat exilis. *Eraſ.in Adagijs.*

*Fridericus Dux Auſtriæ*, Alberti Cæſaris filius, commiſſurus prælium aduerſus Ludouicum Baioarium,qui quum de imperio contendebat, quamuis Marchiones Brandeburgenſes cum hoſtilibus ſentirent: his tamen promiſſam ante pecuniam numerauit: alienam fidem accuſari,quam ſuam malens. *Aelian. Syl. lib.3. Com.in Panorm.*

*In Aureliano ſcribit Flauius Vopiſcus*; rarum eſſe, vt Syri fidem ſeruent,imo difficile:ceu dempta modo hortorum cura operoſiore boni maioris, nil præterea in Syrorum ingeniis fere ſit requirendum. *Cal.lib.25.c.25.A.L.*

*Parthis* fides nulla,niſi quantum expedit,quibus vtilitas ſemper eſt,fide ſanctior. *Alex.ab Alexand.l.5.c.*10.

*Græcorum* gens male audit paſſim apud Poetas Latinos, & item apud Ciceronem: non ſolum quaſi voluptatibus addicta, & effœminata deliciis,verum etiam lubrica qua fide. *Eraſmus in Adagijs.*

*Lacones* vt infidos deſcripſit Eurip.in Andromacha:

Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια.

Id eſt:

*Spartæ inhabitatores,doloſus ſenatus.*

*Et Ariſtophanes in Acharnenſibus:*

Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει.

Id eſt:

*Quibus nec ara,nec fides,nec iuſiurandum ma*[illegible]

*Cælius lib.18.c.5.A.L.& Eraſ.in Adag.*

## ¶ Hieroglyphica.

Fidelitatis Hieroglyphicum *Canis* eſt: & Socrates [illegible] nem in Phædone per *Canem* iurat: quum putat fidem [illegible] præſtandum iis,qui rerum habenas in ciuitatib. moder[illegible] *Val.l.5.pag.46.F.*

---

# Fides.

## ¶ Definitio et Etymolog[ia]

FIDES, Græce πίστις, ιος, ἡ, & πείθω, fido dicitur. Fide[s] [illegible] ter ſumitur; nam quandoque dicitur ſponſio. [illegible] Item conſcientia. Item creditum, vel collectio[illegible] tem ſacramentum. Item fides miraculorum, de qua [illegible] *habuero omnem,&c.* Item fides viua,de qua *ad Hebr.*[illegible] ſumpta,ſic definitur.

Fidus & fidelis differunt, ſecundum Donatum [illegible] Quod fidus eſt amicus,fidelis eſt ſeruus. Fidi in ma[illegible] minoribus negotiis.

Fides quid differt ab opinione,vide infra in Opini[one].

Fides eſt dictorum conuentorumq; conſtantia & [illegible] contrarium fraudatio. Vel,Fides eſt opinio vehemen[illegible] *Topicorum. Cic.de Offic.* dicta, quod fieri debeat, quod [illegible]

## ¶ Divisio.

**Fides, eiusque sec. B. Thom. secunda secundæ:**

- *Materia*
  - *In qua, id eſt, ſubiectum, & eſt intellectus.* q.1.art.1.
    - *Speculatiuus principaliter.*
    - *Practicus ſecundario.*
  - *Circa quam, id eſt, obiectum.* q.6.art.1.
    - *Formale, & eſt veritas prima, cui credimus.*
    - *Materiale, Articuli fidei in Apoſtolico Symbolo content[i].*
- *Cauſa efficiens* q.6.art.1.
  - *Intrinſeca, & per ſe ſufficiens, Deus;*
    - *Reuelans immediate credibilia Prophetis & Apoſtolis.*
    - *Mittens prædicatores ad prædicandum credibilia reuelata.*
    - *Mouens per gratiam voluntatem ad aſſentiendum.*
  - *Extrinſeca, & per accidens inſufficiens.*
    - *Homo.*
    - *Angelus.*
    - *quæſt.2.*
- *Actus,*
  - *Principalis.*
    - *Interior eſt credere,*
      - *Deum,*
      - *Deo,*
      - *In Deum.*
      - *Oppoſitum.*
        - *quæſt.10. Infidelitas.*
          - *Paganorum.*
          - *Iudæorum.*
          - *Hæreticum.*
        - *Apoſtaſia à fide.*
        - *Blaſphemia quæſt. 13.*
          - *Diuini nominis quæ.14.*
            - *Cordis.*
            - *Oris.*
          - *In Spiritum ſanctum, quæſt.2.*
            - *Deſperatio.*
            - *Præſumptio.*
            - *Impœnitentia.*
            - *Obſtinatio.*
            - *Impugnatio veritatis agnit[æ].*
            - *Inuidentia fraternæ grati[æ].*
    - *Exterior, cõfiteri, q.1* — *Oppoſitum.*
  - *Secundarius & conſequens, id eſt effectus.*
    - *quæ.7. art.1. Timor.*
    - *artic.2. Purificatio cordis.*
- *Correſpondẽtia.*
  - *In donis, quæ ſunt quæſt.8. Intellectus.*
    - *Oppoſitum.* quæſt.5.
      - *Cæcitas mentis.*
      - *Hebetudo ſenſus.*
  - *In fructibus.*
    - *Scientia, Oppoſitum, Ignorantia, quæſt.8.art.8. Fides.*
  - *In beatitudinis.*
    - *quæſt.8.art.7.*
    - *Beatitudo ſexta, Beati mundo corde.*

## ¶ Loci Biblici.

Fides in ſacris literis varie capitur:

*Primo*, ſignificat veritatem & conſtantiam in ſeruandis promiſſis. *Pſal.*25.10.& 86.15.*Rom.*3.3.

*Secundo*, accipitur pro ipſa doctrina fidei,ſeu pro Euangelio, cui creditur,idque per Metonymiam ſubiecti. *Rom.*1.5.*Epheſ.*4 5.1.*Tim.* 1.1.19. Hoc ſenſu dicitur fides Apoſtolica,pro doctrina.

*Tertio*, ſumitur pro complemento ſeu impletione promiſſionum diuinarum in Veteri Teſtamento factarum ſeu pro rebus ipſis promiſſis olim,& ſuo tempore exhibitis, *Gal* 3.23.

*Quarto*, capitur pro obligatione illa facta in Baptiſmo,ad profitendum veram religionem,& ad credendum in hunc Deum, in cuius nomen baptizamur, 1.*Tim.*5.11.12.

*Quinto*, denotat externam religionis & fidei profeſſionem. *Iac.c.*2.*v*.24.

*Sexto*, ſignificat notitiam,aſſenſionem & perſuaſionem de gratia Dei temporariam, vt quæ in Chriſto radices non agat: ſicut dicitur. *Luc.*8.13. Quæ ſpecies dicitur fides hiſtorica.

*Septimo*, declarat notitiam beneficii Chriſti: qualis eſt in piis. *Rom.*1.11.12.

*Octauo*, ſumitur pro fidelitate in faciendo offici[o] [illegible] fraude & furandi cupiditate alieno,ſtudioſoque [illegible] tuendi aliorum facultates & bona. *Tit.*2.10.

*Nono*, idem eſt quod iuſtitia, *Pſal.*119.75.

*Decimo*, denotat quandoque certam perſuaſionem [illegible] quo effectu miraculoſo,conceptam ex reuelatione [illegible] ſingulari, 1.*Cor.*12.9.& 13.2.*Matth.*17.20.*Luc.*17.6. [illegible] fidem miraculorum.

*Vndecimo*, indicat fiduciam conſequendi bonum [illegible] nium & corporale. *Act.*14.9.

*Duodecimo*, vſurpatur pro certa notitia & ſecurit[ate] [illegible] Chriſtianæ. *Rom.*14.*v*.1,22.

*Decimotertio*, accipitur etiam pro ſpe, per Meton[ymiam] [illegible] efficientis, 1. *Pet.* 1. *v*. 5. vbi dicitur,nos virtute Dei cu[ſtodiri] [illegible] dem ad ſalutem: quum tamen per ſpe[m] proprie hoc fiat [illegible] illa ſalutis plene occupandæ patiens [ex]ſpectatio.

*Decimoquarto*, tanquam μέσον vocabulum ſumitur [illegible] ſtantia in officio,aut inſtabilitate. 1.*Sam.*26.23.

*Decimoquinto*, ſignificat ſtudium & zelum in obſeru[atione] [illegible] gione Chriſtiana. *Rom.*1.8.

Natrix Miphiboſet, 2. *Sam.* 4.4. Eunuchus Achabi, 2. *Reg.* … Curſores Aſſueri, *Eſth.* 3. *v.* 15. Samſai Scriba, 2. *Eſd.* 4.23. Pec- … *Prou.* 1.16. *Eſa.* 59.7. *Rom.* 3.15. Nabuchdonoſor, *Dan.* 2.13. Iu- … 9. Antiochus, 2. *Macc.* 9.14. quidam ex militibus, *Matth.* … Herodiadis filia, *Marc.* 6.25. Summi Sacerdotes, 15.1.

¶ Sententiae Historicae.

… natio improuida eſt & cœca. *Liu. dec.* 3 *l.* 2.

… os etiam bonos feſtinatio peſſundedit, qui ſpretis, quæ tar- … ſecuritate, præmatura vel cum exilio properant. *Tacit. An.*

… tum feſtinatio eſt vtilis, ſi ei pugnandum eſt aduerſus hoſtes … incinctu & caſtris habitos, per opimæ regionis municipia … tantum hoſtibus metuendos: qui quanto ferocius ante ſe … tanto inſolentius voluptates hauſerunt, qui circo, theatris, … amœnitate vrbis primariæ emolliti, aut valetudinibus feſſi ſunt. … hoſ additur ſpatium, redit & his robur meditatione belli. … *Hiſt. l.* 3.

¶ Hieroglyphica.

… piſciculus, ex eo genere, qui ex ſola pluuia procreantur, fe- … ſignum erat. Nam vbi piſcis ille vel minimum concalue- … ius eſt, vnde adagium: *Ad ignem Apua:* cum quid celerrime … velipſo temporis momento ſignificamus. *Pier. Valer. l.* 30. … *B.*

¶ Emblema.

Emblema xx. And. Alciati.

*Maturare iubent propere & cunctarier omnes,*
*Ne nimium preceps, neu mora longa nimis.*
*Hoc tibi declaret contextum Echeneide telum:*
*Hæc tarda eſt, volitant ſpicula miſſa manu.*

Vide Cunctatio, *Mora.*

# Fideiuſsio.

¶ Definitio: et Etymol.

… io, Græce ἐγγύησις, ιος, ἡ, & ἐγγυάομαι, fideiubeo dici- … vnde fideiuſſor, qui pro alienis debitis intercedit, qui … , dicitur. Heb. *Harubbah*, à verbo *harab*, pro alio … fidem ſuam interpoſuit, promiſit. Latina locutio eſt em- … qui pollicetur & iubet vt ſuæ fidei creditor ſtare velit.

¶ Sententiæ Biblicæ.

*Fideiuſsio ſolerter cauenda.*

Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo. *Prou.* 11.

… homo plaudet manibus, cum ſpopōderit pro amico ſuo. … 17.

Tolle veſtimentum eius, qui fideiuſſor extitit alieni, & pro ex- … aufer pignus ab eo. 10.

… eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offe- … pro debitis. Si enim non habes, vnde reſtituas, quid cauſæ, vt … operimentum tuum de cubili tuo? 22.

… ſpondeas ſuper virtutem tuam: quod ſi ſpoponderis, quaſi … cogita. *Eccl.* 8.16.

… repromittit de proximo ſuo, & quum perdiderit reuerentiā, … quetur ab eo. Repromiſſio nequiſſima multos perdit dili- … & commouit illos quaſi fluctus maris. Viros potentes, gyrās … fecit, & vagati ſunt in gentibus alienis. 29.

*Vigilanter redimenda.*

… mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum … tuam. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſer- … Fac ergo, quod dico, fili mi, & temetipſum libera: quia in- … manum proximi tui. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuū. … ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Erue- … quaſi damula de manu, & quaſi auis dę manu aucupis. *Prou.* 6.

*Ex corde recognoſcenda.*

… bonus fidem facit proximo ſuo, & qui perdiderit, confuſio- … derelinquet ſibi. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris, dedit e- … pro te animam ſuam. Repromiſſionem fugit peccator & im- … Bona repromiſſoris ſibi adſcribit peccator, & ingratus ſen- … derelinquit liberantem ſe. *Eccl.* 29.

Recupera proximum ſecundum virtutem ſuam, & attende tibi, … incidas. *ibid.*

# Fidelis. Fidelitas.

¶ Biblici Loci.

Fidelis, pro conſtanti, quique præſtet reuera, quod promiſit, … 1. *Theſſ.* 5.24. Deus πιστὸς fidelis dicitur, id eſt, verax benigniſſimè & firmiſſimè ſtans promiſſis gratuitis erga ſuos. *Deut.* 7, 9, & 32, 4, *Pſ.* 145, 13, *Eſai.* 49, 7. 1, *Cor.* 1, 9, & 10, 13, 2, *Cor.* 1, 18, 1, *Theſſ.* 5, 24, 2, *Theſſ.* 3, 3, *Heb.* 10, 23. & 11, 11, 1, *Pet.* 4, 19, 1, *Ioan.* 1, 9.

Fidelis Ieſus Chriſtus, Deus homo, 2, *Tim.* 2.13, *Heb.* 2.17. & 3, 2, *Apoc.* 1, 5, & 3, 14, & 19.11. Fidele Dei verbum, id eſt, certum immotum, verum, dicitur, *Pſal.* 19, 8, & 89.29, & 111, 7, *Eſai.* 25, 1, *Tim.* 1, 15, & 3, 15, & 4.9, & 2, *Tim.* 2, 11. *Tit.* 1, 9. & 3, 8, *Apoc.* 21, & 22, 6.

Fidelem ſeu fidum ſermonem vocat Paulus *Tit.* 1, 9, cui merito fides adhiberi poſſit, ſiue qui nunquam fallat, quamobrem etiam veritatis nomine ſignificatur, *Ioannis* 17, *v.* 17. Nomen fidelis nunc iis tribuitur omnibus, qui fidem & religionem Chriſtianam profitentur, 1, *Corinth.* 7, 12, 13, nunc ſolis electis conuenit, 1, *ad Timoth.* 4, 10.

Fideles à fide dicti in ſacris literis, non tam qui fidem datam ſeruent, denominantur, quam qui credant Dei promiſſis. Fideles omnes per fidem æquales, 1, *Pet.* 2, 5. Chriſto conformes, *Rom.* 8, 29, 2. *Cor.* 3, 18, Chriſto dati, *Pſalm.* 101, 6, *Eſai.* 8, 18, *Ioan.* 6, 37, 39, & 16, 29, & 17, 16, & 18, *v.* 9. Domeſtici Dei, & conciues Sanctorum, *Epheſ.* 2, *v.* 19, *Hebr.* 3. *v.* 6, 1, *Pet.* 3. *v.* 5. Electi ante mundum conditum, *Epheſ.* 1, *v.* 4. expoſiti calumniis, 1, *Pet.* 4, *v.* 16, filii lucis, *Epheſ.* 5, 8, tum quia vera luce illuſtrantur in ſeſe, & in luce ambulant, tum quod aliis etiam prælucent, *Matth.* 5, 16, adeo vt ſceleratorum vitam etiam coarguant, & damnent, *Rom.* 2, 27, Fratres Chriſti, *Pſalm.* 22, 23, Gens ſancta, 1, *Petr.* 2, 9. Gloria Dei, 2, *Corinth.* 8, 23, mundi domini, 1, *Cor.* 3, 22, mundi & angelorum iudices futuri, 1. *Corinth.* 6, 2, 3, Lapides viui, 1. *Petr.* 2. *verſ.* 5, luminaria in mundo, *Philip.* 2. *v.* 15. obnoxii cruci, 2. *Timoth.* 3, 12, 1, *Theſſalon.* 3, 3, 1, *Petr.* 2, *v.* 21. & 4.19, & 5, 9, Pauci, *Eſai.* 39, 16, *Rom.* 10, 16, 1. *Corinth.* 1, 21, 2, *Theſſ.* 2, 10, 1, *Ioan.* 4, 6, primitias Spiritus habent, *Rom.* 8, 23, *Iac.* 1.18, Sancti ſunt *Rom.* 1, 7, & 8, 27. 28, 1. *Cor.* 1, 2, 2, *Cor.* 1, 1, *Epheſ.* 1, 1, *Coloſſ.* 1.2. 2, *Theſſ.* 1, 10, *Hebr.* 13, 24, 1, *Pet.* 1, 2.15. Sacerdotes ſunt & Reges, *Rom.* 12, 1, 1, *Petr.* 2, 5, 9, *Apoc.* 1, 6. *Hebr.* 13, 15, Templa Dei, *Leuit.* 26, 12, 1. *Cor.* 3.16, & 6, 19, 2, *Corinth.* 6, 16. *Epheſ.* 2, 20, 21, 22. & 4, 30, 1, *Petr.* 2, 5, in quibus Deus per Spiritum ſanctum reſidet, *Rom.* 8, 11, & totus fidelium cœtus ingenti alicui ciuitati, id eſt, nouæ Ieruſalem, comparatur, ex ipſis fidelibus, quaſi lapidibus conſtructæ, vt ſcribitur, *Eſai.* 54. *Apoc.* 21, Inde eſt etiam phraſis illa, Ædificare, & ædificatio, *Rom.* 14, 19, *Vide Epheſ.* 2.21.

Fideles dicuntur Dei ſerui, in fidi atque conſtantes in veritatis & pietatis profeſſione, *Num.* 12, 7, 1, *Sam.* 2, 25, *Matth.* 24, 45, & 25, 21, 22, 23. 1, *Pet.* 4, 12, Fideles mulieres, 1. *Timoth.* 3, 11, Fideles homines erga proximos, 1, *Sam.* 22, 14, *Luc.* 16, 11, 12, fideles Dei promiſſiones, id eſt, ratæ, immutabiles, *Eſai.* 55, 3, *Act.* 13, 34, fideles variæ res dicuntur, id eſt, firmæ, certæ Deo addictæ, eiuſdem ſingulari quadam beneuolentia, 1, *Sam.* 2, 35, & 20, 28, 2, *Sam.* 7, 16, *Pſ.* 89, 38, *Eſai.* 1, 12, 26, & 7, 10.

Fideles quo magis affliguntur, eo magis creſcunt, *Exod.* 1. *verſi.* 12, indies proficere debent, *Rom.* 1, 17, *Epheſ.* 1, 16, 18, & 2, 22, & 3, 16, & 5, 27. *Philipp.* 3, 12. *Coloſſenſ.* 1, 3, & 2, 2, 1, *Theſſalon.* 3, 10, & 4, 1, & 5, 23, 2, *Theſſalon.* 1.3. *Philem.* 4, 5, 6, *Hebræ.* 3, 15, & 6, 7, & 8, 10, 11, & 10, 36, & 13, 20, 21, *Iac.* 1, 5, 2, *Petr.* 1, 5, 8, 19, & 3, 13, 1, *Ioan.* 2, 8, 27, & 5, 13, *Iudæ v.* 20.

Fidelis interpretatio, id eſt, vera certiſſima, *Dan.* 2, 45.

Fidelium arma, *Epheſ.* 6, *v.* 11, 13, 16, 2, *Corinth.* 10, 4, 1, *Theſſal.* 5, 8, 1, *Ioann.* 3.9, Communicatio, *Ioan.* 17, 11. *Rom.* 12, 4, 15, 2. *Cor.* 4, 15, *Epheſ.* 4, 16. *Philip.* 1.5. & 2, 1, 1, *Theſſal.* 5, 11, 2, *Theſſal.* 1, 3, *Philem. verſ.* 6, *Hebr.* 10, 33. Conditio in hac vita, *Rom.* 8, 22, 35, Conditio beata, *Pſalm.* 16, 11. Conſolatio multiplex paſſim in Scriptis propheticis, & apoſtolicis, occurrit. Contemptus, *Pſalm.* 79, 4. & 102, 9, 1, *Cor.* 4, 12, 14. Fidelium dignitas, *Luc.* 10, 23. *Ioan.* 1, 12, diuitiæ, *Tim.* 6, 6, filii, 1, *Cor.* 7.14. Gaudium, *Rom.* 12, 12, *Philip.* 1, 4, Gloria, *Rom.* 5, 3. 2, *Timoth.* 4, 8, 1, *Ioan.* 3, 2, Gloriatio vera, 1, *Corinth.* 1, 30, 31, Hæreditas præclara, *Gen.* 15, 18. *Rom.* 8.17. 1, *Petr.* 1, 4, Libertas, *Luc.* 1, 74, *Ioann.* 8.32, 36, *Rom.* 6, 18, & 7, 14. *Gal.* 4.31, Meditatio, *Pſal.* 1, 2, Militia, *Rom.* 6, 13, *Epheſ.* 6, 11, 12. Mors, *Pſalm.* 116, 15, *Hebr.* 11, 4, Multitudo, *Gen.* 18, 18, *Pſal.* 2, 8. & 72, 8, *Hebr.* 12, 1, Nomen Libro vitæ adſcriptum, *Luc.* 10, 20, *Philip.* 4.3, *Apoc.* 3, 5. & 20, 12, & 21, 27, *Officium*, 1, *Theſſal.* 5, 6, *Hebr.* 10, 24, Patientia, *Matth.* 39, *Rom.* 5, 3, Perfectio, *Rom.* 7, 25, & 8, 5, 1, *Ioan.* 1, 9. & 2.3, &c. Preces, *Eſai.* 49, 8. Prudentia, *Matth.* 10, 16. Salus, *Rom.* 8, 28, Sermones, *Epheſ.* 4.3, 29, & 5.4. Simplicitas, *Matth.* 10, 16, *Rom.* 16, 19, Victoria, *Ioan.* 16.33. *Rom.* 8, 37, Vita, *Luc.* 1.74, 75, *Rom.* 6.11, 12, 13, 1, *Cor.* 9, 24. Virtutes, 2. *Petr.* 1, 5. &c.

Fidelitas, Obſeruatio fidei, Heb. *Emún*, à verbo *hoemin:* fides *Emúnach:* vnde Amen. Græc. τὸ πιστὸν, fidelitas ſeruanda eſt, *Prou.* 25. 14. & 28, 20, *Luc.* 16, 10, 1, *Cor.* 4, 2, *Epheſ.* 6, 5, 6, *Coloſ.* 3, 22, 1, *Tim.* 6.1, 2, *Tit.* 2, 9, 10, 1, *Petr.* 2, 18.

¶ Biblica Exempla.

Fidelitatis exempla: Elitezer ſeruus Abraham, *Geneſ.* 24. *verſic.* 33. Iacob, 31, *verſicul.* 40, Ioſeph, 39, *verſicul.* 8. & 41. *verſicul.* 47, 48, Moyſes, *Num.* 12, *verſicul.* 7. *Hebr.* 3. *verſicul.* 2. Rahab, *Ioſuæ* 2, *ver.* 4. Ioſue, *Ioſ.* 6. *verſicul.* 17. Nuntii, *verſi.* 23. Principes Iſrael, 9. *verſic.* 18. Ioſue & fortiſſimi bellatores, 10, *verſicul.* 7. Samuel, 1. *Sam.* 3. *verſi.* 19. 20. Ionathas, 19, *verſi.* 1. & 20. *verſic.* 32.35. Dauid, 22. *verſi.* 14. 23. & 24, *ver.* 8. & 26. *ver.* 9, 10, Viri Iabes Galaad, 31, *ver.* 12. Vrias, 2. *Sam.* 11. *v.* 11, Ioab, 12. *ver.* 28, Ethai Gethæus, 15, *v.* 22. Populus 18. *verſicul.* 3.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Iuda,20.*v*.2.Abiſai,21,*v*.17.Elias,1,*Reg*.18,*v*.15,16,Ioſaba filia Ioram,-2,*Reg*.11,*v*.3,Ioiada,*v*.4,tres viri,1.*Paral*.11,*v*.18, Ædificatores templi,2.*Paral*.34,*v*.12,Raphael,*Tobiæ*,10,*v*.7,Abraham,1,*Macc*.2.*v*.52 Bacchides,7,*v*.8.DEVS,1,*Cor*.10,*v*.13,1,*Tim*.1,*v*.15,& 4.*v*.9.Paulus *Gal*.6 *v*.17.Syluanus,1,*Petr*.5.*v*.12.Antipas,*Apoc*.2,*v*.13.

## ¶ Historica Exempla.

*Zeno* cuidam promiſerat quingentos denarios mutuo, admonitus ab amicis hominem eſſe male fidei; tamen credit, vel ob hoc, quia promiſerat,& ſumma erat exilis. *Eraſ.in Adagiis.*

*Fridericus Dux Auſtriæ*, Alberti Cæſaris filius, commiſſurus prælium aduerſus Ludouicum Baioarium, qui quum de imperio contendebat, quamuis Marchiones Brandeburgenſes cum hoſtilibus ſentirent: his tamen promiſſam ante pecuniam numerauit: alienam fidem accuſari, quam ſuam malens. *Aelian. Syl. lib.3. Com.in Panorm.*

*In Aureliano ſcribit Flauius Vopiſcus*; rarum eſſe, vt Syri fidem ſeruent, imo difficile: ceu dempta modo hortorum cura operoſiore boni maioris, nil præterea in Syrorum ingeniis fere ſit requirendum. *Cal.lib.25.c.25.A.L.*

*Parthis* fides nulla, niſi quantum expedit, quibus vtilitas ſemper eſt, fide ſanctior. *Alex.ab Alexand.l.5.c.10.*

*Græcorum* gens male audit paſſim apud Poetas Latinos, & item apud Ciceronem: non ſolum quaſi voluptatibus addicta, & effœminata deliciis, verum etiam lubrica qua fide. *Eraſmus in Adagiis.*

*Lacones* vt infidos deſcripſit Eurip.in Andromacha:

*Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια.*

Id eſt:

*Spartæ inhabitatores, doloſus ſenatus.*

*Et Ariſtophanes in Acharnenſibus:*

Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει.

Id eſt:

*Quibus nec ara, nec fides, nec iuſiurandum ma*[...]

*Calius lib.18.c.5.A.L.& Eraſ.in Adag.*

## ¶ Hieroglyphica.

Fidelitatis Hieroglyphicum *Canis* eſt: & Socrates [...] nem in Phædone per *Canem* iurat: quum putat fidem [...] præſtandum iis, qui rerum habenas in ciuitatib. modera[...] *Val.l.5 pag.46.F.*

# Fides.

## ¶ Definitio et Etymolog[ia].

FIDES, Græce πίστις, ιος, ἡ, & πείθω, fido dicitur. Fides [...] ter ſumitur; nam quandoque dicitur ſponſio. Ite[m] [...] Item conſcientia. Item creditum, vel collectio [...] tem ſacramentum. Item fides miraculorum, de qua 1.C[or.] [...] *habuero omnem, &c.* Item fides viua, de qua *ad Hebr.* [...] ſumpta, ſic definitur.

Fidus & fidelis differunt, ſecundum Donatum [...] Quod fidus eſt amicus, fidelis eſt ſeruus. Fidi in ma[...] minoribus negotiis.

Fides quid differt ab opinione, vide infra in Opinio[ne].

Fides eſt dictorum conuentorumq; conſtantia & ve[ritas] [...] contrarium fraudatio. Vel, Fides eſt opinio vehemens [...] *Topicorum. Cic.de Offic.* dicta, quod fieri debeat, quod [...]

## ¶ Diuiſio.

**Fides, enim ſec. B. Thom. ſecunda ſecundæ**
- *Materia*
  - *In qua, id eſt, ſubiectum, & eſt intellectus.* q.1.art.1.
    - *Speculatiuus principaliter.*
    - *Practicus ſecundario.*
  - *Circa quam, id eſt, obiectum.* q.6.art.1.
    - *Formale, & eſt veritas prima, cui credimus.*
    - *Materiale, Articuli fidei in Apoſtolico Symbolo conten[ti].*
- *Cauſa efficiens* q.6.art.1.
  - *Intrinſeca, & per ſe ſufficiens, Deus.*
    - *Reuelans immediate credibilia Prophetis & Apoſtolis.*
    - *Mittens prædicatores ad prædicandum credibilia reuelata.*
    - *Mouens per gratiam voluntatem ad aſſentiendum.*
  - *Extrinſeca, & per accidens inſufficiens.*
    - *Homo.*
    - *Angelus.*
    - *quæſt.2.*
- *Actus,*
  - *Principalis.*
    - *Interior eſt credere,*
      - *Deum,*
      - *Deo,*
      - *In Deum.*
    - *Exterior, cõfiteri, q.1* — *Oppoſitum.*
      - *Oppoſitum.*
        - *quæſt.10. Infidelitas. Apoſtaſia à fide.*
          - *Paganorum.*
          - *Iudæorum.*
          - *Hæreticum.*
        - *Blaſphemia quæſt.13.*
          - *Diuini nominis quæ.14.*
            - *Cordis.*
            - *Oris.*
          - *In Spiritum ſanctum, quæſt.2.*
            - *Deſperatio.*
            - *Præſumptio.*
            - *Impœnitentia.*
            - *Obſtinatio.*
            - *Impugnatio veritatis agni[tæ].*
            - *Inuidentia fraternæ grati[æ].*
  - *Secundarius & conſequens, id eſt effectus.*
    - *quæ.7.art.1. Timor.*
    - *artic.2. Purificatio cordis.*
- *Correſpondẽtia.*
  - *In donis, quæ ſunt*
    - *quæſt.8.*
    - *Intellectus.* — *Oppoſitum.*
      - *quæſt.5.*
      - *Cæcitas mentis.*
      - *Hebetudo ſenſus.*
  - *In fructibus.*
    - *Scientia, Oppoſitum, Ignorantia,*
    - *quæſt.8.art.8.*
    - *Fides.*
  - *In beatitudinis.*
    - *quæſt.8.art.7.*
    - *Beatitudo ſexta, Beati mundo corde.*

## ¶ Loci Biblici.

Fides in ſacris literis varie capitur:

*Primo*, ſignificat veritatem & conſtantiam in ſeruandis promiſſis. *Pſal.25.10.& 86.15.Rom.3.3.*

*Secundo*, accipitur pro ipſa doctrina fidei, ſeu pro Euangelio, cui creditur, idque per Metonymiam ſubiecti. *Rom.1.5.Epheſ.4 5.1.Tim.1.19.* Hoc ſenſu dicitur fides Apoſtolica, pro doctrina.

*Tertio*, ſumitur pro complemento ſeu impletione promiſſionum diuinarum in Veteri Teſtamento factarum ſeu pro rebus ipſis promiſſis olim, & ſuo tempore exhibitis, *Gal 3.23.*

*Quarto*, capitur pro obligatione illa facta in Baptiſmo, ad profitendum veram religionem, & ad credendum in hunc Deum, in cuius nomen baptizamur, *1.Tim.5.11.12.*

*Quinto*, denotat externam religionis & fidei profeſſionem. *Iac.c.2.v.24.*

*Sexto*, ſignificat notitiam, aſſenſionem & perſuaſionem de gratia Dei temporariam, vt quæ in Chriſto radices non agat: ſicut dicitur. *Luc.8.13.* Quæ ſpecies dicitur fides hiſtorica.

*Septimo*, declarat notitiam beneficii Chriſti: qualis eſt in piis. *Rom.1.11.12.*

*Octauo*, ſumitur pro fidelitate in faciendo offici[o] [...] fraude & furandi cupiditate alieno, ſtudioſoque con[...] tuendi aliorum facultates & bona. *Tit.2.10.*

*Nono*, idem eſt quod iuſtitia, *Pſal.119.75.*

*Decimo*, denotat quandoque certam perſuaſionem [...] quo effectu miraculoſo, conceptam ex reuelatione [...] ſingulari, *1.Cor.12.9.& 13.2.Matth.17.20.Luc.17.6.* [...] fidem miraculorum.

*Vndecimo*, indicat fiduciam conſequendi bonum [...] nium & corporale. *Act.14.9.*

*Duodecimo*, vſurpatur pro certa notitia & ſecurit[ate] [...] Chriſtianæ. *Rom.14.v.1.22.*

*Decimotertio*, accipitur etiam pro ſpe, per Metonymi[am] [...] efficientis, 1. *Pet.1.v.5.* vbi dicitur, nos virtute Dei cu[ſto]dem ad ſalutem: quum tamen per ſpe[m] proprie hoc [...] illa ſalutis plene occupandæ patiens [ex]ſpectatio.

*Decimoquarto*, tanquam μέσον vocabulum ſumitur [...] ſtantia in officio, aut inſtabilitate. *1.Sam.26.23.*

*Decimoquinto*, ſignificat ſtudium & zelum in obſerua[tione] [...] gione Chriſtiana. *Rom.1.8.*

… ſextò denotat ſpecialiter fidem ſaluificam & iuſtificantem … 2.8. *Rom.* 3.28. Reliqua ex Theologorum libris ſunt hauri…

¶ Sententiae Biblicae.

Sponſabo te mihi in fide. *Oſe.* 2.

Quid cogitatis inter vos modicæ fidei? *Matth.* 16.

Reſpondit ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei. *Ioan.* 6.

Gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis, quia fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo. *Rom.* 1.

Iuſtitia Dei eſt per fidem Ieſu Chriſti, in omnes, & ſuper omnes qui credunt in eum: non enim eſt diſtinctio. 3.

In fide viuo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Non abiicio gratiam Dei. *Galat.* 2.

Cognoſcite, quia qui ex fide ſunt, hi ſunt filii Abrahæ. 3.

Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. *ibid.*

Nos autem, qui diei ſumus, ſobrii ſimus, induiti loricam fidei. 1. *Theſſal.* 5.

*Fides proximo recte ſeruanda.*

(Sic Ioſue Gabaonitis promiſſam ſeruauit fidem, dicens:) Iurauimus eis in nomine Dei Iſrael, & idcirco non poſſumus eos contingere. *Ioſue* 9.

Multi homines miſericordes vocantur. Virum autem fidelem quis inueniet? *Prou.* 20.

Non duplices ſermonem auditus de reuelatione ſermonis abſconditi, & verè ſine confuſione, & inuenies gratiam in conſpectu omnium hominum. 41.

*Cum periculo frangitur.*

Et qui diſſoluit pactum, nunquid effugiet? Viuo ego, dicit Dominus, quoniam in loco regis, qui conſtituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentum, & ſolum pactum, quod habebat cum eo in medio Babylonis morietur. *Ezech* 17.

Ego lux in mundum veni, vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. *Ioan* 9.

Nunc ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege & prophetis. Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti, in omnes, & ſuper omnes, qui credunt in eum. *Rom.* 3.

Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis. *ibid.*

Virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credenti. *Rom.* 1.

Iuſtificati ex fide pacem habemus ad Deum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. *Rom.* 5.

Non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti. *Galat.* 2.

Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes, qui credunt in eum. *Act.* 10.

¶ Sententiæ Patrvm.

Palam eſt, quod in re dubia ad fidem & certitudinem valeat autoritas Eccleſiæ Catholicæ, quæ ab ipſis fundatiſſimis Apoſtolorum ſedibus vſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet, & Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione confirmatur. *Auguſt. contra Manichæos, & habetur diſtinct.* 11. *cap. Palam*

Si cuius manus eſſet arida, verum quidem eſſe membrum, tamen ſine ſanguine & inefficax eſſet & mortuum. Sic & fides etſi vera, tamen ſine operibus mortua eſt. *Auguſt. contra Donatiſtas, & habetur* 1. *q.* 1. *Sicut vrgeri. §. Si cuius.*

Si ad peccatum admittendum fides exhibeatur, mirum eſt, ſi fides appelletur: veruntamen qualiſcunque ſit, ſi & contra ipſam fit, peius eſt: niſi cum propterea deſeritur, vt ad fidem veram legitimamque redeatur, id eſt, vt peccatum emendetur voluntatis prauitate correcta. Tanquam ſi quis, cum hominem ſolus expoliare non poſſit, inueniat ſocium iniquitatis, & cum eo paciſcatur, vt ſimul id faciant ſpoliumq; partiantur: quo facinore commiſſo, totum ſolus auferat: dolet quidem ille, & ſeruatam ſibi fidem non eſſe conqueritur. Verum in ipſa ſua querela cogitare debet, potius in bona vita ipſi humanæ ſocietati fidem fuiſſe ſeruandam, ne præda iniqua ex homine fieret: ſi ſentit, quam iniquè ſibi in peccati ſocietate ſeruata non fuerit. Ille quippe vtrobique perfidus: profectò ſceleratior iudicandus eſt. *Auguſt. de bono coniugali, & habetur* 22. *q.* 4. *Si ad peccatum.*

Forte in populo Dei ſtat iuxta te auarus raptor inhians rebus alienis, quem noſti talem, & fidelis eſt, vel potius fidelis vocatur: non eum potes de Eccleſia pellere, non habes aliquem aditum caſtigando & corripiendo illum corrigere, acceſſurus eſt tecum ad altare. Noli timere; vnuſquiſq; onus ſuum portabit. *Auguſtin. de vnico baptiſmo & habetur* 23. *q.* 4. *Forte in.*

Infideles non poſſumus Chriſto lucrari, ſi colloquium eorum vitamus, & conuiuium. Vnde & Dominus cum publicanis & peccatoribus manducauit & bibit. In his verò, qui intus ſunt, id eſt, in fidelibus, putredo reſecanda eſt. *Auguſt. ſuper epiſt. ad Corinth. & habet.* 23. *q.* 4. *Infideles.*

Ad fidem nullus eſt cogendus, vt dicitis: ſed per ſeueritatem, imò & per miſericordiam Dei tribulationum flagellis ſolet perfidia caſtigari. *Auguſtinus contra Petilianum, & habet.* 23. *q.* 5. *ad fidem.*

Vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia: quia iuſtus ex fide viuit: neq; ſchiſmatici aliquid ſibi ex iſta mercede promittant, quia ſimiliter vbi charitas non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia. Dilectio enim proximi malum non operatur; quam ſi hæretici haberent, non dilaniarent corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia Catholica. *Auguſtin. & habetur* 24. *q.* 1. *Vbi ſana.*

Mentis humanæ acies inualida in tam excellenti luce non figitur, niſi per iuſtitiam fidei emendetur. *Auguſtin. libro* 1. *de Trinitate.*

Nullæ maiores diuitiæ, nulli theſauri, nulli honores, nulla huius mundi maior eſt ſubſtantia, quam eſt fides catholica, quæ peccatores homines ſaluat, cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles iuſtificat, pœnitentes reparat, iuſtos augmentat, martyres coronat, virgines, & viduas & coniugales caſto pudore conſeruat, clericos ordinat, ſacerdotes conſecrat, in hæreditate æterna cum ſanctis Angelis collocat. *idem de verbis Domini.*

Ille apud Deum plus habet loci, qui plus attulit, non argenti, ſed fidei. *idem lib. de ouibus.*

Cum dilectione fides Chriſtiani, ſine dilectione fides Dæmonis. Qui autem non credunt, peiores ſunt quam Dæmones & tardiores. *idem lib.* 10. *de charitate.*

Sicut in radice arboris nulla prorſus apparet pulchritudinis ſpecies, & tamen quicquid eſt in arbore pulchritudinis, vel decoris, ex illa procedit: ſic & fidei humanitate quicquid meriti, quicquid beatitudinis anima ſuſceptura eſt, ex fidei fundamento procedit.

Quid eſt fides? niſi credere quod non vides. Vnde & quomodo capitur Trinitas? rectè: ô homo! interrogas: ideo bene creditur, quia cito non capitur: nam ſi cito caperetur, non eſſet opus vt crederetur, quia videretur.

Noli intelligere vt credas, ſed crede vt intelligas. Intellectus merces fidei eſt. *idem ſuper Ioannem.*

Ante aduentum Chriſti præceſſerunt iuſti credentes, ſic eum venturum, quomodo nos credimus in eum, qui venit. Tempora variata ſunt, non fides. Nos credimus Chriſtum ex virgine veniſſe, in carne paſſum eſſe, reſurrexiſſe, in cœlum aſcendiſſe. Illi crediderunt naſciturum, paſſurum, reſurrecturum, in cœlum adſcenſurum. *idem ſuper Ioan. ſerm.* 45.

Ambula per fidem, vt peruenias ad ſpem, ſpes non ædificabit in patria, quem fides non conſolatur in via. *idem ſuper Ioannem ſermone* 18.

Fides appellata eſt ab eo, quod fit, duæ ſyllabæ ſonant, quum dicitur fides, prima ſyllaba eſt à facto, ſecunda à Deo. Interrogo te ergo, vtrum credas? dicis, credito: fac quod dicis, & fides eſt. *idem ſuper Ioan ſerm.* 22.

Quod Imperatorum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat. *idem de ſpiritu & litera.*

Hoc eſt humanæ ſalutis initium, ſine hac nemo ad filiorum Dei numerum poteſt pertingere, vel peruenire: ſine hac omnis labor hominis vacuus eſt. *idem de fide ad Petrum.*

Fides eſt prima, quæ ſubiugat animam Deo, deinde præcepta dat viuendi: quibus cuſtoditis ſpes noſtra firmatur, & nutritur. Cum ergo cognitio & actio hominem beatum faciunt, ſicut in cognitione cauendus eſt error, ſic in actione cauenda eſt nequitia. *idem de agone c.* 18.

Illi offerunt ſacrilegum panem, & dant eleemoſynas, & ſectari videntur humilitatem: quæ ego, ſi vera fiant, holocauſta, interpretor: cum autem ſcientiam Dei dereliquerint, fruſtra truncato capite fidei, cætera membra habere ſe iactant. *Hier. in Oſe. & habetur* 1. *q.* 1. *Illi.*

Fides hoſti etiam ſeruanda eſt, nec eſt conſiderandum, cui, ſed per quem iurauerit. *Hier. ſuper Ezech.*

Credo igitur primo omnium ponitur, ſicut Paulus Apoſtolus ad Hebræos ſcribens, dicit: Credere enim primo omnium accedentem ad Deum oportet, quia eſt, & credentibus remunerator fit. Sed & Propheta dicit: Niſi creditis non intelligitis. Vt ergo intelligentia auditu pateſiat teſte, primo omnium te credere profiteris, quia nec mare quis ingreditur, & liquido ac profundo ſeſe committit elemento, niſi ſe prius credat poſſe ſaluari. Nec agricola ſemina ſulcis obruit, & fruges ſpargit in terram, niſi crediderit venturos imbres, affuturum quoque ſolis teporem, quibus terra confota ſegetes, multiplicata fruge, producat, ac ventis ſpirantibus nutriat. Nihil denique eſt, quod in vita geri poſſit, ſi non credulitas ante præceſſerit. Quid igitur mirum, ſi accedentes ad Deum credere nos primo omnium profitemur, quum ſine hoc ne ipſa exigi poſſit vita communis? Hoc autem idcirco in principiis præ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miſimus, quia pagani nobis obijcere ſolent i, quod religio noſtra, quia rationibus deficit, in ſola perſuaſione conſiſtat, & ideo oſtendimus, nec agi, nec ſtare aliquid poſſe, niſi præceſſerit ius credendi. Denique matrimonia contrahunt, quia creditur ſucceſſura poſteritas: & pueri diſcendis artibus traduntur: quia magiſtrorum in diſcipulos transfundenda traditur diſciplina: & imperii inſignia vnus ſuſcipit, dum credit ſibi populos & vrbes, armatum etiam exercitum pariturum. Quod ſi hæc ſingula, niſi prius crediderit futura, nullus aggreditur, quomodo non multo magis ad agnitionem Dei credendo veniatur?

Valde alienus à fide eſt, qui regnum Chriſti dicit aliquando finiendum. *Hieron. epiſt. 1.*

Eſt autem fides, vt diffinit Apoſtolus Paulus, ſubſtantia rerum quas ſperamus, & iudex rerum, quas non videmus. Credere & videre quis non debet, quod ea, quæ Deus promiſit, potens ſit, vt promiſſa ſunt, facilimè præuenire? Hæc nobis inuiſibilia ante oculos ponit, ad hanc ingreſſi, & Diaboli, & poteſtatem huius mundi, & harum tenebrarum vniuerſa deſerimus, & Deo cum fiducia proximamus. Credere enim, & ſperare neceſſe eſt, quæ Deus iuſſit. Cumque ea, quæ Diabolus inſeruit, abnegamus: fidem ſpes ſequitur. *Hieronymus epiſtola 5.*

Ergo non turbatur hæc nauis, in qua prouidentia nauigat, abeſt perfidia, fides ſuperat. Quemadmodum enim turbari poterat, cui præerat, is, in quo firmamentum Eccleſiæ eſt? Illic ergo turbatio, vbi modica fides, ibi ſecuritas, vbi perfecta dilectio. Denique etſi aliis imperatur, vt laxent retia ſua, ſoli tamen Petro dicitur: Duc in altum, hoc eſt, in profundum diſputationum. Quid enim tam altum, quam altitudinem diuitiarum videre, id eſt, ſcire Dei filium, & profeſſionem diuinæ generationis aſſumere? quam licet mens nequeat humana plenæ rationis inueſtigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. *Ambroſius ſuper Marcum, & habetur 24. queſt. 1. Canon. Non turbatur. § Ergo.*

O theſauris omnibus opulentior fides! ô virtutibus corporeis omnibus fides fortior, medicis omnibus ſaluatior? *idem lib. de virginitate.*

Aufer argumenta, vbi fides quæritur: in ipſis gymnaſiis ſuis iam Dialectica taceat, piſcatoribus credunt, non Dialecticis. *idem lib. de Trinitate.*

Cito fides inexercitata langueſcit, & crebris otioſa tentatur incommodis. Remiſſas excubias callidus inſidiator irrumpit, aſſuetum autem bello viperum heſterna fraus inſtruit, & glorioſe prouehit palma victoria, pax ergo fidei corruptelæ materia eſt. *idem, ſup. Beati immaculati.*

Fides eſt radix omnium virtutum, & quod ſuper hoc fundamentum ædificaueris, hoc ſolum ad operis tui fructus, & virtutis proficit mercedem. *idem lib. de Cain & Abel.*

Quis fideles putat, quos vel pecunia, vel obligatione obligatos ſibi crediderit?

Liquet etiam in bello fidem & iuſtitiam obſeruari oportere: fundamentum enim iuſtitiæ eſt fides. *idem lib. 3. de Offic.*

Vnuſquiſque nihil promittat inhoneſtum: at ſi promiſerit, tolerabilius eſt, promiſſum non facere, quam facere, quod turpe eſt. *idem lib. 3.*

In Sacerdotibus fides ſit eligenda cum vita: Si enim vita deeſt, fides meritum non habet, B. Iacobo atteſtante, qui ait: Fides ſine operibus mortua eſt. *Gregorius Theodorico & Theoberto Regibus Francorum. & hab 1. q. 1. Fertur Symo.*

Fortaſſe vnuſquiſque apud ſemetipſum dicat: Ego iam credidi, ſaluus ero. Verum dicit, ſi fidem operibus tenet. Vera etenim fides eſt, quæ in hoc, quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc eſt enim, quod de quibuſdam falſis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Hinc Iohannes ait: Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. *Gregorius in homil. Aſcenſionis. ſuper illud Marci 16. Qui verò non crediderit condemnabitur.*

Diuina operatio, ſi ratione comprehenditur, non eſt admirabilis: nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. *Greg. hom. 26.*

Tunc enim veraciter fideles ſumus, ſi, quod verbis promittimus, operibus adimplemus. *idem hom 29.*

Niſi prius fides teneatur, nullo modo ad ſpiritualem amorem pertingitur. Non enim charitas fidem, ſed fides charitatem præcedit. Nemo enim poteſt amare, qui non crediderit, ſicut nec ſperare. *idem ſuper Ezech.*

Sicut ſemper diſcere, ſignum eſt nunquam poſſe perficere: ſic teſtimonium ſemper quærere, ſignum eſt nunquam velle credere. *Ioannes Chryſoſtom. ſuper illud Matth. 12. Volumus à te ſignum videre.*

Vna eſt veritas, & non partita: ſicut qui margaritam habet, ipſe nouit quantum diues eſt, & tamen multis poteſt eſſe non cognitus: Ita qui fidei veritatem detinent, noſcunt, quod diuites ſunt: infideles autem theſaurum neſcientes hunc, diuitias noſtras ignorant. *Ioan. Chryſoſt. ſuper illud Matth. 13. Inuenta autem vna pretioſa margarita.*

Talis eſt natura fidei, quanto magis vetatur, tanto magis accenditur. Virtus fidei in periculis ſecura eſt, in ſecuritate pe[...] Quid enim aliud ſic laxat vigorem fidei, ſicut longa [...] *ibid ſuper illud Matth. 20. At illi magis clamabant.*

Fides lampas eſt, quia ſicut lampas illuminat dom[um ...] animam. *Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth. 25.*

Fides religionis catholicæ lumen eſt animæ, oſtium v[...] mentum ſalutis æternæ. *idem ſuper illud ſymboli, Credo [...]*

In malis promiſſis reſcinde fidem. In turpi voto mu[...] Quod incautè vouiſti, ne facias. Impia eſt promiſſio, q[uæ ...] adimpletur. *Iſidorus in Synonymis libro 2. & habetur [...] malis.*

Mors fidei eſt ſeparatio charitatis. Credis in Chriſtum [...] ſti opera, vt viuat fides tua. Fidem tuam dilectio anime[...] bet. Non incuruet terrenum opus, quem fides cœleſt[...] *Bern ſuper Cant. ſerm. 24.*

Quid non inueniat fides? Attingit inacceſſa, depre[...] ta. Comprehendit immenſa, apprehendit nouiſſima, [...] æternitatem ſuo illo vaſtiſſimo ſinu quodammodo c[...] *idem ſuper Cant.*

Non fidei, ſed perfidiæ: non confidentiæ, ſed diffiden[tiæ ...] metipſo habere fiduciam.

Is fidelis eſt, qui nec ſibi credit, nec in ſe ſperat, [...] quam vas perditum: ſed ſic perdens animam ſuam, [...] ternam cuſtodiat eam. *idem ſerm. 5. in vigil. in natal. D[...]*

Tranſgreditur enim fides rationis fines, humanæ [...] experientiæ terminos. *Bern. ſerm. 67.*

Fides aliquando recipit, quod ratio non præſumit, [...] iuſcunque fides, tribulatio probat. *idem de duodecim p[...] militatis.*

Hoc veſtræ indicimus charitati, vt ab Apoſtolicis [...] lo vlterius recedatis exceſſu: quia inultum poſthac e[...] rit, ſi quiſquam Apoſtolicas regulas in aliquo credider[...] gendas. *Leo Papa, & hab. diſt. 11. Hoc veſtra.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Silius 2.

*Ante Iouem generata decus, diuumq; hominum[que]*
*Qua ſine non tellus, pacem non æquora norunt,*
*Iuſtitiæ conſors, tacitumq; in pectore numen,*
*Exitiumne tuæ dirum ſpectare Sagunti,*
*Et tot pendentem pro te Dea cernere pœnas,*
*Vrbem lenta potes? moritur tibi vulgus & v[...]*
*Te matres vincente fama, te mœſta virorum*
*Ora vocant, primaq; ſonant te voce minores:*
*Fer cœlo auxilium, & feſſis da ſurgere rebus.*
*Hæc ſatus Alcmena.*

Ibidem.

*Contra cui talia virgo,*
*Cerno equidem, nec pro nihilo eſt mihi fœdere r[...]*

Sen. Oct.

*Teneris in annis haud ſatis clara eſt fides.*

Claud. 4. Hon.

*Præmiſſa futuris,*
*Dant exemplis fidem*

Terent. Andr.

*Nihil opus eſt arte ad hanc rem, quam paro,*
*Sed his, quas ſemper in te intellexi ſitas,*
*Fide & taciturnitate.*

Virg. 4. Æneid.

*Nuſquam tuta fides.*

Manil. 3.

*Perq; tot ætates hominum, tot tempora & ann[os]*
*Tot bella & varios etiam ſub pace labores,*
*Cum fortuna fidem quærat, vix inuenit v[ſquam.]*
*At quanta eſt ſcelerum moles per ſecula cuncta,*
*Quamq; onus inuidiæ non excuſabile terris!*
*Venales ad fata patres, matrumq; ſepulchra,*
*Impoſuit Phœbus noctem, terraſq; reliquit.*
*Quid loquar euerſas vrbes, & prodita templa,*
*Et varias pacis clades & mixta venena,*
*Inſidiaſq; fori, cædes in mœnibus ipſis:*
*Et ſub amicitia graſſantem nomine turbam!*
*In populo ſcelus eſt, & abundant cuncta furoris*
*Et fas atq; nefas mixtum, legeſq; per ipſas*
*Sæuit nequitiæs pœnas iam noxia vincit.*
*Corpora naſcuntur, pars & ſublata per orbem,*
*Et fidei earum fœdus paciſq; tributum:*
*Vtq; ſibi cœlum, ſic tellus diſſidet ipſa,*
*Atq; hominum mentes inimica ſorte feruntur.*

Claud. 2. Stil.

*Huic Diua germana Fidei, eademq; ſororum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Fide tua delubra tenens.*

Ibidem.

*Hæc & amicitias longo poſt tempore firmat,*
*Menſuroſq; adamante ligat, nec mobile mutat*
*Ingenium parua ſtrepitu, nec vincula noxa*
*Diſſolui patitur, nec faſtidire priorem,*
*Allicitur veniente nouo, benefacta tenere,*
*Reſpuere offenſas facile, pariterq; minoris*
*Officij, magniq; memor ſuperare laborat:*
*Vtq; hoſtes armis, meritis ſic vincit amicos.*

Propert. 1. 26.

*Multum in amore fides, multum conſtantia prodeſt.*

Ouid. Epiſt. 18.

*Non boue mactato cœleſtia numina gaudent,*
*Sed qua præſtanda eſt, & ſine teſte fide.*

Ouid. Fpiſt. 16.

*Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides.*

Lucanus.

*Clauda fides miſeris.*

Sen. Herc. Oet.

*Non rata fides, vbi iam melior*
*Fortuna ruit.*

Silius 11.

*Stat nulla diu mortalibus vſquam*
*Fortuna titubante fides.*

Claud. 4. Hon.

*Induat non empta fides, nec pectora merces*
*Alliget.*

Ouid. 4. Faſt.

*Surgit, cui dederat clarum Collatia nomen:*
*Non opus eſt verbis, credite rebus, ait.*

Silius 2.

*Quis verò non æqua dedit victoria nomen?*
*Audite ô gentes, non rumpite fœdera pacis,*
*Nec regnis poſt ferte fidem.*

Lucan. 8.

*Ardua quippe fides robuſtos exigit annos.*

Ibidem.

*Pellæuſque puer gladio tibi colla reſcidit,*
*Magne tua.*

Plaut. in duobus Captiuis.

*Tu fidelis ſis fideli, caue fidem fluxam geras,*

## ¶ Philosophicae et Historicae Sententiae.

Indiuiſi eſt hominis vnumquodque, vt ipſum eſt, ita de eo fidem capere & tentare. *Boet. lib. de Trinit.*

Fides ſanctiſſimum humani pectoris bonum eſt. Nulla neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio. Vre, inquit, cæde, non prodam, ſed quo magis ſecreta quæret dolor, hoc illa altius condet. *Seneca ad Lucilium epiſt. 89.*

Fidem nemo vnquam perdit, niſi qui non habet. *Seneca in prouerbijs.*

Fides vulgi fortior eſt, quam fides Philoſophorum. *Commentator ſuper 3. Phyſicor.*

Animus ſine fide ſtabilis amicis eſſe non poteſt. *Cic. libr. 1. Rhetor. nouor.*

Fundamentum iuſtitiæ eſt fides, dictorum conuentorumq; conſtantia & veritas. *Cic. lib. 1. de Offic.*

Nec promiſſa ea ſeruanda ſunt, quæ non ſunt his, quibus promiſeris, vtilia: nec ſi plus ea noceant illi, cui promiſeris, quam proſint. Nam illis promiſſis ſtandum quis non videt? quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiſerit.

Nec enim vlla res vehementius Rempubl. continet, quam fides: quæ nulla eſſe poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum. *Cic. lib. de Offic.*

Sed nihil ſtabile, quod eſt infidum. *Cic. lib. de Amicit.*

In vita tyrannorum nulla fides. *idem.*

Deiotarus vetat expectare fortunam, dum præſtatur fides. *Cic. lib. de Diuinat.*

Magna & perpulchra res eſt, quum aliis omnibus, tum viro principi fidemque ſeruare, & ſe talem eſſe cognoſci. *Xenoph. orat. de Agesil.*

Dura fides omnem deliberationem excludit. *Plut. in Sertorio.*

Cum fidei abrogatione omnis humana ſocietas tollitur. *Liuius, Decad. 1. lib. 6.*

Vult ſibi quiſque credi, & habita fides ipſam plærumque obligat fidem. *Id. dec. 3. lib. 2.*

Circumuentis in ſolitudine, natura ipſa ſubijcit, vt hominum quos nunquam viderint, fidem tamen implorent. *Dec. 4. lib. 10.*

Fides non integra manet, vbi magnitudo quæſtuum ſpectatur. *Tacitus, Annal. lib. 11.*

Inter ciuiles diſcordias, nuſquam fides aut amor motu ac neceſſitate huc illuc mutantur. *idem hiſt. lib. 1.*

Expertus ſum parum fidei miſeris eſſe. *Saluſt. in Iugurth.*

Fides ſtabile & æternum facit imperium. *Qu. Curtius de geſtis Alexand. lib. 8.*

In magna malorum multitudine difficilima dictis fides. *Paul. Oroſ. de Ormeſta, lib. 3.*

Malo mihi ſucceſſum deeſſe, quam fidem: etiam hoſti eſt æquus, qui habet in conſilio fidem. Fidem qui perdit, nil poteſt vltra perdere. Fides vnanima vnde abit, nunquam redit. *Seneca in prouerbijs.*

Viri boni eſt eſt etiam non politicam fidem ſeruare: maximum maioribus noſtris telum, fidem fuiſſe, ex quo plures pace ſuſceptæ, quam bello gentes fuerint deuictæ: nocens fit, vbi ſuccumbit fides ſiue veritas. *Cato.*

## ¶ Apophthegmata.

*Anaxarchus*, cum à Nicocreonte grauiter torqueretur, vt conſcios perderet poſt multa in tyrannum conuitia, linguam ſibi ipſi dentibus abſcidit, commāducatā in tyranni faciem expuit, his prius verbis emiſſis: Non erit hæc corporis pars tuæ ditionis. Voluit vir conſtantiſſimus potius ſibi ipſi amputare linguam & perire penitus, quam non ſeruare ſilentii fidem. *Laert. lib. c. 10.*

*Zeno Eleates* accuſatus, quod in perniciem Nearchi tyranni coniuraſſet, ductus ad tormenta, vt coniuratos proderet, indicauit eos, qui tyranno omnium amiciſſimi erant: neglectis conſciis qui poſtquam pœnas dediſſent, interrogatus à tyranno, num quis præterea occidendus ſupereſſet? Tu ſolus, inquit, Reipublicæ pernicies ſuperes, quibus actis, dentibus linguam abſcidit, & in tyranni faciem expuit. Maluit enim mori, quam indicare eos, qui occiſo tyranno ſaluam cuperent eſſe Rempubl. *Laert. lib. 9. c. 5.*

*Eurycratidas*, percontanti, cur Ephori per ſingulos dies de conuentis & contractibus dicerent? Vt inter hoſtes etiam, inquit, mutuam fidem inueniamus. Maiore Reipublicæ diſcrimine pacta violantur in bellis: ſed illic quoque violantur ab his, qui domi conſueuerint fallere. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Alexander*. Quidam cum rupem teneret inexpugnabilem, vt putabatur, ſemet Alexandro dedit: At Alexander non ſolum eius ditionis principem eſſe iuſſit, verum etiam addidit, dicens: Hic homo mihi videtur ſapere, qui ſe maluit bono viro, quam loco munito concredere. Et ſic fidem hoſti ſanctiſſimè ſeruare voluit. *Plut. in apoph.*

*Hanno & Roman. Coſſ.* Amiſſa nauium claſſe prope Siciliam inſulam omnium fertiliſſimam. Carthaginenſes de pace cum Romanis ineunda conſultabant. Hamilcar cum negaret ſe iturum eſſe ad Conſules Romanos. timens ne idem accideret ipſi à populo Romano, quod Pœni fecerant Cornelio Aſinæ Conſuli Romano) qui contra ius gentium catenis vinctus eſt) Hannno fidem Romanorum conſiderans, profectus eſt in vrbem, vt pacem impetraret, qui dum liberius legationis ſuæ rationes expoſuiſſet, à tribuno audiuit: illi poſſe accidere, quod accidiſſet Cornelio Conſuli. Verum cum vterque Conſul tribunum compeſcuiſſet, reſponderunt: iſto metu Hanno te fides noſtræ ciuitatis liberat. *Eraſmus lib. 6. apophthegm.*

*Fabricius*, pugnaturus contra Pyrrhum regem, à medico regis epiſtolam accepit, qua promittebat, ſe regem veneno necaturum eſſe, ſi iuberet. Verum eam epiſtolam miſit Fabricius ad hoſtem crudeliſſimum: & admonuit, vt ſibi caueret ab inſidiis potius amicorum, quam hoſtium. Quis non admiretur Fabricii erga hoſtem immaniſſimum fidem, quem amicè monuit, vt tute periculum euitaret? Secus faciunt hodie duces, qui clam inſidias hoſtibus ſtruunt, contra iuſtitiam, fidem, & omnem æquitatem, vt victores etiam ex coempta victoria domum gloriabundi redeant. *Val. Maximus.*

*Cicero*, Dicente illi Metello, plures teſtimonio peremiſti, quam patrocinio ſeruaſti: Nempe, inquit Cicero, plus eſt mihi fidei, quam eloquentiæ. *Plut.*

*Pontius Centurio* captus à Pompeii ſocero Scipione, cum iſto modo ei ſalus daretur, ſi ſe futurum Cn. Pompeii militem affirmaſſet, ita reſpondit: Tibi quidem Scipio gratias ago, ſed mihi iniuſta conditione vitæ non eſt opus. Maluit autem potius mori, quam fidem Cæſari datam frangere. *Bruſ. l. 2. c. 35.*

*Alphonſus* ſæpenumero dicere ſolitus eſt: Tantum valere ad fidem debere principum verbum ſimplex, quantum priuatorum hominum iuſiurandum. Turpiſſimum enim eſt fidem fallere in regibus vero longius. *Panorm. lib. 1. de Alphonſi rebus geſtis.*

## ¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi*. Sicut inter duos lapides molares teritur triticum, & ſeparatur à cortice ſuo, & fit ſimulago munda; ſic fideles in medio deſuper quidem vrgente ſe verbo Dei ad fidem & iuſtitiam, inde autem verbo impio ſe compellente ad infidelitatem atque peccatum, conteruntur, & carnalia ſua vniuerſa deponunt, & ſpirituales efficiuntur. *in Matth. 24. hom. 50.*

*Vti nauis* tutiſſima eſt fides: ita qui ex illa deciderint, neceſſe eſt eſt naufragium facere. *in 1. ad Tim. hom. 3.*

*Quem*

*Quemadmodum hi*, qui fide ſubnixi ſunt, in tuto nauigant: Ita & qui illa exciderunt, nuſquam poſſunt conſiſtere, ſed longo errore circumacti, poſtremo in ipſa perditionis prærupta feruntur. *in 1. ad Timoth. hom. 12.*

*Quemadmodum* carnales cibos diebus ſingulis ex neceſſitate requirimus: Ita & fidei pietatiſque doctrinam ſemper accipimus, eaque iugiter enutrimur. *ibid.*

*Nec qui* clauſis oculis quærit, inuenire quid poterit; ſicut idem ſi apertis illis, ſeipſum humo obruat, auerſatusque ſolem ibi inquirat, inuenire aliquid nequaquam poterit, Adeo ſine fide nihil inueniri poteſt, eaque abſente, pugnas naſci neceſſario contingit. Quæ enim fides profitetur ſola, ſuccedens quæſtio neque permittit intelligi. Cum in quæſtiones incidimus, de Deo, quæ non oportet, opinamur. *Homilia 12. in 1. ad Timoth. & 2. ad Timoth. homilia decima ſexta.*

*Quemadmodum peccatum* ſi vicerit, ipſum eſt quod viuit in homine, animum, ad quæ vult, pertrahens: Ita ſi illo mortuo quæ Chriſto ſunt placita, fiant, nec humana deinceps eſt eiuſmodi vita, videlicet ipſo Chriſto viuente in nobis, hoc eſt, agente ac dominante. *in c. 2. ad Galat.*

*Sicut anchora* iactata de naui, hoc permittit eam circumferre, licet venti commoueant, ſed iactata firmam facit: Sic & fides. Intuere, quoniam valde conuenientem inueni imaginem. Non enim dixit fundamentum, quaſi diſſonaret, ſed anchoram. Quod enim in motu eſt, & non valde videtur fixum eſſe, quod eſt ſuper mare, ſicut quod ſuper terram ſtat, & mouetur, & non mouetur in valde firmis & Prophetis fortaſſis. Tempeſtas, & multus imber commouet ratem: ſpes autem non permittit circumferri. Si hanc non haberemus, olim demerſi fuiſſemus, non in ſpiritualibus tantum, ſed in ſecularibus. Multam quis huius inuenit fortitudinem, vtputa in negotiando, in agricultura, in militia. Niſi hanc quiſque ſibi proponat, nunquam aliud attingit. *Homil. 11. ad Hebr.*

*Fide opus eſt*, bonorum matre, ſalutis medicina, ſine qua nullam magnarum rerum doctrinam quiſpiam percipere poteſt, ſed illis ſimilis, qui ſine naui pelagus tranſnatare aggreſſi, parum prouecti, laſſatis manibus pedibusque, fluctibus continuo obruuntur: neq; aliter, qui ſuis nituntur rationibus ante cognitam veritatem (vt Paulus ait) naufragium faciunt. *Homilia triceſima ſecunda epiſt. ad Hebr.*

*Sicut plantæ* rigatæ magis creſcunt: Ita & fides noſtra oppugnata magis floret: ſeditione agitata, incrementa maiora ſumit. Neq; horti aquis irrigati ita germinant & fœcundi ſunt, vt Eccleſiæ, ſi martyrum irrigentur ſanguine. *ſermone in Iuuentinum & Maximum.*

*Sicut in turri* conſiſtentes duo bona conſequuntur, & hoſtium irruptionem ipſi non facile patiuntur: & hoſtes de turri facile conterunt: Sic & qui in fide Chriſti conſiſtunt, vel in lege Dei, & Dæmones ſuper ſe irruere non ſinunt, & ſpiritualibus bonorum operum ſagittis eos facile vulnerant. *in 21. homil. 40.*

*Sicut ſi adamantina* & incorruptibilia nobis corpora eſſent, neque ſcorpios, neque ſerpentes, neque ignem manibus formidaremus complecti: Ita cum animas noſtras tali fide Chriſtus armauit, non eſt, quod timeamus, etiam hoſtium tenentes venena. Nobis enim conceſſum eſt ambulare ſuper ſerpentes & ſcorpios, & omnem Diaboli tyrannidem, multo magis & ſuper teredines, ac ſcarabeos. Tam procul eſt, ne qua parte nos offendant inſidiæ Diabolicæ, & ita ſe habent res noſtræ. *Aduerſus gentiles, & in Babylam martyrem.*

*Theophylacti.* Quid lutum? Idem corpus maiore quàm margaritam honore afficis animam? conculca paleas: id eſt, ſterilia opera, quæ comburet ventilabrum dijudicationis, habens verbum Dei igni inextinguibili. Vt locuſta, quæ deſcendit ſuper ſeptem in die glaciei, ſol ortus eſt, ac deſiliit, nec agnouit locum ſuum, hoc eſt: Quemadmodum locuſta, cæteraq; id genus volatilia, rore ac pruina eorum alis ſuperpoſita, ſepibus inſident atque fruticibus, vt quæ volare nequeunt, ſole autem oriente, abſumenteque rorem, ipſaque animalcula calefaciente, expandunt alas, & in alium tranſmeant locum: Hunc in modum aſcendebat etiam ſuper ſepem legis, potentia Dei, purificationes quaſdam corporales perficiens, & mira ſigna faciens, vſque dum dies erat glaciei, hoc eſt, regnaret peccati ex Adamo contracti hyems: quando verò ſecundus Adam peccati expers, Sol iuſtitiæ exiſtens ortus eſt, deſiliit diuina potentia ex legali ſepe, oſtendens ipſam infirmam eſſe, vt quæ non poſſit mundam facere conſcientiam, tranſiitq; ad fidem, quæ poſſit iuſtificare, nec vlterius cognouit locum eius, quem antea occuparat. *in cap. 3. Nahum.*

*Poſtquam* fides aduenit, quæ hominem reddit perfectiorem, nil vltra pædagogo ſubijcimur, qui ſumus per fidem perfectionem adepti, & infantiam ipſam exceſſimus: quod autem ſimus ex fide perfectiores, patet ex eo, quia ob noſtram in Chriſto fidem Dei efficimur filii: qui autem fuerit, vt in Dei Filium ſuſciperetur dignatus, nil prorſus vel imperfectus, vel infans putandus eſt, eo fit, vt ridiculum videatur, vt qui iam in virum euaſerit, pædagogi ſit legi obnoxius; neque enim ſecus id videretur, quam ſi vbi dies illuxit, lucernam quis intueretur, non ſolem. *in epiſtolam ... capite 3.*

*Quemadmodum opulentus vir* quiſpiam, cum ... rit, vt ſua diripiat, & ſe inuadentem, vt enecet, omnia ... gratia ab eodem diſcrimine permiſſurus eſt: Sic ... te, vt in tuto ſit caput, hoc eſt, fides ipſa. *in caput ... ſios.*

*Nazianzeni.* Vt in creaturis primaria dona non ... ſtri ſunt, ſed omnium, vt vnius creaturæ communis ... in fide, quæ ſaluant, non eorum tantum ſunt, qui ... ſed eorum, qui volunt. *De modeſtia in diſputationibus.*

*Origenis.* Sicut nihil eſt delectabile hominibus ... militer nihil eſt delectabile, neque acceptum Deo ... mine. *in lib. Iob.*

*Sicut* ſol, niſi vibrauerit ſuper faciem terræ, ... eius creſcit, neque adoleſcit, neq; matureſcit. Sic ... fidem veritas refulſerit in animabus hominum, ... acceptabiles coram Deo. *in lib. Iob, 1.*

*Athanaſii.* Vt ſi quis medicus ingreſſus ad ægrotos ... tatur, an velint curari, ne dum ipſe curam ſuſceperit ... inutilis exiſtat curatio, nimirum iis, qui laborant ... medici pugnantibus: Sic & Dominus eos, qui ſanabat ... tabatur, nec niſi fidentibus conferebat beneficium, ... beneficium conſeruari poſſent. Per fidem enim dig... propoſitum. *De paſſione Domini.*

*Damaſceni.* Fide omnia & humana & ſpiritualia ... que agricola ſine fide incidit terræ ſurculum, neque ... uo ligno ſuam ipſius animam inſano maris pelago ... nuptiæ fiunt, non aliud quicquam in terra ſine fide ... ſcrutabilis conſenſus. *libro quarto, capite duodecimo, ... dei.*

*Theodoreti Epiſcopi.* Sutoris diſcipulus, dum ... credit, quicquid illi à magiſtro dicitur, docet eum, ... ceum tenebit, quomodo corium ſcindat. Sic natura ... cola: Sic ſi probatum aurum à crudo cognoſcere vo... magiſtratum, qui nouit diſcernere: ille diſcernit ( ... experienria) an adulterinum ſit: ſic facit, qui ... gemmas, qui ſericam veſtem, & quicquid audien... ſic agreſtes operæ craſſique auditores credunt. *ſerm...*

*Marci eremitæ.* Talpa ſupercapta oculis ſtellas ... teſt: Et qui rebus temporaneis Deo fidem non habet ... ternis poteſt credere. *De lege ſpirituali.*

*Plutarchi.* Nos quemadmodum quoties cum ... mus tyranno, animo ſumus anxio: Sic in ſacris ... ac diffidentem oportet eſſe. *in Moral.*

*D. Auguſtini.* Sicut euenire aſſolet, vt malum ... tus etiam bono timeat ſe committere: Ita erat ... meæ, quæ vtique niſi credendo ſanari non poterat, ... ret, curari recuſabat: reſiſtens manibus tuis, qui ... confeciſti, & ſparſiſti ſuper morbos orbis terrarum, ... authoritatem tribuiſti. *libr. 6. Confeſſion. c. 4.*

*Diui Ambroſii.* Sicut granum ſinapis prima fronte ... paruum, vile, deſpectum, non ſaporem præſtans, ... cumferens, non iudicans ſuauitatem: at vbi teri cœperit ... dorem ſuum acrimonia exhibet, cibum flammeum ... tanto feruoris calore ſuccenditur, vt mirum ſit in ... nis tantum ignem fuiſſe concluſum, cuius etiam ... homines, hyemis tempore præcipuè, magna pro... unt, quatenus repellant frigora, humores egerant, ... calefaciunt, ſępe etiam capiti ex hoc adhibent medi... inualidum, ſi quid ægrotum fuerit, ſinapis igne ... Chriſtiana fides prima fronte videtur eſſe parua, ... ſtendens potentiam ſuam: at vbi diuerſis tentationibus ... rit, ſtatim vigorem ſuum prodit, acrimoniam indicat ... minicæ credulitatis adſpirat, & tanto diuini ignis ... vt & ipſa ferueat, & participantem ſibi ardere comp... ſinapis membrorum viſcera calefacit: Fides autem ... peccata comburit. Ille quidem aſperum algorem ... uet: hæc autem delictorum diabolicum frigus expellit ... quos humores decoquit corporum: Fides autem ... ta conſumit. Per illud medicina capiti procuratur; ... tem ſpirituale caput noſtrum, quod eſt Chriſtus, ... fidei (iuxta comparationem ſinapis) odore ... *ſerm. 1.*

*Hilarij.* Vt quædam medicamentorum genera ... rata, vt non in ſingulis tantum ægritudinibus vtilia ... bus in commune medicantur, habentq; in ſe ... auxilii: ita & fides catholica non aduerſus ſingulas ... ſed contra omnes morbos opem medelæ impertit, ... genere, non viuenda numero, non diuerſitate fallendi ... eadem aduerſus ſingula omniaque conſiſtit. *libro ... nitate.*

debet apud nos, frater, fidei robur immobile, & ſtabilis concuſſa virtus contra omnes incurſus atque impetus ob- fluctuum, velut petræ obiacentis fortitudine & mole ſiſtere. *Cypr. lib. 1. Epiſt.*

Creſcunt quotidie per linguæ veſtræ vomerem grana atque in horreis multiplicantur ſupernis: Ita in vobis im- gaudemus, quod ſcriptum eſt: Vbi plurimæ ſegetes, ibi fortitudo boum. *lib. 11. epiſt. 47.*

*nuntij pœnitentiæ.* Sicut homo, cum impleuit ampho- & inter illas paucas ſemiplenas poſuit, & venit, vt guſtet amphoras, non tentat plenas: ſcit enim, quia bonæ plenas autem guſtat, ſintne acidæ factæ, cito enim ſemi- : Sic & qui pleni ſunt in fide, reſiſtunt Diabolo, & quia non habet locum intrandi, ſed in ſemiplenos in- quæcunque vult, facit illis, & fiunt famuli eius.

Eodem modo, quo matrimonium dici non poteſt, vbi multos habet, ſed hæc aut meretrix, aut adultera no- : à qua enim pudor, caſtitas, fides abeſt, virtute careat ne- Sic & religio Deorum impudica eſt, & incerta, quia fide ca- honor ille inſtabilis & incertus caput atq; originem non *lib. de vera ſapientia cap. 4.*

*Hoſtienſis Epiſcopi.* Hilaris pupilla lucide ſpeculatur. pupilla oculi tui. Quomodo pupilla oculi eſt ſubtiliſſima, ſollicitè cuſtodiatur à palpebris, leuiſſimi ac tenuiſ- tactu confunditur: Sic acies fidei, niſi peruigilem ſem- cuſtodiam, nihil citius conturbatur. *libr. de ſacram. Do-*

*Epiſcopi.* Vos, inquit, eſtis ſal terræ. Itaq; ſicuti ſales, in carne qualibet, corruptelam non admittunt, ſordes expurgant, vermes non ſinunt generari: gratia ac fides, quæ per Apoſtolos data eſt, ſimili ex- operatur. Aufert enim carnalis concupiſcentiæ cor- peccatorum ſordes expurgat, odorem malæ conuerſatio- vermes delictorum non ſinit generari, id eſt, de corpore & mortiferas voluptates exurgere, conſeruans corpora ab illo immortali verme, qui indefeſſa pœna peccato- de quo ſcriptum eſt: Vermis eorum non morietur, & non extinguetur. Et ſicuti ſales à foris quidem appo- vero operantur per virtutem naturæ ſuæ: Ita & exteriora hominis atque interiora perpenetrat, & to- non integrum à peccato incorruptumque conſeruat. *in Matth.*

corporis ſenſus mentis, & fides cordis intelligitur, quæ pura & lucida fuerit, ſine dubio omne corpus noſtrum Idcircò autem lucerna in comparatione fidei ponitur: lucerna incedentium in nocte greſſus illuminat, ne aut offendicula quæque ambulantes incurrant: Ita in nocte ſplendor fidei omnes vitæ noſtræ greſſus, præeunte veritatis illuminat, ne aut in foueas peccatorum, aut offen- Diaboli incidamus. *in 6. cap. Matth.*

*Ludouici Viuis.* Vt nihil eſt homini gratius, quam fidi ſi- nec Deo, nec quiſquam bene de illo cogitat, cui timide ſci- credit. *In introductione ad ſapientiam, cap 7.*

Amuleta depellunt omne incantamentum, & effaſci- : integra verò fides elidit omnem ſuperſtitionem & te- *in apoph. 110.*

## ¶ Adagia.

Sibyllæ.

Iuuenalis.

*Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.*

Id eſt,

*indubitatam.*

τρίποδος. τὰκ τε τρίποδος.

*de ijs, quæ vehementer vera atque indubitata vi- Athenæus.*

promiſſis. μὲν λόγος θαυμαςὸς ὁ δὲ λέγων ἄπιςος. *Plutarch.*

*aliquis ingentia pollicetur, quæ non videatur præſtitu-* credendum.

*Tullius in libello de Vniuerſitate. Credendum, inquit, nimi- veteribus & priſcis, & vt aiunt, viris, qui ſe progeniem eſſe dicebant.*

pectore.

*quod eſt ingenue, citraq; diſſimulationem, vt veritatis eſt oratio. Cicero.*

magnuſque. ἠΰς τε μέγας τε.

*magnuſq; bonuſq; apud Homer.* Prouerb. *autem locum ha- quoties aut teſtem, aut iudicem, aut conuictorem ſignifica- ac neutiquam reijciendum.*

non cæditur, neque violatur. πρέσβυς οὔ τύπτεται, οὐδὲ ὑβρί-

*iure gentium receptum eſt, vt legati publica fide veniant, & inuiolati.*

tabulis teſtis. ἐκ τῆς Διὸς δέλτων ὁ μάρτυς.

*certo & indubitabili teſte.*

Atticus teſtis. Ἀττικὸς μάρτυς.

*Pro probatiſſimo atque incorruptiſſimo teſte. Quod ſi quis per ironiam torqueat in teſtem vanum, non inconcinne dixerit. Diogenian.*

Attica fides. Ἀττικὴ πίστις.

*Legitur apud eundem de minime vanis, minimeq; periuris.*

Rhadamantheum iudicium. Ῥαδαμάνθειος κρίσις.

*De incorrupte iudicantibus.*

Iouem lapidem iurare.

*Qui ſancte & religioſe deierant. M. Tull. in Epiſt.*

Rhadamanthi iuſiurandum. Ῥαδαμάνθειος ὅρκος.

*Dicebatur, quod veriſſimum quidem eſſet, cæterum nullum Deum aſciſceret.*

Viri iureiurando, pueri talis fallendi. ὅρκοις ἄνδρας ἀστραγάλοις δὲ παῖδας ἐξαπατητέον.

*Docet, viris nulla re citius imponi poſſe quam iureiurando, quod nemo tam improbus eſſe credatur, qui id velit violari.*

Iouis ſuffragium. Διὸς ψῆφος.

*Dicebatur ſacrum & inuiolatum.*

Amphictyonum conſeſſus. Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον.

*De frequente grauium virorum conuentu.*

Dictum ac factum. ῥεχθὲν καὶ πραχθέν.

*Prouerbialis figura. Qua nihil in negotio procurando prætermiſſum ſignificamus. Terent.*

*Dictum ac factum reddidi.*

Mineruæ ſuffragium. ἡ Ἀθηνᾶς ψῆφος.

*De exacto ſuffragio ſeu iudicio, contrarium illi: Sus iudicauit. Sed lepidius fiet, ſi per ironiam efferatur, in ſtupidum, & nullius iudicii hominem.*

Veriora iis, quæ apud Sagram acciderunt. ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ.

*Dictum olim in incredulos, quiq; non niſi magno malo docti credunt. Strabo.*

Oculis magis habenda fides, quam auribus. ὤτων πιστότεροι ὀφθαλμοί.

*Quæ cernuntur, certiora ſunt, quam quæ audiuntur. Horat.*

*Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures,*
*Quam quæ ſunt oculis ſubiecta.* Germani dicunt, Sehen gehet für hören ſagen/ Was du ſiheſt das glaub.

Domeſticus teſtis. οἴκοθεν ὁ μάρτυς.

*Vbi quis ipſe ſe laudat. Quaſi domi teſtem habeat, non aliunde adductum.*

Venereum iuſiurandum. ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.

*Venereum iuſiurandum non ponitur: ſenſus eſt. Amantium iuſiurandum irritum eſſe, neque ad deos quicquam pertinere, tanquam iocoſum. Plato.*

Dignus qui cum in tenebris mices.

*Qui certiſſima eſſet fide, eum dignum dicebant, qui cum in tenebris micaretur.* Prouerb. *natum a ruſticis. Cic.*

De manu in manum.

*Cicer. lib. Epiſt. 7. Totum deniq; hominem tibi trado de manu vt aiunt, in manum tuam iſtam & victoria, & fide præſtantem. Traduntur etiam & qui commendantur.*

Manu longa, & manu breui tradere.

*Qui promiſſis agit, ac ſpem tantum oſtendit, longa manu dat: Contra, qui præſens ac ſtatim exhibet, quod promittit, breui manu dat.*

## ¶ Emblema.

*Fidei ſymbolum.*

Emblema IX.

*Stet depictus Honos tyrio velatus amictu,*
*Eiuſq; iungat nuda dextram Veritas.*
*Sitq; Amor in medio caſtus, cui tempora circum*
*Roſa it, Diones pulchrior Cupidine.*
*Conſtituunt hæc ſigna Fidem, Reuerentia, Honoriſ,*
*Quam fouet, alit Amor, parturitq; Veritas.*

---

# Fiducia.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

FIDVCIA, Græcè παρρησία, ας, ἡ, & παρρησιάζω, audacter loquor, dicitur. Eſt autem fiducia ſpes futuri auxilii concepta dictis aliorum, vel ex his quæ ſunt in ſe, vel in alio. *ſecund. B. Thom. ſecunda Secund. quæſt. 129. art. 6.* & dicitur à fide.

Fiducia in Deo ſolo collocanda, *Eſa.2.v.22.Ier.*17.5.7.Zach.4.6. *Pſal.*20.89.

Fiducia in Paſtoribus requiritur.*Eph.6.*19.

Fiduciæ exemplum. *Phil.* 1.14.

Fiducia ſeu confidentia dicit, motum iraſcibilis inæſtimatum non excedere facultatem. Et circa bona eſt ſpes, ſed circa mala eſt audacia. *ſecund.B.Thom.3.Sent.diſt.*29.*q.*1.*art.*8.

Fiducia eſt omnium bonorum: magnanimitas eſt magnorum. *ſecund.eund.*3.*Sent.diſt.*33.*q.*3.*art.*4.

## ¶ Sententiæ Historicæ.

Cùm vltimi diſcriminis tempus aduentat, in ſolicitudinem verſa fiducia eſt. *Curtius, lib.* 3.

Laudanda fiducia eſt, quæ exiſtimationem ſui certo pondere examinat tantum ſibi arrogans, quantum à contemptu & inſolentia diſtare ſatis eſt. *Val.Max.lib.* 3.*c.*7.

Nimia fiducia maximæ calamitati ſolet eſſe. *Æmyl. Probus in Pelopida.*

## ¶ Poetica Sententia.

Anthol. Sacr. Iacob. Bill.

Rebus fragibilibus nimium non ſtudendum.

*Angelicos ciues, & Chriſti in membra renatos,*
*Non trahat ad veterem carnis origo hominem.*
*Multa quidem in noſtros bona mundus procreat vſus,*
*Et pleno tellus ſeruit opima ſinu.*
*Sed terræ hoſpitibus cœli ſupra aſtra vocatis,*
*Virtutis palma eſt ſpernere blanda ſoli.*
*Et ſic præſentis ſpatium tranſcurrere vitæ,*
*Ipſa peregrinis ne via ſit laqueus.*
*Nam declinantes pro ſummis ferre labores,*
*Terrenorum auidos infima ſuſcipient.*

Rebus caducis fidendum non eſſe.

*An ſapit is preſſus qui fluctibus arripit algam:*
*Nec ſolidis nixus littora tuta petit?*
*Haud magis ille ſapit, qui vitæ in fluctibus huius*
*Præponit ſolidis fluxa miſerq́ue perit.*
*Vt fugias igitur tanti diſcrimina ponti,*
*Nec caput iſta minax obruat vnda tuum:*
*Spemq́ue, fidemq́ue agapemq́ue tene fluxa omnia linquens;*
*Has nihil in tabulas vlla procella poteſt.*

## ¶ Apophthegmata.

*Themiſtocles.* Cum Eurybiades baculum ſuſtuliſſet in Themiſtoclem obſtrepentem: Percute, inquit, ſed tamen audi. Præſens animus, & ſuo fidens conſilio. *Plut. in Græc. apoph.*

*Epaminondas.* Poſtquam Alexandrum Pheræorum tyrannum Thebanis infenſum Athenienſes ſibi feciſſent amicum ac ſocium, isque polliceretur illis, ſe perfecturum, vt minam carnium emerent ſemiobulo: videlicet ſignificans, ſe immenſum numerum pecudum ac iumentorum adducturum è præda: Epaminondas, At nos, inquit, Athenienſibus ad coquendas iſtas carnes ligna gratis ſuppeditabimus. Nam ſyluas ipſorum ſuccidemus, ſi ſe plus ſatis admiſceant noſtris negotiis. *Plut. in apoph.*

*Xerxes.* Cum importarentur ad eum Atticæ caricæ venales, negauit ſe illas eſurum, donec regione potitus eſſet, quæ illas ferret. Tam ingens erat excelſi pectoris fiducia. *Plut. in apoph.*

*Fabricius* Pyrrho hortanti, vt apud ſe ageret, imperii ſocius futurus, Ne tibi quidem iſtuc expedierit, inquit. Nam ſi Epirotæ noſtrum vtrumque pernorint, mihi Regi quam tibi parere mallent. *idem.*

*Scipio Maior*, Cùm obſideret oppidum humili loco ſitum, prominente illinc Veneris templo, iuſſit illuc profiteri vadimonia, tanquam tertio poſt die ius ibi redditurus. Et quod ſe facturum prædixit, fecit vrbe capta. Tanta erat fiducia victoriæ. *idem.*

*Sylla*, Cum ad ſociale bellum magnis cum copiis miſſus eſſet circa Linternum, è vaſto terræ hiatu magnus ignis emicuit, cuius flamma ad cœlum perueniens conſtitit. Id vates interpretati ſunt, quod vir bonus, aſpectu eximius & admirandus principatum adeptus, præſentibus turbis ciuitatem liberaturus eſſet. Hoc audito Sylla; Ille, inquit, ego ſum. Nam illi erat peculiare, comam habere auream ignisque concolorem: nec ſe ait ſuæ virtutis pudere, qui res tam multas tamq; præclaras geſſiſſet. *Plutarch. in Sylla.*

*Idem*, Cum Athenienſes ad eum duos tresue miſiſſent de pace acturos, atque illi nihil adferrent, quod ad incolumitatem ciuitatis faceret, ſed Theſeum, Eumolpum, & res aduerſus Medos geſtas verbis inanibus iactarent: Abite, inquit, ô beati, iſtasque orationes vobiſcum referte: non enim diſcendi cupidus huc miſſus ſum à populo Romano, ſed vt rebelles ſubuertam. *idem.*

*M. Craſſus & Parth. legati.* Cum Parthi denuntiaſſent Craſſo per legatos, vt ſuæ ætati conſulens, à bello abſtineret, iam ſexagenarius, reſpondit: In Seleucia iſtis mandatis reſponſum dabimus. Hic Agidis legatorum vnus, ſublata manu mediam palmam oſtendens:
Prius, inquit, in hac manu naſcentur ſetæ, quam [illegible]
conſpiciendi ſit futura poteſtas. *Plutarch. in Craſſo.*

*Iulius Cæſar*, Quum Romæ maximi pontificis [illegible]
biret, competitore Q. Catulo, primæ apud Romanos [illegible]
potentiæ, viro, matri ipſum ad fores deducenti: Hodie
mater, aut pontificem maximum habebis filium, [illegible]
celſa indoles, omnisque repulſæ impatiens. *Plutar. in [illegible]*
*thegm.*

*Pompeius*, Quibuſdam ſe videre negantibus, [illegible]
Cæſaris impetum ſuſtinere, hilari vultu vetuit illos [illegible]
ſollicitos. Nam ſimulac, inquit, ſolum Italiæ pede p[illegible]
lient affatim equeſtres pedeſtresque copiæ. Præſens [illegible]
mus, ſi fortuna reſpondiſſet. *Plut. in apoph.*

*Anonymus.* Maximinus quum nimium fideret corpo[illegible]
quidam in theatro ipſo præſente Græcos verſus recita[illegible]
hæc eſt ſententia:

*Elephas grandis eſt, & occiditur.*
*Leo fortis eſt, & occiditur.*
*Tigris fortis eſt, & occiditur.*
*Caue multos, ſi ſingulos non times.*

Qui ab vno non poteſt occidi, à multis occiditur. [illegible]

*Antigenidas*, Cum ſcite canens populo minus prob[illegible]
inquit, cano & muſis: admonens prorſus eſſe contem[illegible]
peritæ multitudinis iudicium, quum artis abunde [illegible]
mium ſit ipſa conſcientia. *Eraſ. lib.* 7. *apoph.*

*Anacharſis*, Cum ex patria Athenas ideo profectus [illegible]
Solonem philoſophiæ ſtudiis animum excoleret: re[illegible]
triam, leges Scytharum iuxta conſuetudines Græc[illegible]
voluit, ob quam cauſam à fratre in venatione occiſu[illegible]
cum iam moreretur, in hæc verba prorupit: Ego [illegible]
meam incolumis è Græcia dimiſſus ſum, & nunc p[illegible]
propria mea patria trucidor miſer. *Laertius lib.* 1. *ca[illegible]*

*Euripides.* Quum populus Athenienſis tumultu[illegible]
ſententia quadam in illius tragœdia, quæ tum age[illegible]
rem efflagitaret vt eum mulctaret, progreſſus in ſce[illegible]
populum doceret, non vt ab eo diſceret, fabulas ſe [illegible]
Eruditio ſibi conſcia contempſit multitudinis iudic[illegible]
6. *apoph.*

*Idem*, apud Alceſtidem tragœdiarum ſcriptore[illegible]
queſtus eſt, quod ſummo tridui labore adnixus, no[illegible]
tres verſus abſoluere. Contra Alceſtidi glorianti qu[illegible]
le centum abſoluiſſet vno die: At tui, inquit, ad [illegible]
mei in omne æuum duraturi ſunt. *Eraſmus libr[illegible]*
*gmat.*

*Dionyſius*, Cum obiurgaret filium, quod ciuis [illegible]
cuſani vxorem ſtupraſſet, cum hoc tam indignum f[illegible]
te ſuo nunquam vel vidiſſet, vel audiuiſſet etiam ab [illegible]
filius: Verum eſt pater, hoc abs te nunquam audi[illegible]
dit, quod nunquam patrem regem habuiſti. Ad qu[illegible]
tu quidem, mi fili, niſi hæc facere deſinas, vnquam [illegible]
Regem. Quod mox contigit. Nam cum Dionyſio [illegible]
ſucceſſiſſet, haud multo poſt ob indigna facinora [illegible]
eſt. *Fulgoſ. lib.* 7. *cap.* 2.

*Antonius Imperator.* Cum pecuniam multam [illegible]
partim etiam à ſenatoribus minis atq; vi extorta[illegible]
iurgatus à matre, quæ aliquam pecuniæ partem [illegible]
conferre conabatur: Deſine, inquit, ſolicita eſſe [illegible]
ſtendens gladium nudatum: Quamdiu hunc habe[illegible]
erit nobis. Fretus enim ſua potentia, nihil in toto [illegible]
ipſi perſuadebat, quod armata manu rapere non poſ[illegible]
*cæus & Xiphilinus in Antonio.*

*Idem*, quum propter nefaria quædam facinora [illegible]
temni animaduerteret: Certo, inquit, ſcio vos [illegible]
minime contentos fore: propterea in armis ſum, [illegible]
me milites, vt poſſim rumores, qui ſparguntur de me [illegible]
*Dion. & Xiphilinus.*

*Socrates.* Quum iudices inter ſe diſcreparent, qu[illegible]
eſſet Socrates: Ego, inquit, ob ea, quæ feci dignum [illegible]
ex publico alar in Prytaneo. Nam hoc honoris habe[illegible]
præclarè de Repub. fuiſſent meriti. *Cic. lib.* 1. *de Orat.*

*Epaminondas.* Quum Lacedæmone reuerſus, cum [illegible]
tonibus capitis poſtularetur, eo quod præter legem [illegible]
fecturæ menſes 4. addidiſſet, iuſſit vt duces in ipſum [illegible]
men, tanquam vi compulſi. Ipſe autem pro ſe di[illegible]
ſermones factis meliores. Sentiēs ipſas res geſtas [illegible]
bere. Quod ſi, inquit, omnino aliquid dicendum eſt [illegible]
peto vt cum me occiderint, columnæ damnationi [illegible]
quo Græci videant, quod Epaminondas Thebanos [illegible]
rit, Laconicā, quæ per 500 annos capi non poterat [illegible]
coluerat annis 230. igne ferroque populari: tum [illegible]
conciliare resq; illorum componere: denique Græ[illegible]
ſtituere: Hæc enim omnia ſub ipſo geſta erant. H[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...lites, & calculos de illo ferre non potuerunt. *Plutar. in* ...

...tar. Scipioni Senatus decreuerat, vt pecunias ſumeret ... quum quæſtores ærarii negarent ſe eo die aperturos, i... Scipio) aperiam, quando mea cauſa clauditur, qui tanta ... repleuerim ærarium. Vacua non clauduntur, ideo ... locum dicebat, ſibi hoc laboris ſuſcipiendum, vt aperi... ſſet in cauſa vt tam diligenter clauderetur, vt quæſtores ... quærerent ad recludendum. Exemplum ingentis fidu... quæſitæ. *Plut. in apoph.*

... à Petilio & Quinto tribuno plebis multis nomini... apud populum Romanum, nihil ad crimina re... hoc dixit. Hac die Quirites Hannibalem & Cartha... proinde aſcendo in Capitolium Ioui Opt. Maxim. ſa... Si quis de me ſuffragium ferre velit, ferat. Hæc loquu... batad Capitolium, relictis accuſatoribus, nondum per... Tantum valet egregiorum in Rempubl. meritorum fi... repente iudicii vigor verſus ſit in orationem, & reus pro ... egerit triumphantem. *Plut. in apoph. & Plin. Iunior de vi-* ...

# Filius. Filia.

## ❡ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

... Græce υἱὸς, ἑος, ὁ, vel υἱός, οῦ, ὁ, & υἱότης, ητος, ἡ, filiatio dici... Appellationeque filiorum, vt Iuriſconſulti ſentiunt, etiam ... continentur, ſed non econtrario. Filium ἀπὸ τοῦ φίλου, hoc ... amore dictum volunt, quod omnium conſtantiſſimus amor ... in filios. Filius, Hebr. *Ben*, qui ædificatus, ſeu exſtru... cohabitatione viri & mulieris. *Banah*, verbum, id eſt, ædi... Hinc Græce πονέω, πονῶ, πονέομαι, Laboro, exerceor ... dis ædificiis.

## ❡ LOCI BIBLICI.

... non proſtituenda, *Leu.* 19. 29. Filia pronepte, *Exod.* 2. 11. *vt* ... *Est.* 3. 1. Filiarum appellatione tota proſteritas includitur, ... Filiæ nomen etiam vrbibus tribuitur, *Matth.* 21. 5. *cuius rei* ... *plura extant in Threnis.* Filiæ Ieruſalem, pro mulieres Ie... *Luc.* 23. *v.* 28.

... Filius pro nepote, 2. *Sam.* 19. 24. *Prou.* 13. 22, & 17, 6, *Ier.* 27, ... pro poſteris ex aliqua familia oriundis, *Matt.* 22. 24. ... pullo aſini attributum legitur, 21, 5, Filius Sapiens extra ... eſt. *Prou.* 28, 29, Filii pro parentibus non puniendi, *Deut.* ... *Reg.* 16, 6, *Ier.* 31, 29, *Ezech.* 8, *v.* 3, 20, Filii erudiendi, & corri... *Prou.* 13, 24, & 19, 18, & 29, 15, 17, *Hebr.* 12, 8, 9.

... Belial, pro hominibus nequam, 1, *Reg.* 22, 10, Filii Carnis, pro ... modo procreatis, *Rom.* 9, 8, ſeu quorum non alia ratione ... Abraham, quam ea ipſa, qua ſolent, conſuetudo naturæ or... homines ex hominibus gigni, qui alias filii ſecundum carnem ... *Gal.* 4. 23. 29. Filii contumaciæ Hebræis dicuntur, *Eph.* 2. 2. ... contumaciæ dediti.

... Dei pro piis ex Sethi poſteris oriundis, *Gen.* 6. 2. Sicut filiæ ... pro impiis filiabus ex Caini familia, *verſ.* 2. pro piis Deo ... & Chriſti cohæredibus, *Matth.* 5. 9. 45. *Ioan.* 1. 12, *Rom.* 8, 7, 1, *Io.* ... explicat Paulus, *Rom.* 8, 16, 17, Filii Dei dicuntur etiam Angeli, ... *Pſal.* 89, 7. Item Principes, *Pſal.* 82, 6,

... rebelles parentibus: quomodo tractandi, *Deut.* 21. 18. 19. 20. 21. ... regni pro omnibus in genere indigenis, & regni incolis, *Matth.* ... pro iis qui ſunt in regno, id eſt, in Eccleſia, vt etiam ſint ex Eccle... Filii reſurrectionis, pro reſurrectionis particibus, *Luc.* 20, 36. ... roboris pro ſtrenuis, 2. *Sam.* 13. 28. & 17. 10. 1. *Reg.* 15. 1. Filii ſeculi ... pro hominibus præſenti vitæ addictis, *Luc.* 16. 8. quos Paulus ... vocat, hoc eſt, animales, & σαρκικοὺς, hoc eſt carnales, 1. *Cor.* ... Alias tamen interdum filii ſeculi huius dicuntur, quicunq; ad... viuis ſunt, ſiue boni ſint ſiue mali, *Luc.* 20. 34. Filii ſtulti pa... militia afficiunt, *Prou.* 17. *v.* 25. & 19. *v.* 13. Filii ſubductionis di... qui quodam impetu in partem aliquam feruntur, *Hebr.* 10. ... Hebraiſmus. Eo enim loco ſubintelligi videtur filiorum nomen. ... thalami dicuntur, *Matth.* 9. 15. qui cum ſponſo verſantur, & ... ſponſus in ſuum vſque thalamum admittit.

... Filii boni laudantur, *Prou.* 10. 1. & 13. 1. & 13. 20. & 23. 24. Filiorum ... parentes officium, *Gen.* 9. 23. & 22. 27. & 27. 1. & 28. 7. & 37. 14. 15. ... 20. 12. & 21. 17. *Leu.* 19. 3. 32. & 20. 9. *Deut.* 5. 16. & 21. 15. 18. & 27. ... 4. 1. 1. *Sam.* 2. 11. 18. & 3. 1. 7. & 8. 1. & 18. 15. 1. *Reg.* 2. 10. 2. *Reg.* 2. 23. ... & 22. 1. 2. *Paral.* 34. 2. *Eccl.* 3, 1. 8. & 6. 18. & 7. 29. & 8. 7. 11 & 22. ... 23. 18. & 25. 10. & 32. 24. *Tob.* 4. 1. & 14. 5. *Iob.* 1. 4. & 8. 4. & 32. *v.* 4. ... *Prou.* 1. 8. & 4. 1. & 6. 20. & 10. 1. & 13. 1. & 15. 20. & 19. 26. & 20. 11. 20. ... 22. 15. & 23. 19. 25. & 28. 24. & 30. 17. *Ier.* 35. 16. *Ezech.* 22. 7. *Matth.* 4. ... & 10. 25. & 15. 4. & 19. 19. *Marc.* 10. 19. *Luc.* 2. 48. & 18. 20. *Act.* 7. 14. ... 22. 3. *Epheſ.* 6. 2. *Coloſſ.* 3. 20. 1. *Tim.* 5. 1 1. *Pet.* 5. 5. Filii boni ex malis ... parentibus orti: Ezechias Achazi filius, 2. *Paral.* 28. 27. Ioſias Am... monis filius, 33. 25. & 34. 2. Filii mali ex bonis parentibus orti: Cain Adæ filius, *Gen.* 4. 1. Cham filius Noe, 9. 22. Iſmael Abrahæ filius, 21. 20. 21. Eſau Iſaaci filius, 25. *v.* 25. Filii Heli Sacerdotis, 1. *Sam.* 2. 12. 25. Filii Samuelis. 8. 3. Amnon filius Dauidis, 2. *Sam.* 13. 1. 2. Abſalom filius Dauidis, 15. 12. Roboam Salomonis filius, 1. *Reg.* 11. 43. qui conſilium iuuenum ſecutus, ſuper duas tantum tribus regnat, 2. *Paral.* 10. 6. *Vide Eccl.* 47. 36. 37. 38. 39. Ioram filius Ioſaphat, 2. *Paral.* 21. 4. Manaſſes Ezechiæ filius, 33. 2. Filii inobedientis pœna, *Deut.* 21. 18. *Prou.* 20. 20. Filii caſtigandi, *Prou.* 13. 24. & 19. 18. & 22. 15. & 23. 13 15. 29. *Eccl.* 30. 1. & c. docendi myſterium Paſchæ, *Exod.* 12. 27. & 13. 8. nempe, nos eſſe liberatos ex captiuitate Ægyptiaca, hoc eſt, diabolica, *Deut.* 4. 9. & 6. 20. Quare primogenita Deo offerenda, *Exod.* 13. 12. 14. Filios conſecrant idolis per ignem Iſraelitæ, 2. *Reg.* 17. 17. in filios Dei adoptati ſumus per CHRISTVM, *Eph.* 1. 5. Aliæ quam plurimæ occurrunt in Bibliorum S. codice harum vocum (filiæ, filiarum, filii, filiorum) acceptiones, quæ in Concordantiis magnis ante aliquot annos editis explicantur & ordine ſuo proponuntur.

## ❡ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Filii tibi ſunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorum. Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum, & non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini ſenſato da illam, *Eccl.* 7.

Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato. Filia autem fatua in deminoratione fiet, 22.

Filia prudens hæreditas viro ſuo, at viuens turpiter mœſtitiam affert genitori. Imprudens patrem & virum afficit ignominia. *ibid.*

A filiis tuis caue, & à domeſticis tuis attende. 32.

Lacta filium, & pauentem te faciet: lude cum eo, & contriſtabit te. Non corrideas illi, ne condoleas, & in nouiſſimo obſtupeſcent dentes tui. 30.

Non des filio poteſtatem in iuuentute, & ne deſpicias cogitatus illius. *ibid.*

Filio & mulieri, fratri & amico, non des poteſtatem ſuper te in vita tua 33.

Melius eſt, vt filii te rogent, quam te reſpicere in manus filiorum tuorum. *ibid.*

Ne dederis alii poſſeſſionem tuam, ne forte pœniteat te, & depreceris pro illis. *ibid.*

Filia patris abſcondita eſt, vigilia & ſolicitudo eius aufert ſomnũ: ne forte in adoleſcentia ſua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat: ne quando polluatur à virginitate ſua, & in paternis ſuis grauida inueniatur, ne forte cum viro commorata transgrediatur, aut certe ſterilis efficiatur. 42.

Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, ne quando faciet te in opprobrium venire inimicis, à detrectatione in ciuitate, & abiectione plebis, & confundat te in multitudine populi. *ibid.*

Iuuenes ſimiliter hortare, vt ſobrii ſint. *Tit.* 2.

Filius ſapiens lætificat patrem, filius vero ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ, & deſpicit eam. *Prou.* 10. & 15.

Exultat gaudio pater iuſti, qui ſapientem genuit, lætabitur in eo. Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet, qui genuit te. 23. *v.* 24.

Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui habiturus hæredem poſt me, quem ignoro vtrum ſapiens an ſtultus futurus ſit, & dominabitur in laboribus meis, quibus deſudaui, & ſolicitus fui. *Eccl.* 2.

Ex iniquis omnes filii, qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ, aduerſus parentes interrogatione ſua. *Sap,* 4.

In filiis ſuis agnoſcitur vir. *Eccl.* 11.

In filia non auertente ſe firma cuſtodiam, ne inuenta occaſione abutatur: Ab omni irreuerentia oculorum eius caue, & ne mireris, ſi te neglexerit, 26.

*Pro illis corrigendis.*

Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempſerit, apprehendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicii, dicentque ad eos: Filius noſter proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vacat, & luxuriis atque conuiuiis: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatur malum de medio veſtri, & vniuerſus populus audiens pertimeſcat. *Deut.* 21.

## ❡ POETICÆ SENTENTIÆ.

Eurip. in Menalippo.

Ἴστω δ' ἄφρων ὤν, ὅστις ἄτεκνος ὢν τὸ πρίν,
Παῖδας θυραίους εἰς δόμους ἐκτήσατο,
Τὴν μοῖραν εἰς τὸ μὴ χρεὼν παραστρέφων.
Ὧι γὰρ θεοὶ διδῶσι μὴ φῦναι τέκνα,
Οὐ χρὴ ἐγκαλεῖσθαι πρὸς τὸ θεῖον, ἀλλ' ἐᾶν.
Αὑτός γὰρ οὐδεὶς οἶδε πῶς ἐγένετο.
*Hic ſe ſtultum fateatur, qui cum antea liberis careret.*
*Externam prolem ædibus ſuis accerſiuit.*
*Fatuum peruertens contra quam oportebat:*
*Nam cui liberos procreare Dij non conceſſerunt,*
*Id pati debet non incuſare numen,*
*Nullus enim per ſe nouit, quomodo natus ſit,*

Marullus Poeta.

*Scilicet eſt olim vis rerum in ſemine certa,*
*Et referunt animos ſingula quæq; patrum.*
*Ne leporem canis amathius timidamve columbam*
*Notus Hyperboreo falco ſub axe creat.*

Apud Homer. de Hippothoo, Iliad. ρ.

Οὐδὲ τοκεῦσι θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε.
*Neq; nutricandi gratis parentibus ille*
*Reddidit officia, ſed ei breue contigit æuum.*

Eurip. in Oenomao.

Ἀμηχανῶ δ᾽ ἔγωγε, κοὐκ ἔχω μαθεῖν,
Εἴτ᾽ οὖν ἄμεινόν ἐστι γίγνεσθαι τέκνα
Θνητοῖσιν, εἴτ᾽ ἄπαιδα καρποῦσθαι βίον.
Ὁρῶ γὰρ οἷς μὲν οὐκ ἔφυσαν, ἀθλίους·
Ὅσοισι δ᾽ εἰσίν, οὐδὲν εὐτυχεστέρους·
Καὶ γὰρ κακοὶ γεγῶτες ἐχθίστη νόσος
Κἂν αὖ γένωνται σώφρονες, κακὸν μέγα,
Λυποῦσι τὸν φύσαντα, μὴ πάθωσί τι.
*Dubius equidem ſum, neq; diiudicare poſſum,*
*Vtrum melius ſit progigni liberos*
*Mortalibus, aut ſterili vita frui.*
*Iſtos enim, quibus liberi nulli ſunt, miſeros eſſe video.*
*Et contra illos, qui prolem genuerunt, nihilo feliciores,*
*Nam ſi mali fuerint, extrema calamitas eſt:*
*Rurſus ſi probi euadant, magnum pariunt malum:*
*Affligunt enim genitorem dum, ne quid patiantur, metuit.*

Idem in Andromache.

Ψυχὴ τέκν᾽ ὅστις δ᾽ αὔτ᾽ ἄπειρος ὢν λέγει,
Ἧσσον μὲν ἀλγεῖ, δυστυχῶν δ᾽ εὐδαιμονεῖ.
*Si quis imperitus liberos ſolatium appellauerit,*
*Ille minus quidem ſentit doloris, ac in medio infortunio fortunate viuit.*

Menander in Epicteto.

Ἢ μόνον δεῖ ζῆν, ἢ παίδων γενομένων
Πατέρ᾽ ἀποθανεῖν. οὕτω τὸ μετὰ ταῦτ᾽ ἐστὶ τοῦ βίου πικρόν.
*Aut oportet viuere ſolum ac cælibem, aut natis iam liberis*
*Mori parentem. Adeo omnis deinceps vita acerba eſt.*

Sophocles in Electra.

Δεινὸν τὸ τίκτειν ἐστίν, οὐδὲ γὰρ κακῶς
Πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προσγίγνεται.
*Magna vis eſt procreationis: nam neq; ſi mala*
*Patiatur aliquis, prolem à ſe genitam odiſſe poteſt.*

Menander Comicus.

Οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων ἣν λύπη,
Φόβος, φροντίς, πέρας οὐδὲν ἐστι.
*Patrem eſſe plurimum habet moleſtia,*
*Metusq; & curas infinitas.*

Sophocles in Aiace.

Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος.
*Nihil ſapere, iucundiſſima vita eſt.*

Incertus author.

Φροντίδες οἱ παῖδες, μέγα μὲν κακὸν εἴ τι πάθοιεν,
Εἰσὶ δὲ καὶ ζῶντες φροντίδες οὐκ ὀλίγαι.
Ἡ γαμετὴ χρηστὴ μὲν ἔχει τινὰ τέρψιν ἐς αὐτήν,
Ἡ δὲ κακὴ πικρὸν τὸν βίον ἀνδρὶ φέρει.
*Curas pariunt liberi, magnum malum ſi quid humanitus eis accidat.*
*Viuentes etiam non modicæ curæ cauſæ ſunt.*
*Vxor bona quidem aliquid in ſe habet iucundi:*
*Mala vero acerbam facit marito vitam.*

Menander.

Εὐδαιμονία τοῦ πατρὸς, υἱὸς νοῦν ἔχων,
*Lætitia patris filius ſapiens.*

Pythagoras in aureis carminibus.

Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ᾽ ἄγχιστ᾽ ἐκγεγαῶτας.
*Ipſe parentes atq; tuos venerare propinquos.*

Agatho.

Ὡς ἡδὺ τῶν φυσάντων, πείθεσθαι τέκνα.
*Quam dulce genitoribus, filios obtemperantes habere.*

Virg. 2. Georg.

*Tu quos ad ſtudium, atq; vſum formabis agreſtem,*
*Iam vitulos hortare, viamq; inſiſte domandi,*
*Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas,*
*Ac primum laxos tenui de vimine circlos*
*Ceruici ſubnecte, dehinc, vbi libera colla*
*Seruitio aſſuerint ipſis è torquibus aptos*
*Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos.*

Claud. 3. Hon.

*Mox vbi firmaſti recto veſtigia greſſu.*
*Non tibi deſideas molles, nec marcida luxu*
*Otia, nec ſomnos genitor permiſit inertes:*
*Sed noua per duros inſtruxit membra, labores.*
*Et cruda teneras exacuit indole vires.*
*Frigora ſæua pati, grauibus non cedere nimbis,*
*Æſtiuum tolerare iubar, tranſnare ſonoras*
*Torrentum furias, adſcenſu vincere montes,*
*Planitiem curſu, valles & concaua ſaltu:*
*Nec non in clypeo vigiles perducere noctes,*
*In galea portare niues, nunc ſpicula cornu*
*Tendere, nunc glandes Baleari ſpargere funda,*
*Quoq; magis nimium pugnæ inflammaret amorem*
*Facta tui numerabat aui, &c.*
*Hos tibi virtutum ſtimulos, hæc ſemina laudum*
*Hæc exempla dabat; non ocyus hauſit Achilles*
*Semiferi præcepta ſenis, ſeu cuſpidis artes,*
*Siue lyræ cantus, medicas ſeu diſceret herbas.*

Hor. 3. Carm. 6.

*Ætas parentum peior auis, tulit*
*Nos nequiores, mox daturos,*
*Progeniem vitioſiorem.*

Ter. Adelph.

*Sic fiet modo, vt nunc eſt quaſo,*
*Vt quiſq; filium ſuum vult eſſe, ita eſt.*

Hor. 4. Carm. 4.

*Fortes creantur fortibus & bonis:*
*Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum*
*Virtus, nec imbecillem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam.*

Sen. Hipp.

*Redit ad autores genus,*
*Stirpemq; primum degener ſanguis refert.*

Plaut. in Epid.

*Docte & ſapienter*
*Dicis, non nimis poteſt pudicitiam quiſquam ſuam filia.*

## ¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTI[Æ]

De filio contumace. DIAL. XLIV.

*Franciſci Petrarchæ.*

DOL.

Habeo filium contumacem. R. Æquum eſt, vt qui p
non poteras, filium feras, vtique ſarcinam grauiorem
mum premit, pungitque acrius ſuperbi filii verbum
renter prolatum, quam ſeueri patris quæcunque dur
iniuriam facit, hic iure ſuo vtitur. D. Filium habeo re
Impudenter de minorum rebellione conqueritur, qu
iuſta contempſerit imperia. D. Filius contumax eſt m
dem fortaſſis intelligis, quid tuus ille tam durus pater
D. Filium patior inſolentem. R. Si ætatis eſt vitium,
tranſibit. Multorum ferox adoleſcentia progreſſu tem
tutem mirificis prouectibus flexa eſt, D. Rebellem fili
Non ſolus. Et Dauid & Mithridates Ponti Rex & Sen
tor Romanus rebellantes filios habuere, & multis poſ
tannici pacem regni (vt fama loquitur) turbauit Re
tis in patrem concitata rebellio, ſed quiſque ſua deſſe
nullus aliena vel publica. D. Impius ac rebellis eſt fili
tibi portio paternæ moleſtiæ dempta eſt mortem fili
beo ignauum, & inertem filium. R. Neſcis vt African
gnus diſſimilimum filium ſibi longeque degenerem
Et profecto maior non dicam amor, ſed miſeratio de
minus adiuuat natura. Nullius rei eget, qui virtutum
rum indigentia vere miſeros, ac proinde miſericordia
facit, tu in filio & ſi non virtutem, ama quod filius
at quod homo eſt. Poſtremo ſi nihil eſt quod ames,
prium patris, vt ſeueritas, ſic miſericordia eſt. D. Perd
tæ. R. Pondus infauſtum, eoque grauius, quod dum ſem
que abiici, perfer, & qua datur corrige. Sic enim aut fi
ris, aut certe patrem egeris, hoc tibi debitum, illud op
pius, inhumanus, intractabilis eſt filius. R. Siquidem
voluptas in perfidiam ac ſcelus eruperint, venenoſum
gendum eſt domo, neque vbi, ſed quid natum æſtima
ſiluis ortas auiculas paſcitis, & domi natos ſcorpiones
Impius filius eſt mihi. R. Periculoſa ſeponere antequa
Sapientis eſt. Non te pietatis vmbra decipiat. Nulla impi
pietas. Eſt vbi ſit crudelitatis ſpecies pium eſſe, ſed dum
minimum ſpei eſt, ſemper ad miſericordiam inclina, mem
patrem eſſe non iudicem, neque hic tibi Terentianum illud
pro peccato magno paululum ſupplicii ſatis eſt patri.

*De ortu filiorum.* DIAL. LXX.

GAV.

Nati mihi ſunt filii. R. Geminatum malum, ponde
meſticum. G. Filii mihi ſunt nati. R. Laborioſa proles, lib
mica, laborioſiſſima demum proles. G. Nati filii. R. D

…, & fel melle circumlitum. G. Nata mihi eſt dulcis ſoboles. … Fontem tibi grauium curarum dominatum credito. Nunc … metu, atque angoribus vitam ages. G. Filios genui. R. Nec … nec ſperare, nec vota facere noueras. En diſces tuo periculo, … parentes orbos miſerari, diſces & in breui vita longas curas … que longiora negotia ordiri, diſces his qui nihil ad te pertinent … torqueri, quæ viſurus nunquam ſis diſponere. Ad poſtremum … plus alium quam te, diſces ardentiſſime diligere, tepi… diligi duras artes. G. Filios habeo. R. Nunc primum intelli… incipis, quid ipſe debeas parentibus tuis. G. Filios procreaui. … arborem inexhauſto percolendam ſtudio, quæ te dum … exerceas, cuius nullos forſitan aut ſeros, & fortaſſe poſt obi… fructus legas. G. Filii mihi ſunt. R. Si boni iugis timor, ſin ma… æternus dolor, interim ſolamen ambiguum, certa cura. G. Habeo filios. R. Habes vnde viuus doleas, mortuus agnoſcaris. Habes & vnde ſæpius mori poſſis. G. Pater filiorum ſum bonorum. R. Quanto meliores filii, tanto periculoſior conditio tua eſt. Ne… quam dolendi materiam gignendo quæſieris, quos lachrymis … in domum tuam pateſeceris, quantum in te ius morti, mi… que præbueris. O matres miſeræ! *Ait Horatius*. O Patres … ! Dico ego. G. Optimorum pater filiorum ſum. R. Optan… mors tibi integro eſt, ne forte viuus eſſe deſinas quod delectat, … aliquando cum Neſtore à ſociis quæras, cur tam diu vixeris. G. … lætusque ſum ſobole. R. Felicitas anxia, ſollicitum gaudium & ſæpe mœſtum, felicitas miſera. Poſſem multos illuſtrium proferre, quorum felicitati nihil magis obſtitit, quam quod filios habuerunt.

*De filio infante feſtiuo.* DIAL. LXXI.

GAV.

Infans filius feſtiuus eſt mihi. R. Modo ne iſta feſtiuitas in dolorem deſinat, & quo tibi præſens lætior infans tuus fuerit, eo mœ… ſit digreſſus. G. Infans eſt mihi bonæ ſpei. R. Quid ſi ſit nullius rei? Caduca ante alias ætas, illa ſæpe in ipſo flore præciditur. … nil dulcius, ſic fere nil amarius. G. Infans eſt mihi blandiſſi… atque multiloquus. R. O, ne iſtæ blanditiæ vertantur in lachrymas. Res eſt dulciſſima (fateor) infantuli aſpectus & alloquium, vt … eſt apud Statium Papinium. *Syderei vultus & verba ligatis … rupta modis*, quæ dum audiuntur mulcent, dum audiri am… non poſſunt, cruciant, nec ſine ſenſu doloris ad memoriam … ntur, ſic humanis in rebus, ſed in nulla magis dulcedini op… ſemper amaritudo eſt. G. Delector filio infante iucundiſſi… R. Non prohibeo delectari, ne naturæ obſtem, ſed in omnibus … quæro, ſine quo nihil bene agitur. Volo te parcius gau… vt ſi dolendum fuerit, poſſis & parcius dolere, & moneo cogi… facile fieri poſſe vt arundineo baculo inſiſtas: vel in caducum parietem inclinaueris, quod ſæpe dixiſſe fertur Adrianus prin… ceps, cum Ælium verum puerum pulchrum ſed fragilem adoptaſ… & tecum canere poſſis Maroneum illud. *Oſtendunt terris tan… fata, neque vltra eſſe ſinent*. G. Gaudeo de infante meo. R. Sic … vt doliturus, ſiue ille vt dixi acerba morte defungitur, ſiue … eſt multo grauius, quodque ſæpiſſime accidit, è gratiſſimo in… fit ingratus, & inobediens adoleſcens. G. Multum gaudeo de … filio. R. Nemo tam ſtultus agricola eſt, qui de flore multum … fructus eſt expectandus, tunc gaudendum modice. Inter… tempeſtates, grandines, & vredines metuendæ ſunt, frænandum … metu gaudium.

*De amiſſo filio.* DIAL. XLVIII.

DOL.

Sed amiſi filium. R. Melius dic præmiſi, ſecuturus cito quidem, … fortaſſis hodie, & quid ſcimus, an hac ipſa hora? Nulla fides vitæ … quum tanta ſit fides morti, ſecuturus dixi, ſequens debui conti… ſequeris, nusquam in vita pedem figere permiſſum homini, … ſemper graduit ad mortem (mirum dictu) ſeu ille vinctus, ſeu … ſeu ſtans, ſeu ambulans, ſeu ſedens, ſeu ſanus, ſeu æger, ſeu … ſeu ſopitus, ad metam fertur, atque illorum more, qui ve… nauibus, vel quieſcens properat. D. Amiſſi filii deſiderio ex… R. Compeſce animum, quem cupis inuenies, nulla eſt mo… non poſſe pati deſiderium parui temporis puerile, ſeu fœmine… eſt. Viro enim nihil breue difficile. Noſti credo quibus verbis … huiusmodi apud Platonem Socrates, apud Ciceronem … & Lælius conſulentur. Virtute quamuis & gloria ſupremi vi… ſpe tamen longe impares. Noſti præterea quid animi Æmi… Paulus, quid Cato ipſe, quid Pericles, quid Xenophon ille So… condiſcipulus Platonis atque æmulus, quid innumerabiles … torum in mortibus habuere, nec te præterit vt Propheta i… & Rex filium quem languentem fleuerat, non fleuit extin… cogitans, quod irrecuperabilia lugere ſuperuacuæ dementiæ … quam pietatis eſt. Quibus ſe virilibus exemplis interſerit Spartana illa mulier apud ſcriptores quidem innominata, ſed non pariter illaudata, quæ audito quod filius in prælio occidiſſet, ideo ait, illum genui vt eſſet qui mori pro patria non timeret. Par Liuiæ virtus, maiorisque Corneliæ, ſed clariora ſunt nomina, quarum prior ingentis nati, & ad ſummum ſpectantis imperium, vt terræ traditus fuit: luctum mox depoſuit, nunquam vero memoriam intermiſit, altera filiis multis immo omnibus amiſſis, quorum aliquos à populo interfectos, inhumatosque conſpexerat, commiſerantibus & illius ſortem fœmineo more deplorantibus, miſeramque vocantibus, non ſe miſeram, ſed felicem eſſe reſpondit, quæ tales filios genuiſſet. Inſignis mulier, nec præſenti miſera, nec præterito etiam infelix, quæ contra publicam opinionem, & conſuetudinem miſerorum ſe felicitate præterita & læti temporis memoria ſolaretur, grata quod habuiſſet, quod amiſiſſet æquanimis, ob hoc vnum digna vti proſperiore ſucceſſu. Et illa quidem mulier tota grauibus fortunæ vulneribus inconcuſſa permanſit. Tu vir vnico deiectus luges. D. Amiſi filium. R. Amiſiſti ſimul & metus multos infinitamque materiam ſolicitudinum & curarum, quibus vt careres, vel tibi, vel filio moriendum fuit. Securum patrem ſola mors facit. D. Filium amiſi. R. Si pium nil eſt quod illi metuas, in tuto eſt. At ſi impium tuorum numeratorem annorum, tuæ ſtimulum ſenectutis exruliſti. D. Filium perdidi. R. Si virtute præditum, gaude quod habueris. At ſi vitio perditum, gaude ſaltem quod amiſeris, vtrobique naturæ beneficium agnoſce, ſeu quod talem dedit, ſeu quod talem abſtulit. D. Ante tempus filium mihi mors rapuit. R. Non fit ante tempus, quod in omni tempore fieri poteſt. In omnem ætatem multi ſunt aditus morti, in adoleſcentia infiniti. D. Sine filio remanſi. R. Et ſine angoribus, & ſine pauoribus. Iam non erit cui noctes inſomnes, cui ſolicitos dies agas, cui ſpes longas, atque inextricabiles ordiare, qui canos tuos, rugasque conſideret, hæreditatem æſtimet, ſumptus arguat, moram mortis incuſet. Vndique tibi ſecuritas, & quies, geminum bonum ingens, titulo licet mortis aſperius. D. Acerba filii morte deiectus ſum. R. An non Anaxagoram audieras? An oblitus eras te genuiſſe mortalem? An id potius forſan luges, quod qui ſequi debuerat anteceſſit? Equidem cum in multis inordinata hominum vita ſit, nullum penitus mors habet, & ſenes decrepiti cunctantur, & feſtinant iuuenes, & præcipitant pueri, & infantes primo vitæ de limine retrahuntur. Hic tardius licet, ille ocyus, hic maturus, ille acerbus, nemo non moritur, hæc ſumma eſt, vbicunque vero hoc qualibet ætatis parte quis obierit, & ſi acerbus fuerat, morte maturuit. D. Extinctum fleo filium. R. Si fleturus eras morientem, & naſcentem fleſſes, tunc mori cœperat nunc deſiit. Noli autem tuam & illius ſortem optimam lugere, ille iter ambiguum à tergo habet, tu ſecurum ante oculos non amplius, aut charo oneri timens, vt Maro ait, aut alteri. D. Cum filio vitæ dulcedo omnis extincta eſt. R. Magnum fateor, ac dulce ſolatium patri filius bonus, ſed ſollicitum, ac graue. Et ſæpe dulciſſima offendunt, & chariſſima impediunt, & precioſiſſima rerum premunt. Et fortaſſis hic filius obſtabat altiora animo voluenti. Iam mœſtior licet ac liberior factus exſurge, bona de malis elicere ſapientis eſt. D. Mors me filii mœſtum fecit. R. At quod reſtat alacer exige, illi vixeras, viue iam tibi.

*De filij fortitudine.* DIAL. LXXIII.

GAV.

Eſt mihi filius vir fortis. R. Quanto ille eſt fortior, tanto tu timidior ſis oportet: In nullos enim homines plura pericula, quam in ſui contemptores, hoc eſt, viros fortes, congerit fortuna nec immerito. Cæteri enim ſe abdunt, euitantque impetum, illi ſe obiiciunt fulminanti. Recurre memoria præteritum tempus, fortiſſimos fere omnes violenta morte conſumptos inuenies. G. Fortitudo filii ingens eſt. R. Fortitudo pulcherrima virtus eſt, ſed comitata caſibus variis, paratas lachrymas, & inſtructum feretrum habeto, omnibus mors vicina, viris fortibus contigua eſt. G. Vir fortiſſimus eſt filius. R. Eſt qui patriæ libertatem forſitan, ſtragem hoſtibus, ſibi decus, tibi fletum aliquando, metum ſemper afferat. G. Natus mihi fortis ac magnanimus eſt. R. At quid aliud interfecto in filio Creon gemit, niſi magnanimum bellicæ laudis ardorem? Quid Euander in Pallante ſuo, niſi nouam gloriam armorum, prædulce decus primi certaminis? Quid alius Priamus Hectorem pauens monet, niſi ne Achillem ſolus expectet? Quidve aliud hunc ipſum mater anxia precatur, niſi vt fugiat bellicoſum virum? Quid denique vxor Hectorea poſt viri mortem fati ignara timere ſe dicit: niſi probitatem viri miſeram & feruore animi non ſe in acie continentem bellatorem, ſed cæteros præcurrentem, quod ipſum iam ante ab initio formidabat, vbi euntem ad bellum his verbis alloquitur, Domine, corrumpet te tua vis, neque miſereris filii pueri, & mei miſeræ matris, quæ cito vidua tui ero. Quod poſtremo Achillis genitrix pro nato timida dum diceret. *Iam Pelago terrisq; meus quæretur Achilles, Et volet ipſe ſequi*, dumque illum fruſtra tam feruentis belli motibus ereptum & imbecillem tranquilli ſenis in regiam inuectum virgineis latebris occultaret? Omnes hos quidem fletus & hos metus nihil aliud quam martia vis, & virtus animoſa pepererat. G.

Valde mihi magnanimus eſt filius. R. Magnus animus ſine magna potentia, ſtultitia magna eſt. Magnanimitas recta hominum eſt paucorum, quamuis & qui potentiſſimi videntur quam ſint fragiles multa etiam præter mortem, ſed præcipue mors declarat, vt breuiter vereque dici poſſit. Nihil imbecillius homine, nilque ſuperius. G. Filius eſt mihi magnanimus. R. Gaude. Ergo habebis magnorum conatuum plenam domum, ocii vacuam, & quietis. Et ſæpe optabis non tam magnanimum filium habuiſſe. Ac ſummam clara eſt fortitudo, magnanimitas ſpecioſa, vtraque vero laborioſa & turbida, tuta modeſtia & tranquilla.

### *De filia impudica.* DIAL. LXIII.

DOL.

Delicata nimis eſt filia. R. Duas ſe habere filias delicatas, ſed ferendas tamen Rempubl. ſcilicet & Iuliam dicere ſolitus fertur Auguſtus Cæſar, Iuliæque animum lætum quidem vsque ad ſpeciem procacitatis, ſed reatu liberum. In vtraque tamen ita ſentiens princeps ſapientiſſimus fallebatur. Nam & Reſpublica iam pridem ab illa ſua priſca virtute fornicari cœperat, & filia non tam delicata, quam probris ſolum patrem latentibus deformata erat, quæ tandem (ſero licet) erupere: ſecundum tamen hanc ſententiam delicata poteſt eſſe filia, ſed pudica. Quod vt permiſerim, negari illud certe non poteſt. Pronum & breue iter ad impudicitiam eſſe delicias. D. Filia laſciuire incipit. R. Occurre principiis, dura ferro, tenera digitis conuelluntur. Qui ſibi vel alteri habitum quærit; à teneris annis incipiat. Facile & tractantur mollia, & flectuntur. D. Laſciuire incipit filia. R. Lauras dapes, & veſtes illi molles, ac fulgidas, annulosque & armillas detrahe, & quicquid eſt aliud, quo & ipſa ſibi placeat, & placere aliis ſtudeat, obiice illi domeſticas curas, penſa, acus, & colos, & ſi quid eſt operis, quod ſuaues ac molles manus in callum duret. Seduc eam à ſpectaculis, è concurſu populi. Feſtis etiam diebus illam domi contine. Nullum vagis ac diſcolis cogitationibus tempus linque. Occupatio & labor, & incultior habitus, & victus aſperior, & ſeceſſus, inque vnum aliquid iugis intentio. Ad hæc teſtis charus, & verendus, frequens admonitio, dulces minæ, & ſi quando res exigat, aſperæ. Hæ ſunt caſtitatis aduerſus impudicitiam ſeræ ac vectes, qui & inſultantes ocioſo animo paſſiones arceant. & ingreſſas eiiciant. D. Filia impudica eſt. R. Eccleſiaſticum conſilium: Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire. Etſi autem nihil pene triſtius pati poſſis, modo tamen paterni officii nihil omiſeris, eſt vnde mœſtum te ſoleris. Tuus enim poteſt eſſe dolor ſed non pudor, nec crimen. Nam præcipitem in libidines animum frænare difficile eſt valde, & niſi Deus in manum adhibeat, impoſſibile homini. Tantus eſt enim impetus tamque effrenis, vt contra eum fruſtra ſæpenumero parentes, fruſtra & fratres, fruſtra etiam ipſe vir laboret, neq; id mirum cum ſit ſcriptum. Aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus dat. Neve hinc pudicitiæ excuſatio vlla ſit, dat hoc Deus pia fide poſcentibus, quodque in ſe eſt annitentibus ac ſcientibus cuius ſit hoc donum, riteque & ipſum æſtimantibus, & authorem. D. Filia adultera eſt. R. Si nupta, habes participem generum doloris. Habes & ipſum Cæſarem Auguſtum, & iniuriæ comitem, & vltionis exemplum.

### *De filiæ caſtitate.* DIAL. LXXIV.

GAV.

Caſta eſt mihi filia. R. Iucunditas magna, ſed ſollicita. Quantò enim caſtitas maior, tanto in eam vigilantior libido. Nihil tam ardenter inuaditur, quam quod caſtis excubiis, & fœmineo pudore vallatum eſt. Conceſſo calle corruptor it ſegnius, & permiſſa tepentius appetuntur, multum concupitæ rei difficilis ſolet eſſe cuſtodia. G. Inſignis natæ pudicitia eſt. R. Eſt vbi res optima rei peſſimæ materiam præbet. Magna Lucretiæ forma fuit, ſed nil æque ac ſpectata matronæ nobilis caſtitas veſanum iuuenem in adulterium violentum ſtimulis egit ardentibus. Sic bonorum donis abutitur nequitia reproborum. G. Caſtitas filiæ nota eſt. R. Opta vt perpetua ſit. apud Poetam legis, *Varium & mutabile ſemper fœmina.* Quod ſi Maro non diceret, nunquid minus ideo certum eſſet? Quot adoleſcentulas pudicas primum, poſt laſciuas anus vidimus? Et ita præſentibus vitiis cum præterita caſtitate certantes, vt pudice acti quaſi perditi temporis pœnituiſſe videtur, quo nullum fœdius illo in ſexu atque ætate ludibrium. G. Caſtiſſima mihi filia. R. Seipſam cognouerit, ſciueritque cuius eſt domini caſtitas, & illi gratias agens ad cuſtodiam boni ſui totum peruenerit, erit (fateor) vnde & ſecum Deo gratias agas, & gaudeas, magis quam ſi illam regiis nuptiis illuſtraſſes. Eſt tamen interim (mihi crede) quod timeas. Cum ſit enim in omnibus rara conſtantia, tum in fœminis nulla eſt.

*Τεκνοτροφίη σφαλερόν· τὴν μὲν γὰρ ἐπιτυχίην ἀγῶνος μεστὴν καὶ φροντίδος κέκτηται· τὴν δ' ἀποτυχίην, ἀνυπέρθετον ἑτέρην ὀδύνην*, id eſt, Periculoſa eſt educatio liberorum. Nam ſi res bene cedat, multum ſollicitudinis & curarum affert: ſi male, alios dolores neceſſ... *Democritus.*

Eſt profecto (vt videre videor) magnum virtutis ... claris ortum eſſe parentibus. Solent enim iuuenes, qui ... dolis habent, ne degenerare videantur, maiorum ... tem æmulari, & ad paternarum laudum aſpirare ... Philippi nomen Alexandrum: ſic maioris Africani gloria ... Scipionem: ſic Cæſaris Iulii fama Octauianum excitau... Pyrrhus Achilleides animoſus imagine patris. Te ... uice, quanquam Deo & natura ducente, tuisque ... diis, virtutem amas: non parum anteceſſorum ... re poſſunt imagines, quorum mores æquare vt ... le, ſic certe pulchrum & laudabile. *Baptiſta Manthu... ſcar.*

Quare, vt ſolidus, ſtabilis, & quietus conceptus ... corporibus ebrietate diffuſis dare operam liberis: qui ... refertus, tam animæ quam corporis rabie concitatus ... hit & trahitur. Idcirco ebrius, tanquam mente captus, ... eſt inutilis. *Plato ſexto Dialogo de legibus.*

*Οὐ δοκεῖ μοι χρῆναι παῖδας κτᾶσθαι· ἐνορῶ γὰρ ἐν παίδ... λοὺς μὲν καὶ μεγάλους κινδύνους, πολλὰς καὶ λύπας. ὀλίγα ... καὶ ταῦτα λεπτὰ καὶ ἀσθενέα.* Id eſt, Non probo liberorum ... tionem. Nam in ipſorum poſſeſſione multa magna ... ineſſe video, & moleſtias plurimas: Pauca vero iucunda ... & exilia. *Democritus.*

Palam eſt ignauos ſæpe filios claris ortos eſſe paren... Scipione legimus, Cicerone, Herode Attico. Cauſam ... problematibus adfert: Mentem viri præſtantis, magis ... ſus, carnisque remotam, ac quaſi ſuſpenſam, inope... ptis genituram præſtare. Contra vero claros ex ignauis ... bonos ſæpe genitos videmus, vt tot ſanctos viros ex ... nefariis. Plerunque tamen iuxta Græcum Prouerbium ... let, *κακοῦ κόρακος, κακὸν ᾠόν.* Plato felicem dicit fieri ... vtrisque bonis, malam vero ex vtrisque malis. Bonum ... ligit ex concordi diſcordi prouenientem, vt videlicet ... nia mitioribus copulentur, vehementiora remiſſioribus ... *Philologiæ, Titulo, Ex liberis bona malaq;.*

Hoc generi hominum prope natura datum, vt ... laus aliqua forte floruerit: hanc fere qui ſunt eius ſtirpis ... mo hominum ad memoriam patrum virtute celebre... me perſequuntur: Siquidem non modo in gloria rei ... lum Scipio, aut Maximum filius: Sed etiam in deuotione ... pſo genere mortis imitatus eſt Publium Deciam filius ... *oratione pro Caio Rabirio Poſthumo.*

Oportet ante omnia Diis non tam multa, quam ... pie ſacrificare. Deinde parentum alere ſenectutem, ... filiis vitam accommodare. Qui autem hæc neglexerit, ... ræ & iuſtitiæ leges aget. Vxoris igitur, & filiorum cura... dam, vt ab ipſis in ſenectute recipiamur. *Theophraſtus.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Ageſilaus.* Cum miro eſſet affectu erga liberos ſuos ... quando arundine pro equo conſcenſa, vna cum pueris ... Id ex amicis illius quodam vidente, rogauit, ne cui hoc ... tur diceret, priusquam ipſe quoque liberorum parens ... Feſtiue ſubindicans, eum luſum nequaquam leuitatis ... fuiſſe. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Crœſus.* Quum Cambyſes, ſe cum patre Cyro confer... illum patre præſtantiorem affirmantibus: Crœſus ... nondum patri æquandum, qui nondum reliquiſſet fili... & hoc eſſe non infimum erga rempublicam meritum ... ipſe te præſtiteris egregium virum, ſed aliquem tui ſimilem ... educesque patriæ. *Eraſ. l. 6. apoph.*

*Cæſar.* Quum Romæ videret peregrinos quoſdam ... num ac ſimiarum catulos in gremio circumferentes, ... re in deliciis, percontatus eſt: Nam apud illos fœminæ ... ros? Sentiens, nullos catulos eſſe iucundiores infantibus ... *vita Periclis, tametſi non indicat, cuius Cæſaris hoc ... ſpicor eſſe Auguſt.*

*Antoninus Pius*, biduo priusquam moreretur, ... aperuit ſententiam ſuam de filio, eandem quam Philippus ... xandro, dicens: Se æquo animo mori, cum filium relinqu... *pitolinus.*

*Thales* filios ſubinde admonebat, vt parentibus bene... his verbis: Quale præmium rependeris parentibus tuis, ... ris tuis expectato. *Laert. lib. 1.*

*Pittacus*, filium admonens, ne cum Patre in iudicio ... verbis vſus eſt, Si de patre iniquiora dixeris, damnaberis ... ra, vel ob iſtud damnari dignus es, *Stob. ſerm. 77.*

*Telecrus*, cuidam nuntianti, patrem de eo male loqui: ... quit, illi dicendum eſſet, haud quaquam diceret, ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

culpam, quam committere vt pater quicquam temere …retur. Habes & pietatis ſimul & modeſtiæ exemplum. …Lacon.

… Percontanti, quare mos eſſet apud Spartanos, vt iuuenes …ſenioribus: Vt, inquit, aſſueti honorem habere nulla pro… iunctis, magis honorent parentes. Optima ratio con…ndi ad debitum officium, ſi vltra quam debetur doceamur …ndum. Veluti ſi quis aſſueſcat cum vxore verecunde caſteque …, multo minus improbus erit apud alienos. *Plutarch. in* …

…*ultimum Regem Laconum* huius nominis, cum rogaſ… parentes, vt ſibi in re quapiam iniuſte adeſſet, recuſauit illis ali… Verum cum inſtarent, hunc in modum reſpondit: Donec … apud vos, nullam omnino tenebam iuſtitiæ ſcientiam. Ve… me patriæ tradidiſtis, patriæque legibus, conabor huic ma… obtemperare quam vobis. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Scythæ.* Dario totius regni viribus ſubinde impetum faciente …paulatim cedentes ad vltimas ſolitudines peruenerant. In… tandem ab eo, quem fugiendi finem eſſent facturi? Re…, ſe nec agros, nec villas nec vrbes, pro quibus dimica… haberet: Cæterum cum ad parentum ſuorum monumenta per… eſſet, tum denique ſciturum Darium, quomodo Scythæ ſo… præliari. *Eraſ. 6. apoph.*

*Alexander*, cum ſibi multa de matre ſcripſiſſet Antipater: Igno… Antipater matris vnicam lachrymam multarum calum… epiſtolas deleturam eſſe. *Plut.*

*Demetrius Phalereus* admonebat adoleſcentes, vt in ſolitudine … in via obuios, & domi parentes diligenter reuererentur. *Laert. lib. 5.*

*Epaminondas*, ex omnibus quæ præclare & honeſte geſſiſſet in … ſibi dicebat eſſe iucundiſſimum, quod vtroque parente vi… Leuctrica pugna viciſſet Lacedæmonios. Vir pius non tam ſi… gaudebat eſt eam ob tigiſſe gloriam, quam hanc voluptatem ex … contigiſſe his, quibus vitam ſuam acceptam ferebat. *Plutarch. in* … *apoph.*

*M. Cato.* Adoleſcens quidam patris vita defuncti inimicum mox … vocauit, vltusque eſt, quem Cato obuium comiter amplexus. … oportet, inquit, non agnis hœdisve, ſed è malorum lachrymis … damnationibus parentum exequias celebrare. *Eraſm. 5. capit. apoph.*

*Coriolanus*, cum merito iratus ingrato populo Romano, exitium … moliretur, nec à legatis, nec à ſacerdotibus exorari poſſet: Vetu… mater vna cum vxore filii ac liberis in caſtra venit. In cuius com… cum quum accurreret Coriolanus: Sine, inquit illa prius ſciam, … ad hoſtem an ad filium venerim, & vtrum captiua an mater … caſtris tuis ſim. Hæc aliaque quum dixiſſet, matrem complexus: … expugnaſti, inquit, & viciſti iram meam. Patria, te quamvis mihi … inuiſam, huius precibus dono. *Liuius.*

*Anton. Geta.* Quum Antonini Getæ pater Seuerus deſtinaſſet o… diuerſarum partium occidere, inter ſuos dicere ſolitus eſt: Ho… vobis eripio, adeo conſentiente Baſſiano, vt liberos etiam illorũ … decerneret necari, Geta puer interrogauit, quantus eſſet occidendo… numerus? Eum quum pater edidiſſet, rogauit, num iſti habe… parentes ac propinquos? quum reſponſum eſſet, Habere & qui… multos. Plures ergo, inquit, in ciuitate triſtes futuri ſunt, quam … quod vicimus. Valuiſſet cordatum pueri dictum, niſi quorun… crudelitas obſtitiſſet. *Ælius Spartianus.*

*Ariſtippus*, incuſante quodam, quod filium ſic abiiceret, neglige… quaſi ex ipſo natus non eſſet: An non, inquit, & pituitam & … è nobis natos, velut inutiles, procul à nobis abiicimus? … eos non habendos pro filiis, qui nihil haberent alioqui, quo … parentum affectui commendent, niſi quod ab ipſis progeniti … in ſenex in comœdia: Tantiſper te volo meum, dum id quod … dignum facis. *Laert. lib. 2.*

*Anonyma.* Lacæna quædam, filium qui profectus in militiam, in … loco fugerat, non tantum vt ignauum & inobedientem abdi…, ſed occidit penitus. De qua hoc extat. *apud Plut. in Lacæna…* apoph. *Epigramma*:

*Germen iners abeas ad tartara, teq; peroſus*
*Eurotas, ceruis nec det aquam timidis.*
*Ignauus Catulus, mala ſors, hinc vade ſub orcum,*
*I Sparta indignus, quem nec ego peperi.*

*Damatria.* Cum filium haberet, qui ſe in bello non ſtrenue … geſſiſſet, domum redeuntem non abdicauit tantum, ſed occidit …, dicens: Nequaquam conuenire, vt ex fortiſſimis parenti… natus filius, ignauus ſuperſtes eſſet. *Plutarchus in Lacænarum apoph.*

*Teleutia.* Quum Chii exules veniſſent Spartam, quam plurimi … nominibus incuſabant Pædaretum. Eos mater Teleutia ad … acceſſit, ex his vbi cognouiſſet, quæ filio obiicerent, videreturq; … in culpa eſſe, ſcripſit illi in hunc modum: Mater Pedareto. Aut … melius viue, aut illic mane, Virago mortem minata eſt filio, ni mo… corrigeret ſuos. *Plut. in apoph. Lacænarum.*

*Alexander* reprehenſus ab vxore, quod filium inutilem abdi…caſſet, diceretq; ex eo eſſe, cum expuiſſet in terram, Et hoc, inquit, … me eſt, at non vtile. *Stob. ſerm. 23.*

*Auguſt. Cæſar.* Iuliam filiam ac neptem relegarat: deinde Agrippam, prius optatum, poſt ob ſordidum ac ferox ingenium abdicatum. Ad omnem horum mentionem ſolebat exclamare verſu Homerico:

αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τε μένειν, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι.
*O vtinam cælebs vixiſſem orbusq; periſſem.*

Nec aliter illos appellabat, quam tres vomicas, ſeu tria carcinomata ſua. Suorum enim mortem leuius ferebat, quam dedecora. Quin & teſtamento cauit, ne ſi quid accidiſſet Iuliæ filiæ & nepti, ſepulchro ſuo inferrentur. *Eraſmus libro 4. apoph. ex Suetonij Auguſto.*

*Titus.* Non legiones, inquit, non claſſes, perinde ſunt firma imperii munimenta, quàm numeri liberorum. Nam amici tempore, fortuna, cupidinibus aliquando, aut erroribus imminuuntur, transferuntur, deſinunt, ſuus cuique ſanguis indiſcretus, ſed maxime principibus; quorum proſperis & alii fruuntur, aduerſa ad iunctiſſimos pertinent. Ne fratribus quidem manſura concordia, ni pater exemplum præbeat. *Tacit. hiſt. lib. 4.*

*Solon* interrogatus, cur nullas leges aduerſus eos, qui parentes verberaſſent, conſtituiſſet. Quod nullos, inquit, tales exſtituros exiſtimabam. *Ant. in Meliſſa, parte 2. ſer. 11. Max. ſer. 25.*

*Diogen.* Ad eum qui patrem deſpiciebat: Non te pudet, inquit, eum contemnere, cui debes hoc idſum quod tibi places? Dicti gratia ſita eſt in alluſione contrariorum. Pugnant inter ſeſe, deſpectui eſſe, & ſibi placere. *Laert. lib. 6.*

*Plato* videns quendam erga Patrem ſuum faſtuoſius agere. Non deſines, inquit, adoleſcens illum contemnere, cuius gratia altum ſapere vis? *Stob. ſer. 77. & Max. ſer. 33.*

## ¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi.* Vt regula eſt humanæ naturæ, vt omnis homo naſcatur duos oculos habens, & quinos digitos: aliquando tamen vt manifeſtentur opera Dei, naſcitur homo aut ſex digitos habens, aut oculos omnino non habens: Sic & homo extra regulam naturæ raro procedit, vt diſſimilis naſcatur filius parentibus. *in Matth. 23. hom. 45.*

*Sicut arbor* in fructu cognoſcitur, & fructus per arborem demõſtratur: Sic parentes cognoſcuntur in filiis, filii per parẽtes. *in Matt. 23. hom. 45.*

*Anonymi.* vt ferrum aut chalybs cætera quidem duritie, rigoreq; ſuperat, ab adamante vincitur. Ita res quidem potens eſt amor in liberos, ſed hunc quoque ſuperat pietas in Deum. *in Simil.*

## ¶ Adagia.

### Filius degenerans.

*In filium, qui paterno degenerat inſtituto: vel qui non diu fruitur à patre relictis, ſed excutitur a maiorum facultatibus. Appoſite autem torquebatur ex Iliad. ε.*

ἀλλ' οὐχ υἱὸς ἐν ἔντεσι πατρὸς ἐγήρα.

Id eſt:

*At non conſenuit patrijs in filius armis.*

ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα.

### Virorum Heroum filii noxæ.

*Veteribus illud obſeruatum fuit præſtantium virorum filios multum à progenitorum moribus abfuiſſe. Vnde & Demoſthenes dixit:* τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ εἱμαρμένη εἴη φαύλους ἀποβαίνειν τοὺς υἱούς. Id eſt: *A viris egregijs, perinde quaſi fato quodam id accidat, improbos proficiſci filios. Atq; hæc Demoſthenis ſententia refertur ab Ariſtide in Cimone. Manet & hodie vulgatus iocus, nempe. Ex ſapientiſſimis patribus ſtultiſſimos propagari liberos. Euripides in Heraclidis generatim hanc ſententiam ad omnes mortales retulit:*

ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως
εὕροις ἂν ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός.
*Vnum forſan inter plurimos*
*Inueneris, qui patre non ſit nequior.*

*Declarat hoc argumentum Ælius Spartianus in Seuero Cæſare, multis exemplis declarans: ita fere vſu veniſſe, vt viri ſeu virtute, ſeu literis ſeu fortunæ indulgentia inſignes, aut nullos omnino liberos habuerint, aut tales reliquerint, vt magis ex vſu rerum humanarum fuerint, illos abſq; liberis diſcedere.*

### Nunquam ex malo patre bonus filius.

*Euripides hanc ſententiam prouerbio celebrem fuiſſe teſtatur: Ex malo patre non progigni bonos liberos.*

φεῦ φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει.
οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός.
*Heu, Heu, vt illud dictitant recte: probum*
*Patre ab improbo non poſſe naſci filium!*
Adſtipulatur huic dicto prouerbium illud:

Κακοῦ κόρακος, κακὸν ᾠόν, id eſt, *Mali corui malum ouum.*

*Item illud Theognidis:* οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται. Id eſt: Non *etenim ex ſquillis roſa naſcitur.*

## ¶ Historica Exempla.

Bonorum parentum degeneres filii, Chreſippus Gabriæ Athe-

nienſis filius, Gerſa & Eliezer Moſi filii, C. Caligula Germanici filius, Commodus Imperator M. Antonini philoſophi filius Licinius Galienus Imperatoris Pub. Cornelii Licinii Valeriani filius. *Baptiſtæ Fulgoſi, de dictis factisq́; memorabilib. lib. 5. c. 5.*

Carinus Cari Imperatoris filius: Samuelis prophetæ filius: Henricus Imperator, Henrici ſecundi filius: Vencislaus Cæſaris Boemiæ Regis Caroli quarti filius: Noradinus Damaſcenus Sulthanus Saladini filius: Ioannes vicecomes primi Ducis Ioannis Galeatii filius: Item Franciſci Sfortiæ filii, maior natu Galeatius, Philip. & Ludou. *Idem.*

Scipio ignobilis Africani Filius: Q. Fabius Q. Fabii Maximi Allobrogici & ciuis & Imperatoris clariſſimi filius: Clodii Pulchri filius: Hortenſius Corbio Quinti Hortenſii eloquentiſſimi ciuis nepos, *Ex Valer. Maxim.*

# Finis.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

FINIS, pro mercede vel pœna quæ opus ſequitur. *Philip.* 3. 19. finem ſuum neſcit homo, *Eccl.* 9. 12. finis rerum omnium inſtat, 1. *Pet.* 4. 7. In finem ſeculorum incidimus, 1. *Cor.* 10. 11. finis legis Chriſtus, *Rom.* 10. 4.

## ¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Ouid, Epiſt. 2.

*Exitus acta probat: careat ſucceſſibus opto,*
*Quisquis ab euentu facta notanda putat.*

Iuuenalis 10.

*Feſtino ad noſtros, & Regem tranſeo Ponti,*
*Et Crœſum, quem vox iuſti facunda Solonis*
*Reſpicere ad longa iuſſit ſpatia vltima vitæ.*

Boet. 2. 3.

*Repetunt proprios quæq́; recurſus,*
*Redituq́; ſuo ſingula gaudent.*
*Nec manet vlli traditur ordo,*
*Niſi quod fini iunxerit ortum,*
*Stabilemq́; ſui fecerit orbem.*

## ¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORVM. ET HIST.

Finis eſt bonum aliquod, cuius cauſa aliquid aut natura, aut arte fit. Nam quod fortuito euenit; nullius rei gratia fieri dicitur. *l. 2. de demonſtr. c. 2. T. 12. Ariſt.*

Inter fines is, qui perfectus eſt, ſemper præcellit imperfectum. Perfectus porro eſt, quo admoto, nullo amplius nobis opus eſt. Imperfectus contra quo aſſidente, nonnihil quo indigeamus abeſt nobis. *l. 1. Magn. Moral. c. 2.*

Non omne quod extremum eſt, finis dicitur, ſed id deniq́;, quod eſt omnium præſtantiſſimum, *l. 2. de Natura, c. 2 T. 23.*

Id cuius cauſa fit aliquid, & quod eius cauſa efficitur, fortuna euenire poſſunt. *l. 2. de Nat c. 8. T. 85.*

Eſt idem finis & actio; neque aliud quippiam eſt præter actionem finis. *l. 2. Magno Moral. 12.*

Eſt finis id, vnde principium non agendi, ſed cogitandi ducitur, *l. 2. de Natur. c. 9. T. 89.*

Id cuius cauſa aliquid efficitur, finis eſt; eiusmodi autem eſt id quod non alio ſed ad ipſum cætera referuntur. *l. 1. Breuior. Met. c. 2 T. S.*

Fieri non poteſt, vt cauſa ad quam aliquid refertur, infinite progredi poſſit.

Finis eſt cuius gratia omnia comparantur, & cuius gratia cæteræ res habentia. *l. 1. Reth. c. 7.*

Maius bonum eſt finis, quam quod finis non eſt. *ibid.*

Quod per ſe bonum eſt, ſuaque vi & natura, id omne finis eſt; & ita cauſa, vt eius gratia & fiant & ſint cætera omnia, finis autem & id quo alia referuntur actionis alicuius finis eſt: actiones vero omnes cum motu coniunctæ ſunt. *Libro ſecundo Metaphyſic. cap. ſecundo T. 3.*

Ea omnia quæ, cum aliquid motum attulit ei ac fini interiecta ſunt, ad finem omnia referuntur; hoc autem inter ſe differunt, quod alia vt inſtrumenta ſint, alia quaſi opera. *lib. ♂. 4. Metaphyſic. c. 2. T. 2.*

Finis turpis laudem egregiam maculat. *Tacit. hiſt. l. 4.*

Verbis res maximas aggredi prorſus eſt facile: difficile verò rem egregiam reipſa præſtare. Quapropter & hoc quidem quibusvis in promptu eſt, & omnibus (vt ita dicam) tantum audire ſcientibus commune; illud verò rarum admodum, quodque paucis in vita contingit. *Polyb. lib. 5.*

Res arduas grauiter ordiri, & impetu quodam ad incrementa rerum contendere, multis iam contigiſſe; ſed propoſitum ad finem deducere, & ſicubi fortuna obſtiterit, ratione & induſtria id quod promptitudini ac alacritati decedit, adimplere, paucorum eſſe videtur. *Idem lib. 16.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Ageſilaus* audiens quendam Perſarum Regis adhuc ad mirari felicitatem, reſpondit; Nondum vitæ finis adeſt, v... Nam ne Priamus quidem quum eius eſſet ætatis ... tamen miſere iam ſenex in Troiano incendio ... diem. *Plut. in apoph.*

*Epaminondas* interrogatus, quem arbitraretur ducem ... tiſſimum; ſeipſumne, an Chabriam, an Iphicratem? Id ... catu perdifficile eſt, donec viuimus. Alludit ad Solonis ... nem hominis vbique ſpectabat. Quamdiu enim viuit ... teſt ad meliora proficere, & ad deteriora degenerare ... *apoph.*

*Fridericus Imperat.* Percontatus aliquando quid ... mum poſſit contingere? reſpondit, Bonus in hac vita ... *Syl. l. 4. commentario in Alphonſi res geſtas.*

# Fœdus.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

FOEDVS eſt pax quæ fit inter dimicantes, vel à fide, ... bus, id eſt, ſacerdotibus dictum, per ipſos enim fieba... ſicut per ſeculares bella. Alii fœdera dicta putant à ... & crudeliter occiſa: cuius mors optabatur ei, qui à pa... *Virgilius, & cæſa figebant fœdera porca.* Fœderis pa... dictæ quaſi in dies otia. *Iſid. lib. 18. c. 1. orig.*

Fœdus *Hebr. Berith.* vox cognationem habet cum ... *thar*, diſſecauit, per medium diuiſit, à diſſectione pe... crationibus quæ in fœderibus pangendis obſeruaban...

## ¶ BIBLICI LOCI.

Fœdus cum impiis inire prohibemur, *Oſea* 12. 1. ... fœdus cum impiis percuſſerant. 2. *Par.* 20. 37. Fœdus ... bus contra Dei voluntatem initum punitur, *Iud.* 1. 24. ... *Reg.* 20. 34. 41. 2. *Par.* 19. 2. Fœdus cum quibus ſit ineundum ... 32. & 34. 15. *Deut.* 7. 3. & 20. 13. 1. *Reg.* 20. v. 36. 42. Fœdus ... ſum cum Noah, *Gen.* 6. 18. & 9. 12. Abrahamo, 15. 18. & ... circumciſionis cum Abrahamo à Deo initum, *Gen.* 17. ... cum Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo, *Exod.* 2. 24. Fœdus ... ſum cum populo ſuo, *Gen* 17. 7. *Exod.* 6. 4. & 19. 5. ... *Leu.* 26. 45. *Deut.* 4. 23. & 5. 2. *Eſa.* 59. 2. & 61. 9. *Ier.* 11. ... 22. & 31. 1. 31. 32. 33. & 32. 38. 40. *Ezech.* 11. 20. & 14. 11. & ... & 37. 27. 28. *Oſea* 1. 18. 23. 24. *Zach.* 8. 8. & 13. 9. *Rom.* 11. 27. ... *Hebr.* 8. 8. 10 & 10. 6. 16. *Apoc.* 21. 3. 7. à populo cum Deo ... *Reg.* 23. 3. *Par.* 25. 12. & 23. 16. *Nehem.* 10. 29.

Fœdus antiquum ſanguine conſecrabatur, *Exod.* ... 9. 20. Fœdus nouum æternum, 13. 20. per Chriſtum ... 8. 6.

Fœdera pro tabulis fœderis, *Rom.* 9. 4. ...

De Dei fœdere, præſertim gratuito, pauca quędam a... De bonis cœleſtibus per verbum & Sacramenta Deus ... paciſcitur, fœdus Dei generale & Speciale. Generale ... exſtat, *Gen.* 9. v. 9. 10. 12. *Ier.* 33. 20. Speciale & particulare ... reſtringitur, quibus bonum aliquod promittit, eoſdem ... obſtringit, vt præſtent ea quæ requirit ab ipſis. Hoc ... eſt, legale & Euangelicum fœdus legis eſt conditionale ... viues: de quo quid ſentiendum ſit docet Apoſtolus, ... 21, De fœdere Euangelico lege dicta, *Gen.* 3. 15. & 4. 4. ... 7. 10. &c. Item, *cap.* 22. 26. 28. & 35. *Hebr.* 11. 4.

In fœderis gratuiti conſideratione ſex capita nobis ... gnitio Dei, hominis, mediatoris leges fœderis, duratio ... & teſtimonia fœderis huius.

1. Deus cognoſcitur vnus eſſentia, trinus in perſonis, ... nus, iuſtus, miſericors, omnipotens, ſapiens, verax, ... niſcius, &c. Poſt Adami lapſum, promiſit ſemen mulieris ... lium ſuum, vt diſſoluat opera diaboli, *Gen.* 3. 15. *Ioan.* 3. ...

2. Homo, eſt coetus ex Iudæis & Gentibus ad fœderis ... participationem vocatus. fœdus illud gratuitum non ... nes adultos in Chriſtum credentes verum etiam ... tes amplectitur, quemadmodum Abrahami & ſeminis ... Deum eſſe profitetur. Vide *Matth.* 19. 14. *Rom.* 9. 11. *Gal.* ... 12. *Rom.* 11. 16. 1. *Cor.* 7. 14. *Heb.* 11. 4. & 13. 8.

3. Chriſtus in toto ſacro codice graphycè depictus ... diator noſter Deus homo, ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio ... ptio noſtra. vide Chriſtus & memoriæ refricandæ gratia ... *Ioan.* 3. 16. *Rom.* 5. 8. & 8. 33. 1. *Tim.* 2. 5. 1. *Cor.* 1. 30. 2. *Cor.* ... & 9. 15. 1. *Ioan.* 4. 9.

4. Leges fœderis ſunt à Dei parte: nobis & Semini ... Deum, *Gen.* 17. 7. tum præſentis, tum vitæ æternæ ... 4. 5. *Ier.* 3. 31. & 32. 40. *Ezech.* 36. 26. *Eſai.* 54. 7. *Oſeæ* ... &c. Pollicemur Deo fidem & nouam obedientiam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...ditcs, & calculos de illo ferre non potuerunt. *Plutar. in* ...

...*tor.* Scipioni Senatus decreuerat, vt pecunias ſumeret ...quum quæſtores ærarii negarent ſe eo die aperturos, i... Scipio) aperiam, quando mea cauſa clauditur, qui tanta ...vi repleuerim ærarium. Vacua non clauduntur, ideo ...ocum dicebat, ſibi hoc laboris ſuſcipiendum, vt aperi... ſet in cauſa vt tam diligenter clauderetur, vt quæſtores ...quærerent ad recludendum. Exemplum ingentis fidu... quæſitæ. *Plut. in apoph.*

...am à Petilio & Quinto tribuno plebis multis nomini... apud populum Romanum, nihil ad crimina re... hoc dixit. Hac die Quirites Hannibalem & Cartha... proinde aſcendo in Capitolium Ioui Opt. Maxim. ſa... Si quis de me ſuffragium ferre velit, ferat. Hæc loquu... batad Capitolium, relictis accuſatoribus, nondum per... Tantum valet egregiorum in Rempubl. meritorum fi... repente iudicii vigor verſus ſit in orationem, & reus pro ...egerit triumphantem. *Plut. in apoph. & Plin. Iunior de vi...*

# Filius. Filia.

## ❡ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

...Græce υἱὸς, ἱός, ὁ, vel υἱός, ȣ̃, ὁ, & υἱότης, ητος, ἡ, filiatio dici... Appellationeque filiorum, vt Iuriſconſulti ſentiunt, etiam ...continentur, ſed non econtrario. Filium ἀπὸ τȣ̃ φίλȣ, hoc ...amore dictum volunt, quod omnium conſtantiſſimus amor ...in filios. Filius, Hebr. *Ben*, qui ædificatus, ſeu exſtru... cohabitatione viri & mulieris. *Banah*, verbum, id eſt, ædi... Hinc Græce πονέω, πονω̃, πονέομαι, Laboro, exerceor ...dis ædificiis.

## ❡ Loci Biblici.

...non proſtituenda, *Leu.* 19. 29. Filia pronepte, *Exod.* 2. 11. *vt* ... *Est.* 3. 1. Filiarum appellatione tota proſteritas includitur, ... Filiæ nomen etiam vrbibus tribuitur, *Matth.* 21. 5. *cuius rei* ... *extant in Threnis.* Filiæ Ieruſalem, pro mulieres Ie... *Luc.* 23. *v.* 28.

... Filius pro nepote, 2. *Sam.* 19. 24. *Prou.* 13. 22, & 17, 6, *Ier.* 27, ... pro poſteris ex aliqua familia oriundis, *Matt.* 22. 24. ... pullo aſini attributum legitur, 21, 5, Filius Sapiens extra ... *Prou.* 28, 29, Filii pro parentibus non puniendi, *Deut.* ... *Reg.* 16, 6, *Ier.* 31, 29, *Ezech.* 8, *v.* 3, 20, Filii erudiendi, & corri... *Prou.* 13, 24, & 19, 18, & 29, 15, 17, *Hebr.* 12, 8, 9.

...Belial, pro hominibus nequam, 1, *Reg.* 22, 10, Filii Carnis, pro ... modo procreatis, *Rom.* 9, 8, ſeu quorum non alia ratione ... Abraham, quam ea ipſa, qua ſolent, conſuetudo naturæ or... homines ex hominibus gigni, qui alias filii ſecundum carnem ... *Gal.* 4. 23. 29. Filii contumaciæ Hebræis dicuntur, *Eph.* 2. 2. ... contumaciæ dediti.

... Dei pro piis ex Sethi poſteris oriundis, *Gen.* 6. 2. Sicut filiæ ... pro impiis filiabus ex Caini familia, *verſ.* 2. pro piis Deo ... & Chriſti cohæredibus, *Matth.* 5. 9. 45. *Ioan.* 1. 12, *Rom.* 8, 7, 1, *Io.* ... explicat Paulus, *Rom.* 8, 16, 17, Filii Dei dicuntur etiam Angeli, ... *Pſal.* 89, 7. Item Principes, *Pſal.* 82, 6,

... rebelles parentibus: quomodo tractandi, *Deut.* 21. 18. 19. 20. 21. ... regni pro omnibus in genere indigenis, & regni incolis, *Matth.* ... pro iis qui ſunt in regno, id eſt, in Eccleſia, vt etiam ſint ex Eccle... Filii reſurrectionis, pro reſurrectionis particibus, *Luc.* 20, 36. ... roboris pro ſtrenuis, 2. *Sam.* 13. 28. & 17. 10. 1. *Reg.* 15. 1. Filii ſeculi ... pro hominibus præſenti vitæ addictis, *Luc.* 16. 8. quos Paulus ... vocat, hoc eſt, animales, & σαρκικȣ̀ς, hoc eſt carnales, 1. *Cor.* ... Atqui tamen interdum filii ſeculi huius dicuntur, quicunq; ad... viuis ſunt, ſiue boni ſint ſiue mali, *Luc.* 20. 34. Filii ſtulti pa... triſtitia afficiunt, *Prou.* 17. *v.* 25. & 19. *v.* 13. Filii ſubductionis di... qui quodam impetu in partem aliquam feruntur, *Hebr.* 10. ... Hebraiſmus. Eo enim loco ſubintelligi videtur filiorum nomen. ... thalami dicuntur, *Matth.* 9. 15. qui cum ſponſo verſantur, & ... ſponſus in ſuum vſque thalamum admittit.

Filii boni laudantur, *Prou.* 10. 1. & 13. 1. & 13. 20. & 23. 24. Filiorum ... parentes officium, *Gen.* 9. 23. & 22. 27. & 27. 1. & 28. 7. & 37. 14. 15. ... 20. 12. & 21. 17. *Leu.* 19. 3. 32. & 20. 9. *Deut.* 5. 16. & 21. 15. 18. & 27. ... 4. 1. 1. *Sam.* 2. 11. 18. & 3. 1. 7. & 8. 1. & 18. 15. 1. *Reg.* 2. 10. 2. *Reg.* 2. 23. ... & 22. 1. 2. *Paral.* 34. 2. *Eccl.* 3. 1. 8. & 6. 18. & 7. 29. & 8. 7. 11 & 22. ... 23. 18. & 25. 10. & 32. 24. *Tob.* 4. 1. & 14. 5. *Iob.* 1. 4. & 8. 4. & 32. *v.* 4. ... *Prou.* 1. 8. & 4. 1. & 6. 20. & 10. 1. & 13. 1. & 15. 20. & 19. 26. & 20. 11. 20. ... & 23. 19. 25. & 28. 24. & 30. 17. *Ier.* 35. 16. *Ezech.* 22. 7. *Matth.* 4. ... & 10. 25. & 15. 4. & 19. 19. *Marc.* 10. 19. *Luc.* 2. 48. & 18. 20. *Act.* 7. 14. ... 22. 3. *Epheſ.* 6. 2. *Coloſſ.* 3. 20. 1. *Tim.* 5. 1 1. *Pet.* 5. 5. Filii boni ex malis ... parentibus orti: Ezechias Achazi filius, 2. *Paral.* 28. 27. Ioſias Am... monis filius, 33. 25. & 34. 2. Filii mali ex bonis parentibus orti: Cain Adæ filius, *Gen.* 4. 1. Cham filius Noe, 9. 22. Iſmael Abrahæ filius, 21. 20. 21. Eſau Iſaaci filius, 25. *v.* 25. Filii Heli Sacerdotis, 1. *Sam.* 2. 12. 25. Filii Samuelis, 8. 3. Amnon filius Dauidis, 2. *Sam.* 13. 1. 2. Abſalom filius Dauidis, 15. 12. Roboam Salomonis filius, 1. *Reg.* 11. 43. qui conſilium iuuenum ſecutus, ſuper duas tantum tribus regnat, 2. *Paral.* 10. 6. *vide Eccl.* 47. 36. 37. 38. 39. Ioram filius Ioſaphat, 2. *Paral.* 21. 4. Manaſſes Ezechiæ filius, 33. 2. Filii inobedientis pœna, *Deut.* 21. 18. *Prou.* 20. 20. Filii caſtigandi, *Prou.* 13. 24. & 19. 18. & 22. 15. & 23. 13 15. 29. *Eccl.* 30. 1. & *c.* docendi myſterium Paſchæ, *Exod.* 12. 27. & 13. 8. nempe, nos eſſe liberatos ex captiuitate Ægyptiaca, hoc eſt, diabolica, *Deut.* 4. 9. & 6. 20. Quare primogenita Deo offerenda, *Exod.* 13. 12. 14. Filios conſecrant idolis per ignem Iſraelitæ, 2. *Reg.* 17. 17. in filios Dei adoptati ſumus per CHRISTVM, *Eph.* 1. 5. Aliæ quam plurimæ occurrunt in Bibliorum S. codice harum vocum (filiæ, filiarum, filii, filiorum) acceptiones, quæ in Concordantiis magnis ante aliquot annos editis explicantur & ordine ſuo proponuntur.

## ❡ Sententiæ Biblicæ.

Filii tibi ſunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorum, Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum, & non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini ſenſato da illam, *Eccl.* 7.

Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato. Filia autem fatua in deminoratione fiet, 22.

Filia prudens hæreditas viro ſuo, at viuens turpiter mœſtitiam affert genitori. Imprudens patrem & virum afficit ignominia. *ibid.*

A filiis tuis caue, & à domeſticis tuis attende. 32.

Lacta filium, & pauentem te faciet: lude cum eo, & contriſtabit te. Non corrideas illi, ne condoleas, & in nouiſſimo obſtupeſcent dentes tui. 30.

Non des filio poteſtatem in iuuentute, & ne deſpicias cogitatus illius. *ibid.*

Filio & mulieri, fratri & amico, non des poteſtatem ſuper te in vita tua 33.

Melius eſt, vt filii te rogent, quam te reſpicere in manus filiorum tuorum. *ibid.*

Ne dederis alii poſſeſſionem tuam, ne forte pœniteat te, & depreceris pro illis. *ibid.*

Filia patris abſcondita eſt, vigilia & ſolicitudo eius aufert ſomnũ: ne forte in adoleſcentia ſua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat: ne quando polluatur à virginitate ſua, & in paternis ſuis grauida inueniatur, ne forte cum viro commorata transgrediatur, aut certe ſterilis efficiatur. 42.

Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, ne quando faciet te in opprobrium venire inimicis, à detrectatione in ciuitate, & abiectione plebis, & confundat te in multitudine populi. *ibid.*

Iuuenes ſimiliter hortare, vt ſobrii ſint. *Tit.* 2.

Filius ſapiens lætificat patrem, filius vero ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ, & deſpicit eam. *Prou.* 10. & 15.

Exultat gaudio pater iuſti, qui ſapientem genuit, lætabitur in eo, Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet, qui genuit te. 23. *v.* 24.

Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui habiturus hæredem poſt me, quem ignoro vtrum ſapiens an ſtultus futurus ſit, & dominabitur in laboribus meis, quibus deſudaui, & ſolicitus fui. *Eccl.* 2.

Ex iniquis omnes filii, qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ, aduerſus parentes interrogatione ſua. *Sap.* 4.

In filiis ſuis agnoſcitur vir. *Eccl.* 11.

In filia non auertente ſe firma cuſtodiam, ne inuenta occaſione abutatur: Ab omni irreuerentia oculorum eius caue, & ne mireris, ſi te neglexerit, 26.

*Pro illis corrigendis.*

Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempſerit, apprehendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicii, dicentque ad eos: Filius noſter proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vacat, & luxuriis atque conuiuiis: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatur malum de medio veſtri, & vniuerſus populus audiens pertimeſcat. *Deut.* 21.

## ❡ Poeticæ Sententiæ.

Eurip. in Menalippo.

Ἴστω δ' ἄφρων ὤν, ὅστις ἄτεκνος ὢν τὸ πρίν,
Παῖδας θυραίους εἰς δόμους ἐκτήσατο.
Τὴν μοῖραν εἰς τὸ μὴ χρεὼν παρασφέφων.
Ὧ γὰρ θεοὶ δίδωσι μὴ φῦναι τέκνα.
Οὐ χρὴ ἐγκαλεῖσθαι πρὸς τὸ θεῖον, ἀλλ' ἐᾶν.
Αὐτός γὰρ οὐδεὶς οἶδε πῶς ἐγένετο.
*Hic ſe ſtultum fateatur, qui cum antea liberis careret.*
*Externam prolem ædibus ſuis accerſiuit.*
*Fatuum peruertens contra quam oportebat:*
*Nam cui liberos procreare Dij non conceſſerunt,*
*Id pati debet non incuſare numen,*
*Nullus enim per ſe nouit, quomodo natus ſit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Marullus Poeta.

*Scilicet eſt olim vis rerum in ſemine certa,*
*Et referunt animos ſingula quæq; patrum.*
*Ne leporem canis amathius timidamve columbam*
*Notus Hyperboreo falco ſub axe creat.*

Apud Homer. de Hippothoo, Iliad. ρ.

Οὐδὲ τοκεῦσι θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε.
*Neq; nutricandi gratis parentibus ille*
*Reddidit officia, ſed ei breue contigit æuum.*

Eurip. in Oenomao.

Ἀμηχανῶ δ' ἔγωγε, κ' οὐκ ἔχω μαθεῖν,
Εἴτ' οὖν ἄμεινόν ἐστι γίγνεσθαι τέκνα
Θνητοῖσιν, εἴτ' ἄπαιδα καρποῦσθαι βίον.
Ὁρῶ γὰρ οἷς μὲν οὐκ ἔφυσαν, ἀθλίους·
Ὅσοισι δ' εἰσὶν, οὐδὲν εὐτυχεστέρους·
Καὶ γὰρ κακοὶ γεγῶτες ἐχθίστη νόσος
Κἂν αὖ γένωνται σώφρονες, κακὸν μέγα,
Λυποῦσι τὸ φύσαντα, μὴ πάθωσί τι.
*Dubius equidem ſum, neq; diiudicare poſſum,*
*Vtrum melius ſit progigni liberos*
*Mortalibus, aut ſterili vita frui.*
*Iſtos enim, quibus liberi nulli ſunt, miſeros eſſe video.*
*Et contra illos, qui prolem genuerunt, nihilo feliciores,*
*Nam ſi mali fuerint, extrema calamitas eſt:*
*Rurſus ſi probi euadant, magnum pariunt malum:*
*Affligunt enim genitorem dum, ne quid patiantur, metuit.*

Idem in Andromache.

Ψυχὴ τέκν' ὅστις δ' αὔτ' ἄπειρος ὢν λέγει,
Ἧσσον μὲν ἀλγεῖ, δυστυχῶν δ' εὐδαιμονεῖ.
*Si quis imperitus liberos ſolatium appellauerit,*
*Ille minus quidem ſentit doloris, ac in medio infortunio fortunate viuit.*

Menander in Epicteto.

Ἢ μόνον δεῖ ζῆν, ἢ παίδων γενομένων
Πατέρ' ἀποθανεῖν. οὕτω τὸ μετὰ ταῦτ' ἐστὶ τοῦ βίου πικρόν.
*Aut oportet viuere ſolum ac cœlibem, aut natis iam liberis*
*Mori parentem. Adeo omnis deinceps vita acerba eſt.*

Sophocles in Electra.

Δεινὸν τὸ τίκτειν ἐστίν, οὐδὲ γὰρ κακῶς
Πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προσγίγνεται.
*Magna vis eſt procreationis: nam neq; ſi mala*
*Patiatur aliquis, prolem à ſe genitam odiſſe poteſt.*

Menander Comicus.

Οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων ἣν λύπη,
Φόβος, φροντὶς, πέρας οὐδὲν ἐστι.
*Patrem eſſe plurimum habet moleſtiæ,*
*Metusq; & curas infinitas.*

Sophocles in Aiace.

Ἐν ᾧ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος.
*Nihil ſapere, iucundiſſima vita eſt.*

Incertus author.

Φροντίδες οἱ παῖδες, μέγα μὲν κακὸν εἴ τι πάθοιεν,
Εἰσὶ δὲ καὶ ζῶντες φροντίδες οὐκ ὀλίγαι.
Ἡ γαμετὴ χρηστὴ μὲν ἔχει τινὰ τέρψιν ἐς αὐτὴν,
Ἡ δὲ κακὴ πικρὸν τὸ βίον ἀνδρὶ φέρει.
*Curas pariunt liberi, magnum malum ſi quid humanitus eis accidat.*
*Viuentes etiam non modicæ curæ cauſa ſunt.*
*Vxor bona quidem aliquid in ſe habet iucundi:*
*Mala vero acerbam facit marito vitam.*

Menander.

Εὐδαιμονία τοῦ πατρὸς, ὁ παῖς νοῦν ἔχων,
*Lætitia patris filius ſapiens.*

Pythagoras in aureis carminibus.

Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας.
*Ipſe parentes atq; tuos venerare propinquos.*

Agatho.

Ὡς ἡδὺ τῶν φυσάντων, πείθεσθαι τέκνα.
*Quam dulce genitoribus, filios obtemperantes habere.*

Virg. 2. Georg.

*Tu quos ad ſtudium, atq; vſum formabis agreſtem,*
*Iam vitulos hortare, viamq; inſiſte domandi,*
*Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas,*
*Ac primum laxos tenui de vimine circlos*
*Ceruici ſubnecte, dehinc, vbi libera colla*
*Seruitio aſſuerint ipſis è torquibus aptos*
*Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos.*

Claud. 3. Hon.

*Mox vbi firmaſti recto veſtigia greſſu.*
*Non tibi deſideas molles, nec marcida luxu*
*Otia, nec ſomnos genitor permiſit inertes:*
*Sed noua per duros inſtruxit membra, labores.*
*Et cruda teneras exacuit indole vires.*

*Frigora ſæua pati, grauibus non cedere nimbis,*
*Æſtiuum tolerare iubar, tranſnare ſonoras*
*Torrentum furias, adſcenſu vincere montes,*
*Planitiem curſu, valles & concaua ſaltu:*
*Nec non in clypeo vigiles perducere noctes,*
*In galea portare niues, nunc ſpicula cornu*
*Tendere, nunc glandes Baleari ſpargere funda*
*Quoq; magis nimium pugnæ inflammaret amorem*
*Facta tui numerabat aui, &c.*
*Hos tibi virtutum ſtimulos, hæc ſemina laudum*
*Hæc exempla dabat; non ocyus hauſit Achilles*
*Semiferi præcepta ſenis, ſeu cuſpidis artes,*
*Siue lyræ cantus, medicas ſeu diſceret herbas.*

Hor. 3. Carm. 6.

*Ætas parentum peior auis, tulit*
*Nos nequiores, mox daturos*
*Progeniem vitioſiorem.*

Ter. Adelph.

*Sic fiet modo, vt nunc eſt quaſo,*
*Vt quisq; filium ſuum vult eſſe, ita eſt.*

Hor. 4. Carm. 4.

*Fortes creantur fortibus & bonis:*
*Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum*
*Virtus, nec imbecillem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam.*

Sen. Hipp.

*Redit ad autores genus,*
*Stirpemq; primum degener ſanguis refert.*

Plaut. in Epid.

*Docte & ſapienter*
*Dicis, non nimis poteſt pudicitiam quiquam ... filia.*

## ¶ Philosophicæ Sententi[æ]

De filio contumace. Dial. xliv.

*Franciſci Petrarchæ.*

Dol.

Habeo filium contumacem. R. Æquum eſt, vt qui ...
non poteras, filium feras, vtique ſarcinam grauiorem ...
mum premit, pungitque acrius ſuperbi filii verbum ...
renter prolatum, quam ſeueri patris quæcunque dur...
iniuriam facit, hic iure ſuo vtitur. D. Filium habeo re...
Impudenter de minorum rebellione conqueritur, qu...
iuſta contempſerit imperia. D. Filius contumax eſt ...
dem fortaſſis intelligis, quid tuus ille tam durus pater ...
D. Filium patior inſolentem. R. Si ætatis eſt vitium, ...
tranſibit. Multorum ferox adoleſcentia progreſſu temp...
tutem mirificis prouectibus flexa eſt. D. Rebellem fili...
Non ſolus. Et Dauid & Mithridates Ponti Rex & Seue...
tor Romanus rebellantes filios habuere, & multis poſt ...
tannici pacem regni (vt fama loquitur) turbauit Regi...
tis in patrem concitata rebellio, ſed quisque ſua deflet ...
nullus aliena vel publica. D. Impius ac rebellis eſt filius ...
tibi portio paternæ moleſtiæ dempta eſt mortem filii ...
beo ignauum, & inertem filium. R. Neſcis vt African...
gnus diſſimilimum filium ſibi longeque degenerem ...
Et profecto maior non dicam amor, ſed miſeratio debe...
minus adiuuat natura. Nullius rei eget, qui virtutum ...
rum indigentia vere miſeros, ac proinde miſericordia ...
facit, tu in filio & ſi non virtutem, ama quod filius ...
at quod homo eſt Poſtremo ſi nihil eſt quod ames, ...
prium patris, vt ſeueritas, ſic miſericordia eſt. D. Perdita ...
tæ. R. Pondus infauſtum, eoque grauius, quod dum ſem...
que abiici, perfer, & qua datur corrige. Sic enim aut fi...
ris, aut certe patrem egeris, hoc tibi debitum, illud opta...
pius, inhumanus, intractabilis eſt filius. R. Siquidem ...
voluptas in perfidiam ac ſcelus eruperint, venenoſum ...
gendum eſt domo, neque vbi, ſed quid natum æſtima...
ſiluis ortas auiculas paſcitis, & domi natos ſcorpiones ...
Impius filius eſt mihi. R. Periculoſa ſeponere antequam ...
Sapientis eſt. Non te pietatis vmbra decipiat. Nulla impi...
pietas. Eſt vbi ſit crudelitatis ſpecies pium eſſe, ſed dum ...
minimum ſpei eſt, ſemper ad miſericordiam inclina, me...
patrem eſſe non iudicem, neque hic tibi Terentianum illud ...
pro peccato magno paululum ſupplicii ſatis eſt patri.

*De ortu filiorum.* Dial. lxx.

Gav.

Nati mihi ſunt filii. R. Geminatum malum, pondus ...
meſticum. G. Filii mihi ſunt nati. R. Laborioſa vxor, ...
mica, laborioſiſſima demum proles. G. Nati filii. R. ...

ſima, & fel melle circumlitum. G. Nata mihi eſt dulcis ſoboles. R. Fontem tibi grauium curarum dominatum credito. Nunquam ſine metu, atque angoribus vitam ages. G. Filios genui. R. Nec eos ſperare, nec vota facere noueras. En diſces tuo periculo, alienos parentes orbos miſerari, diſces & in breui vita longas curas ſpeſque longiora negotia ordiri, diſces his qui nihil ad te pertinent torqueri, quæ viſurus nunquam ſis diſponere. Ad poſtremum amare plus alium quam te, diſces ardentiſſime diligere, tepide diligi duras artes. G. Filios habeo. R. Nunc primum intelliges, quid ipſe debeas parentibus tuis. G. Filios procreaui. R. Stulti arborem inexhauſto percolendam ſtudio, quæ te dum exerceat, cuius nullos forſitan aut ſeros, & fortaſſe poſt obitum fructus legas. G. Filii mihi ſunt. R. Si boni iugis timor, ſin mali æternus dolor, interim ſolamen ambiguum, certa cura. G. Habeo filios. R. Habes vnde viuus doleas, mortuus agnoſcaris. Habes & vnde ſæpius mori poſſis. G. Pater filiorum ſum bonorum. R. Quanto meliores filii, tanto periculoſior conditio tua eſt. Nequam dolendi materiam gignendo quæſieris, quos lachrymis fores in domum tuam patefeceris, quantum in te ius morti, miſeræque præbueris. O matres miſeræ! *Ait Horatius.* O Patres miſeri! Dico ego. G. Optimorum pater filiorum ſum. R. Optandum mors tibi integro eſt, ne forte viuus eſſe deſinas quod delectat, & aliquando cum Neſtore à ſociis quæras, cur tam diu vixeris. G. Votiua felix lætusque ſum ſobole. R. Felicitas anxia, ſollicitum gaudium & ſæpe mœſtum, felicitas miſera. Poſſem multos illuſtrium proferre, quorum felicitati nihil magis obſtitit, quam quod filios habuerunt.

*De filio infante feſtiuo.* DIAL. LXXI.

GAV.

Infans filius feſtiuus eſt mihi. R. Modo ne iſta feſtiuitas in dolorem deſinat, & quo tibi præſens lætior infans tuus fuerit, eo mœſtior ſit digreſſus. G. Infans eſt mihi bonæ ſpei. R. Quid ſi ſit nullius rei? Caduca ante alias ætas, illa ſæpe in ipſo flore præciditur. Atque nil dulcius, ſic fere nil amarius. G. Infans eſt mihi blandiſſimus atque multiloquus. R. O, ne iſtæ blanditiæ vertantur in lachrymas. Res eſt dulciſſima (fateor) infantuli aſpectus & alloquium, vt eſt apud Statium Papinium. *Syderei vultus & verba ligatis imperfecta modis*, quæ dum audiuntur mulcent, dum audiri amplius non poſſunt, cruciant, nec ſine ſenſu doloris ad memoriam reuertuntur, ſic humanis in rebus, ſed in nulla magis dulcedini oppoſita ſemper amaritudo eſt. G. Delector filio infante iucundiſſimo. R. Non prohibeo delectari, ne naturæ obſtem, ſed in omnibus modum quæro, ſine quo nihil bene agitur. Volo te parcius gaudere, vt ſi dolendum fuerit, poſſis & parcius dolere, & moneo cogitare facile fieri poſſe vt arundineo baculo inſiſtas: vel in caducum parietem inclinaueris, quod ſæpe dixiſſe fertur Adrianus princeps, cum Ælium verum puerum pulchrum ſed fragilem adoptaſſet, & tecum canere poſſis Maroneum illud. *Oſtendunt terris tantum fata, neque vltra eſſe ſinent.* G. Gaudeo de infante meo. R. Sic gaude vt doliturus, ſiue ille vt dixi acerba morte defungitur, ſiue quod eſt multo grauius, quodque ſæpiſſime accidit, è gratiſſimo infante fit ingratus, & inobediens adoleſcens. G. Multum gaudeo de infante filio. R. Nemo tam ſtultus agricola eſt, qui de flore multum gaudeat, fructus eſt expectandus, tunc gaudendum modice. Inter tempeſtates, grandines, & vredines metuendæ ſunt, frænandum metu gaudium.

*De amiſſo filio.* DIAL. XLVIII.

DOL.

Sed amiſi filium. R. Melius dic præmiſi, ſecuturus cito quidem, & fortaſſis hodie, & quid ſcimus, an hac ipſa hora? Nulla fides vitæ, quum tanta ſit fides morti, ſecuturus dixi, ſequens debui continue, ſequens, nuſquam in vita pedem figere permiſſum homini, quo ſemper graduit ad mortem (mirum dictu) ſeu ille vinctus, ſeu liberatus, ſeu ſtans, ſeu ambulans, ſeu ſedens, ſeu ſanus, ſeu æger, ſeu vigilans, ſeu ſopitus, ad metam fertur, atque illorum more, qui vehuntur nauibus, vel quieſcens properat. D. Amiſſi filii deſiderio excrucior. R. Compeſce animum, quem cupis inuenies, nulla eſt mora; non poſſe pati deſiderium parui temporis puerile, ſeu fœmineum eſt. Viro enim nihil breue difficile. Noſti credo quibus verbis deſideria huiuſmodi apud Platonem Socrates, apud Ciceronem Cato & Lælius conſulentur. Virtute quamuis & gloria ſupremi viri, ac ſpe tamen longe impares. Noſti præterea quid animi Æmilius Paulus, quid Cato ipſe, quid Pericles, quid Xenophon ille Socraticus condiſcipulus Platonis atque æmulus, quid innumerabiles clarorum in mortibus habuere, nec te præterit vt Propheta idem & Rex filium quem languentem fleuerat, non fleuit extinctum, cogitans, quod irrecuperabilia lugere ſuperuacuæ dementiæ potius quam pietatis eſt. Quibus ſe virilibus exemplis interſerit Spartana illa mulier apud ſcriptores quidem innominata, ſed non pariter illaudata, quæ audito quod filius in prælio occidiſſet, ideo ait, illum genui vt eſſet qui mori pro patria non timeret. Par Liuiæ virtus, maiorisque Corneliæ, ſed clariora ſunt nomina, quarum prior ingentis nati, & ad ſummum ſpectantis imperium, vt terræ traditus fuit: luctum mox depoſuit, nunquam vero memoriam intermiſit, altera filiis multis immo omnibus amiſſis, quorum aliquos à populo interfectos, inhumatosque conſpexerat, commiſerantibus & illius ſortem fœmineo more deplorantibus, miſeramque vocantibus, non ſe miſeram, ſed felicem eſſe reſpondit, quæ tales filios genuiſſet. Inſignis mulier, nec præſenti miſera, nec præterito etiam infelix, quæ contra publicam opinionem, & conſuetudinem miſerorum ſe felicitate præterita & læti temporis memoria ſolaretur, grata quod habuiſſet, quod amiſiſſet æquanimis, ob hoc vnum digna vti proſperiore ſucceſſu. Et illa quidem mulier tota grauibus fortunæ vulneribus inconcuſſa permanſit. Tu vir vnico deiectus luges. D. Amiſi filium. R. Amiſiſti ſimul & metus multos infinitamque materiam ſolicitudinum & curarum, quibus vt careres, vel tibi, vel filio moriendum fuit. Securum patrem ſola mors facit. D. Filium amiſi. R. Si pium nil eſt quod illi metuas, in tuto eſt. At ſi impium tuorum numeratorem annorum, tuæ ſtimulum ſenectutis exruliſti. D. Filium perdidi. R. Si virtute præditum, gaude quod habueris. At ſi vitio perditum, gaude ſaltem quod amiſeris, vtrobique naturæ beneficium agnoſce, ſeu quod talem dedit, ſeu quod talem abſtulit. D. Ante tempus filium mihi mors rapuit. R. Non fit ante tempus, quod in omni tempore fieri poteſt. In omnem ætatem multi ſunt aditus morti, in adoleſcentia infiniti. D. Sine filio remanſi. R. Et ſine angoribus, & ſine pauoribus. Iam non erit cui noctes inſomnes, cui ſolicitos dies agas, cui ſpes longas, atque inextricabiles ordiare, qui canos tuos, rugasque conſideret, hæreditatem æſtimet, ſumptus arguat, moram mortis incuſet. Vndique tibi ſecuritas, & quies, geminum bonum ingens, titulo licet mortis aſperius. D. Acerba filii morte deiectus ſum. R. An non Anaxagoram audieras? An oblitus eras te genuiſſe mortalem? An id potius forſan luges, quod qui ſequi debuerat anteceſſit? Equidem cum in multis inordinata hominum vita ſit, nullum penitus mors habet, & ſenes decrepiti cunctantur, & feſtinant iuuenes, & præcipitant pueri, & infantes primo vitæ de limine retrahuntur. Hic tardius licet, ille ocyus, hic maturus, ille acerbus, nemo non moritur, hæc ſumma eſt, vbicunque vero hoc qualibet ætatis parte quis obierit, & ſi acerbus fuerat, morte maturuit. D. Extinctum fleo filium. R. Si fleturus eras morientem, & naſcentem fleſſes, tunc mori cœperat nunc deſiit. Noli autem tuam & illius ſortem optimam lugere, ille iter ambiguum à tergo habet, tu ſecurum ante oculos non amplius, aut charo oneri timens, vt Maro ait, aut alteri. D. Cum filio vitæ dulcedo omnis extincta eſt. R. Magnum fateor, ac dulce ſolatium patri filius bonus, ſed ſollicitum, ac graue. Et ſæpe dulciſſima offendunt, & chariſſima impediunt, & precioſiſſima rerum premunt. Et fortaſſis hic filius obſtabat altiora animo voluenti. Iam mœſtior licet ac liberior factus exſurge, bona de malis elicere ſapientis eſt. D. Mors me filii mœſtum fecit. R. At quod reſtat alacer exige, illi vixeras, viue iam tibi.

*De filij fortitudine.* DIAL. LXXIII.

GAV.

Eſt mihi filius vir fortis. R. Quanto ille eſt fortior, tanto tu timidior ſis oportet: In nullos enim homines plura pericula, quam in ſui contemptores, hoc eſt, viros fortes, congerit fortuna nec immerito. Cæteri enim ſe abdunt, euitantque impetum, illi ſe obiiciunt fulminanti. Recurre memoria præteritum tempus, fortiſſimos fere omnes violenta morte conſumptos inuenies. G. Fortitudo filii ingens eſt. R. Fortitudo pulcherrima virtus eſt, ſed comitata caſibus variis, paratas lachrymas, & inſtructum feretrum habeto, omnibus mors vicina, viris fortibus contigua eſt. G. Vir fortiſſimus eſt filius. R. Eſt qui patriæ libertatem forſitan, ſtragem hoſtibus, ſibi decus, tibi fletum aliquando, metum ſemper afferat. G. Natus mihi fortis ac magnanimus eſt. R. At quid aliud interfecto in filio Creon gemit, niſi magnanimum bellicæ laudis ardorem? Quid Euander in Pallante ſuo, niſi nouam gloriam armorum, prædulce decus primi certaminis? Quid alius Priamus Hectorem pauens monet, niſi ne Achillem ſolus expectet? Quidve aliud hunc ipſum mater anxia precatur, niſi vt fugiat bellicoſum virum? Quid denique vxor Hectorea poſt viri mortem fati ignara timere ſe dicit: niſi probitatem viri miſeram & feruore animi non ſe in acie continentem bellatorem, ſed cæteros præcurrentem, quod ipſum iam ante ab initio formidabat, vbi euntem ad bellum his verbis alloquitur, Domine, corrumpet te tua vis, neque miſereris filii pueri, & mei miſeræ matris, quæ cito vidua tui ero. Quod poſtremo Achillis genitrix pro nato timida dum diceret. *Iam Pelago terriſq; meus quæretur Achilles, Et volet ipſe ſequi*, dumque illum fruſtra tam feruentis belli motibus ereptum & imbecillem tranquilli ſenis in regiam inuectum virgineis latebris occultaret? Omnes hos quidem fletus & hos metus nihil aliud quam martia vis, & virtus animoſa pepererat. G.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valde mihi magnanimus eſt filius. R. Magnus animus ſine magna potentia, ſtultitia magna eſt. Magnanimitas recta hominum eſt paucorum, quamuis & qui potentiſſimi videntur quam ſint fragiles multa etiam præter mortem, ſed præcipue mors declarat, vt breuiter vereque dici poſſit. Nihil imbecillius homine, nilque ſuperius. G. Filius eſt mihi magnanimus. R. Gaude. Ergo habebis magnorum conatuum plenam domum, ocii vacuam, & quietis. Et ſæpe optabis non tam magnanimum filium habuiſſe. Ac ſummam clara eſt fortitudo, magnanimitas ſpecioſa, vtraque vero laborioſa & turbida, tuta modeſtia & tranquilla.

*De filia impudica.* DIAL. LXIII.

DOL.

Delicata nimis eſt filia. R. Duas ſe habere filias delicatas, ſed ferendas tamen Rempubl. ſcilicet & Iuliam dicere ſolitus fertur Auguſtus Cæſar, Iuliæque animum lætum quidem vsque ad ſpeciem procacitatis, ſed reatu liberum. In vtraque tamen ita ſentiens princeps ſapientiſſimus fallebatur. Nam & Reſpublica iam pridem ab illa ſua priſca virtute fornicari cœperat, & filia non tam delicata, quam probris ſolum patrem latentibus deformata erat, quæ tandem (ſero licet) erupere: ſecundum tamen hanc ſententiam delicata poteſt eſſe filia, ſed pudica. Quod vt permiſerim, negari illud certe non poteſt. Pronum & breue iter ad impudicitiam eſſe delicias. D. Filia laſciuire incipit. R. Occurre principiis, dura ferro, tenera digitis conuelluntur. Qui ſibi vel alteri habitum quærit; à teneris annis incipiat. Facile & tractantur mollia, & flectuntur. D. Laſciuire incipit filia. R. Lauras dapes, & veſtes illi molles, ac fulgidas, annulosque & armillas detrahe, & quicquid eſt aliud, quo & ipſa ſibi placeat, & placere aliis ſtudeat, obiice illi domeſticas curas, penſa, acus, & colos, & ſi quid eſt operis, quod ſuaues ac molles manus in callum duret. Seduc eam à ſpectaculis, è concurſu populi. Feſtis etiam diebus illam domi contine. Nullum vagis ac diſcolis cogitationibus tempus linque. Occupatio & labor, & incultior habitus, & victus aſperior, & ſeceſſus, inque vnum aliquid iugis intentio. Ad hæc teſtis charus, & verendus, frequens admonitio, dulces minæ, & ſi quando res exigat, aſperæ. Hæ ſunt caſtitatis aduerſus impudicitiam ſeræ ac vectes, qui & inſultantes ocioſo animo paſſiones arceant. & ingreſſas eiiciant. D. Filia impudica eſt. R. Eccleſiaſticum conſilium: Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire. Etſi autem nihil pene triſtius pati poſſis, modo tamen paterni officii nihil omiſeris, eſt vnde mœſtum te ſoleris. Tuus enim poteſt eſſe dolor ſed non pudor, nec crimen. Nam præcipitem in libidines animum frænare difficile eſt valde, & niſi Deus in manum adhibeat, impoſſibile homini. Tantus eſt enim impetus tamque effrenis, vt contra eum fruſtra ſæpenumero parentes, fruſtra & fratres, fruſtra etiam ipſe vir laboret, neq; id mirum cum ſit ſcriptum. Aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus dat. Neve hinc pudicitiæ excuſatio vlla ſit, dat hoc Deus pia fide poſcentibus, quodque in ſe eſt annitentibus ac ſcientibus cuius ſit hoc donum, riteque & ipſum æſtimantibus, & authorem. D. Filia adultera eſt. R. Si nupta, habes participem generum doloris. Habes & ipſum Cæſarem Auguſtum, & iniuriæ comitem, & vltionis exemplum.

*De filiæ caſtitate.* DIAL. LXXIV.

GAV.

Caſta eſt mihi filia. R. Iucunditas magna, ſed ſollicita. Quanto enim caſtitas maior, tanto in eam vigilantior libido. Nihil tam ardenter inuaditur, quam quod caſtis excubiis, & fœmineo pudore vallatum eſt. Conceſſo calle corruptor it ſegnius, & permiſſa tepentius appetuntur, multum concupitæ rei difficilis ſolet eſſe cuſtodia. G. Inſignis natæ pudicitia eſt. R. Eſt vbi res optima rei peſſimæ materiam præbet. Magna Lucretiæ forma fuit, ſed nil æque ac ſpectata matronæ nobilis caſtitas veſanum iuuenem in adulterium violentum ſtimulis egit ardentibus. Sic bonorum donis abutitur nequitia reproborum. G. Caſtitas filiæ nota eſt. R. Opta vt perpetua ſit. apud Poetam legis, *Varium & mutabile ſemper fœmina.* Quod ſi Maro non diceret, nunquid minus ideo certum eſſet? Quot adoleſcentulas pudicas primum, poſt laſciuas anus vidimus? Et ita præſentibus vitiis cum præterita caſtitate certantes, vt pudice acti quaſi perditi temporis pœnituiſſe videtur, quo nullum fœdius illo in ſexu atque ætate ludibrium. G. Caſtiſſima mihi filia. R. Seipſam cognouerit, ſciueritque cuius eſt domini caſtitas, & illi gratias agens ad cuſtodiam boni ſui totum peruenerit, erit (fateor) vnde & ſecum Deo gratias agas, & gaudeas, magis quam ſi illam regiis nuptiis illuſtraſſes. Eſt tamen interim (mihi crede) quod timeas. Cum ſit enim in omnibus rara conſtantia, tum in fœminis nulla eſt.

Τέκνο τροφίη φαλερὸν· τὴν μὲν γὰρ ἐπιτυχίην ἀγῶνος μεςὴν καὶ φροντίδος κέκτητ'· τὴν δ' ἀποτυχίην, ἀνυπέρθετον ἑτέρην ὀδύνην, id eſt, Perículoſa eſt educatio liberorum. Nam ſi res bene cedat, multum ſollicitudinis & curarum affert: ſi male, alios dolores neceſſ[...] *Democritus.*

Eſt profecto (vt videre videor) magnum virtutis [...] claris ortum eſſe parentibus. Solent enim iuuenes, q[...] dolis habent, ne degenerare videantur, maiorum [...] tem æmulari, & ad paternarum laudum aſpirare [...] Philippi nomen Alexandrum: ſic maioris Africani glori[...] Scipionem: ſic Cæſaris Iulii fama Octauianum excita[...] Pyrrhus Achilleides animoſus imagine patris. Te q[...] uice, quanquam Deo & natura ducente, tuisque a[...] diis, virtutem amas: non parum anteceſſorum [...] re poſſunt imagines, quorum mores æquare vt ar[...] le, ſic certe pulchrum & laudabile. *Baptiſta Manthu[...] ſcar.*

Quare, vt ſolidus, ſtabilis, & quietus conceptus ſi[...] corporibus ebrietate diffuſis dare operam liberis: qu[...] refertus, tam animæ quam corporis rabie concitatus [...] hit & trahitur. Idcirco ebrius, tanquam mente captus, [...] eſt inutilis. *Plato ſexto Dialogo de legibus.*

Οὐ δοκεῖ μοι χρῆναι παῖδας κτᾶσθαι· ἐνορῶ γὰρ ἐν παίδ[...] λοὺς μὲν καὶ μεγάλους κινδύνους, πολλὰς καὶ λύπας, ὀλίγα [...] καὶ ταῦτα λεπτὰ καὶ ἀσθενέα. Id eſt, Non probo liberor[...] tionem. Nam in ipſorum poſſeſſione multa magna[...] ineſſe video, & moleſtias plurimas: Pauca vero iucunda [...] & exilia. *Democritus.*

Palam eſt ignauos ſæpe filios claris ortos eſſe parent[...] Scipione legimus, Cicerone, Herode Attico. Cauſam [...] problematibus adfert: Mentem viri præſtantis, magis [...] ſus, carnisque remotam, ac quaſi ſuſpenſam, inopem [...] ptis genituram præſtare. Contra vero claros ex ignauis [...] bonos ſæpe genitos videmus, vt tot ſanctos viros ex [...] nefariis. Plerunque tamen iuxta Græcum Prouerbium [...] let, κακοῦ κόρακος, κακὸν ᾠόν. Plato felicem dicit fieri g[...] vtrisque bonis, malam vero ex vtrisque malis. Bonum [...] ligit ex concordi diſcordi prouenientem, vt videlicet [...] nia mitioribus copulentur, vehementiora remiſſionibus [...] *Philologiæ, Titulo, Ex liberis bona malaq;.*

Hoc generi hominum prope natura datum, vt [...] laus aliqua forte floruerit: hanc fere qui ſunt eius ſtirpis [...] mo hominum ad memoriam patrum virtute celebre[...] me perſequuntur: Siquidem non modo in gloria rei [...] lum Scipio, aut Maximum filius: Sed etiam in deuotione [...] pſo genere mortis imitatus eſt Publium Deciam filius [...] *oratione pro Caio Rabirio Poſthumo.*

Oportet ante omnia Diis non tam multa, quam fre[...] pie ſacrificare. Deinde parentum alere ſenectutem, [...] filiis vitam accommodare. Qui autem hæc neglexerit, [...] ræ & iuſtitiæ leges aget. Vxoris igitur, & filiorum cura[...] dam, vt ab ipſis in ſenectute recipiamur. *Theophraſtus.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Ageſilaus.* Cum miro eſſet affectu erga liberos ſuos [...] quando arundine pro equo conſcenſa, vna cum pueris [...] Id ex amicis illius quodam vidente, rogauit, ne cui ho[...] tur diceret, priusquam ipſe quoque liberorum pater [...] Feſtiue ſubindicans, eum luſum nequaquam leuitatis [...] fuiſſe. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Crœſus.* Quum Cambyſes, ſe cum patre Cyro confer[...] illum patre præſtantiorem affirmantibus: Crœſus re[...] nondum patri æquandum, qui nondum reliquiſſet fili[...] & hoc eſſe non infimum erga rempublicam meritum [...] ipſe te præſtiteris egregium virum, ſed aliquem tui ſimile[...] educesque patriæ. *Eraſ. l. 6. apoph.*

*Cæſar.* Quum Romæ videret peregrinos quoſdam [...] num ac ſimiarum catulos in gremio circumferentes, [...] re in deliciis, percontatus eſt: Nam apud illos fœminæ [...] ros? Sentiens, nullos catulos eſſe iucundiores infantibus. [...] *vita Periclis, tametſi non indicat, cuius Cæſaris hoc dictum [...] ſpicor eſſe Auguſt.*

*Antoninus Pius*, biduo priusquam moreretur, [...] aperuit ſententiam ſuam de filio, eandem quam Philippus [...] xandro, dicens: Se æquo animo mori, cum filium relinqueret [...] *pitolinus.*

*Thales* filios ſubinde admonebat, vt parentibus bene[...] his verbis: Quale præmium rependeris parentibus tuis, [...] ris tuis expectato. *Laert. lib. 1.*

*Pittacus*, filium admonens, ne cum Patre in iudicio [...] verbis vſus eſt, Si de patre iniquiora dixeris, damnaberis [...] ra, vel ob iſtud damnari dignus es, *Stob. ſerm. 77.*

*Telecrus*, cuidam nuntianti, patrem de eo male loqui: [...] quit, illi dicendum eſſet, haud quaquam diceret, [...]

...culpam, quam committere vt pater quicquam temere ...retur. Habes & pietatis ſimul & modeſtiæ exemplum. ...Lacon.

... Percontanti, quare mos eſſet apud Spartanos, vt iuuenes ...ſenioribus: Vt, inquit, aſſueti honorem habere nulla pro... iunctis, magis honorent parentes. Optima ratio con...di ad debitum officium, ſi vltra quam debetur doceamur ...dum. Veluti ſi quis aſſueſcat cum vxore verecunde caſteque ..., multo minus improbus erit apud alienos. *Plutarch. in* ...

...*vltimum Regem Laconum* huius nominis, cum rogaſ... ...parentes, vt ſibi in re quapiam iniuſte adeſſet, recuſauit illis ali... Verum cum inſtarent, hunc in modum reſpondit: Donec ...apud vos, nullam omnino tenebam iuſtitiæ ſcientiam. Ve... ...me patriæ tradidiſtis, patriæque legibus, conabor huic ma... obtemperare quam vobis. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Scythæ.* Dario totius regni viribus ſubinde impetum faciente ...paulatim cedentes ad vltimas ſolitudines peruenerant. In... ...tandem ab eo, quem fugiendi finem eſſent facturi? Re... ..., ſe nec agros, nec villas nec vrbes, pro quibus dimica... ...haberet: Cæterum cum ad parentum ſuorum monumenta per... ...eſſet, tum denique ſciturum Darium, quomodo Scythæ ſo... ...præliari. *Eraſ. 6. apoph.*

*Alexander*, cum ſibi multa de matre ſcripſiſſet Antipater: Igno..., inquit, Antipater matris vnicam lachrymam multarum calum... ...epiſtolas deleturam eſſe. *Plut.*

*Demetrius Phalereus* admonebat adoleſcentes, vt in ſolitudine ..., in via obuios, & domi parentes diligenter reuererentur. *Laert. l. 5.*

*Epaminondas*, ex omnibus quæ præclare & honeſte geſſiſſet in ... ſibi dicebat eſſe iucundiſſimum, quod vtroque parente vi... Leuctrica pugna viciſſet Lacedæmonios. Vir pius non tam ſi... ...eſt eam ob tigiſſe gloriam, quam hanc voluptatem ex ... his, quibus vitam ſuam acceptam ferebat. *Plutarch. in apoph.*

*M. Cato.* Adoleſcens quidam patris vita defuncti inimicum mox ...vocauit, vltusque eſt, quem Cato obuium comiter amplexus. ...oportet, inquit, non agnis hœdisve, ſed è malorum lachrymis ...nationibus parentum exequias celebrare. *Eraſm. 5. capit. apoph.*

*Coriolanus*, cum merito iratus ingrato populo Romano, exitium ...moliretur, nec à legatis, nec à ſacerdotibus exorari poſſet: Vetu... mater ... cum vxore filii ac liberis in caſtra venit. In cuius com...ſum quum accurreret Coriolanus: Sine, inquit illa prius ſciam, ...ad hoſtem an ad filium venerim, & vtrum captiua an mater ...tuis ſim. Hæc aliaque quum dixiſſet, matrem complexus: ...pugnaſti, inquit, & viciſti iram meam. Patria, te quamvis mihi ...inuiſam, huius precibus dono. *Liuius.*

*Anton. Geta.* Quum Antonini Getæ pater Seuerus deſtinaſſet o...s diuerſarum partium occidere, inter ſuos dicere ſolitus eſt: Ho... vobis eripio, adeo conſentiente Baſſiano, vt liberos etiam illorũ ...decerneret necari, Geta puer interrogauit, quantus eſſet occidendo... numerus? Eum quum pater edidiſſet, rogauit, num iſti habe... parentes ac propinquos? quum reſponſum eſſet, Habere & qui... multos. Plures ergo, inquit, in ciuitate triſtes futuri ſunt, quam ..., quod vicimus. Valuiſſet cordatum pueri dictum, niſi quorun... crudelitas obſtitiſſet. *Ælius Spartianus.*

*Ariſtippus.* Incuſante quodam, quod filium ſic abiiceret, neglige..., quaſi ex ipſo natus non eſſet: An non, inquit, & pituitam & ...culos è nobis natos, velut inutiles, procul à nobis abiicimus? ...eos non habendos pro filiis, qui nihil haberent alioqui, quo ... parentum affectui commendent, niſi quod ab ipſis progeniti ... In ſenex in comœdia: Tantiſper te volo meum, dum id quod ...e dignum facis. *Laert. lib. 2.*

*Anonyma.* Lacæna quædam, filium qui profectus in militiam, in ...e loco fugerat, non tantum vt ignauum & inobedientem abdi..., ſed occidit penitus. De qua hoc extat. *apud Plut. in Lacæna... apoph. Epigramma*:

*Germen iners abeas ad tartara, teq; peroſus*
*Eurotas, ceruis nec det aquam timidis.*
*Ignauus Catulus, mala ſors, hinc vade ſub orcum,*
*I Spartâ indignus, quem nec ego peperi.*

*Damatria.* Cum filium haberet, qui ſe in bello non ſtrenue ...iſſet, domum redeuntem non abdicauit tantum, ſed occidit ..., dicens: Nequaquam conuenire, vt ex fortiſſimis parenti... natus filius, ignauus ſuperſtes eſſet. *Plutarchus in Lacænarum apoph.*

*Teleutia.* Quum Chii exules veniſſent Spartam, quam plurimi ...nominibus incuſabant Pædaretum. Eos mater Teleutia ad ...acceſſit, ex his vbi cognouiſſet, quæ filio obiicerent, videreturq; ...in culpa eſſe, ſcripſit illi in hunc modum: Mater Pedareto. Aut ...melius viue, aut illic mane, Virago mortem minata eſt filio, ni mo... corrigeret ſuos. *Plut. in apoph. Lacænarum.*

*Alexander* reprehenſus ab vxore, quod filium inutilem abdi...aſſet, diceretq; ex eo eſſe, cum expuiſſet in terram, Et hoc, inquit, ...e eſt, at non vtile. *Stob. ſerm. 23.*

*Auguſt. Cæſar.* Iuliam filiam ac neptem relegarat: deinde Agrippam, prius optatum, poſt ob ſordidum ac ferox ingenium abdicatum. Ad omnem horum mentionem ſolebat exclamare verſu Homerico:

αἴθ᾽ ὄφελον ἄγαμός τ᾽ ἔμεναι, ἄγονός τ᾽ ἀπολέσθαι.
*O vtinam cælebs vixiſſem orbusq; periſſem.*

Nec aliter illos appellabat, quam tres vomicas, ſeu tria carcinomata ſua. Suorum enim mortem leuius ferebat, quam dedecora. Quin & teſtamento cauit, ne ſi quid accidiſſet Iuliæ filiæ & nepti, ſepulchro ſuo inferrentur. *Eraſmus libro 4. apoph. ex Suetonij Auguſto.*

*Titus.* Non legiones, inquit, non claſſes, perinde ſunt firma imperii munimenta, quàm numeri liberorum. Nam amici tempore, fortuna, cupidinibus aliquando, aut erroribus imminuuntur, transferuntur, deſinunt, ſuus cuique ſanguis indiſcretus, ſed maxime principibus; quorum proſperis & alii fruuntur, aduerſa ad iunctiſſimos pertinent. Ne fratribus quidem manſura concordia, ni pater exemplum præbeat. *Tacit. hiſt. lib. 4.*

*Solon* interrogatus, cur nullas leges aduerſus eos, qui parentes verberaſſent, conſtituiſſet. Quod nullos, inquit, tales extituros exiſtimabam. *Ant. in Meliſſa, parte 2. ſer. 11. Max. ſer. 25.*

*Diogen.* Ad eum qui patrem deſpiciebat: Non te pudet, inquit, eum contemnere, cui debes hoc ipſum quod tibi places? Dicti gratia ſita eſt in alluſione contrariorum. Pugnant inter ſeſe, deſpectui eſſe, & ſibi placere. *Laert. lib. 6.*

*Plato* videns quendam erga Patrem ſuum faſtuoſius agere. Non deſines, inquit, adoleſcens illum contemnere, cuius gratia altum ſapere vis? *Stob. ſer. 77. & Max. ſer. 33.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi.* Vt regula eſt humanæ naturæ, vt omnis homo naſcatur duos oculos habens, & quinos digitos: aliquando tamen vt manifeſtentur opera Dei, naſcitur homo aut ſex digitos habens, aut oculos omnino non habens: Sic & homo extra regulam naturæ raro procedit, vt diſſimilis naſcatur filius parentibus. *in Matth. 23. hom. 45.*

*Sicut arbor* in fructu cognoſcitur, & fructus per arborem demõſtratur: Sic parentes cognoſcuntur in filiis, filii per parẽtes. *in Matt. 23. hom. 45.*

*Anonymi.* vt ferrum aut chalybs cætera quidem duritie, rigoreq; ſuperat, ab adamante vincitur. Ita res quidem potens eſt amor in liberos, ſed hunc quoque ſuperat pietas in Deum. *in Simil.*

## ¶ ADAGIA.

### Filius degenerans.

*In filium, qui paterno degenerat inſtituto: vel qui non diu fruitur à patre relictis, ſed excutitur a maiorum facultatibus. Appoſite autem torquebatur ex Iliad. ε.*

ἀλλ᾽ οὐχ υἱὸς ἐν ἔντεσι πατρὸς ἐγήρα.

Id eſt:

*At non conſenuit patrijs in filius armis.*

ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα.

### Virorum Heroum filii noxæ.

*Veteribus illud obſeruatum fuit præſtantium virorum filios multum à progenitorum moribus abfuiſſe. Vnde & Demoſthenes dixit:* τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ εἱμαρμένη εἴη φαύλους ἀποβαίνειν τοὺς υἱούς. Id eſt: *A viris egregijs, perinde quaſi fato quodam id accidat, improbos proficiſci filios. Atq; hæc Demoſthenis ſententia refertur ab Ariſtide in Cimone. Manet & hodie vulgatus iocus, nempe. Ex ſapientiſſimis patribus ſtultiſſimos propagari liberos. Euripides in Heraclidis generatim hanc ſententiam ad omnes mortales retulit:*

ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως
εὕροις ἂν ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός.
*Vnum forſan inter plurimos*
*Inueneris, qui patre non ſit nequior.*

*Declarat hoc argumentum Ælius Spartianus in Seuero Cæſare, multis exemplis declarans: ita fere vſu veniſſe, vt viri ſeu virtute, ſeu literis ſeu fortunæ indulgentia inſignes, aut nullos omnino liberos habuerint, aut tales reliquerint, vt magis ex vſu rerum humanarum fuerint, illos abſq; liberis diſcedere.*

### Nunquam ex malo patre bonus filius.

*Euripides hanc ſententiam prouerbio celebrem fuiſſe teſtatur: ex malo patre non progigni bonos liberos.*

φεῦ φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει·
οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός.
*Heu, Heu, vt illud dictitant recte: probum*
*Patre ab improbo non poſſe naſci filium!*

Adſtipulatur huic dicto prouerbium illud:

Κακοῦ κόρακος, κακὸν ᾠόν, id eſt, *Mali corui malum ouum.*

*Item illud Theognidis:* οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται. Id eſt: Non *etenim ex ſquillis roſa naſcitur.*

## ¶ HISTORICA EXEMPLA.

Bonorum parentum degeneres filii, Chreſippus Gabriæ Athe-

niensis filius, Gerſa & Eliezer Moſi filii, C. Caligula Germanici filius, Commodus Imperator M. Antonini philoſophi filius Licinius Galienus Imperatoris Pub. Cornelii Licinii Valeriani filius. *Baptiſtæ Fulgoſi, de dictis factisq; memorabil. lib. 5. c. 5.*

Carinus Cari Imperatoris filius: Samuelis prophetæ filius: Henricus Imperator, Henrici ſecundi filius: Vencislaus Cæſaris Boemiæ Regis Caroli quarti filius: Noradinus Damaſcenus Sulthanus Saladini filius: Ioannes vicecomes primi Ducis Ioannis Galeatii filius: Item Franciſci Sfortiæ filii, maior natu Galeatius, Philip. & Ludou. *Idem.*

Scipio ignobilis Africani Filius: Q. Fabius Q. Fabii Maximi Allobrogici & ciuis & Imperatoris clariſſimi filius: Clodii Pulchri filius: Hortenſius Corbio Quinti Hortenſii eloquentiſſimi ciuis nepos, *Ex Valer. Maxim.*

# Finis.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

FINIS, pro mercede vel pœna quæ opus ſequitur. *Philip.* 3. 19. finem ſuum neſcit homo, *Eccl.* 9. 12. finis rerum omnium inſtat, 1. *Pet.* 4. 7. In finem ſeculorum incidimus, 1. *Cor.* 10. 11. finis legis Chriſtus, *Rom.* 10. 4.

## ¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Ouid, Epiſt. 2.

*Exitus acta probat: careat ſucceſſibus opto,*
*Quisquis ab euentu facta notanda putat.*

Iuuenalis 10.

*Feſtino ad noſtros, & Regem transeo Ponti,*
*Et Crœſum, quem vox iuſti facunda Solonis*
*Reſpicere ad longa iuſſit ſpatia vltima vitæ.*

Boet. 2. 3.

*Repetunt proprios quæq; recurſus,*
*Redituq; ſuo ſingula gaudent.*
*Nec manet vlli traditur ordo,*
*Niſi quod fini iunxerit ortum,*
*Stabilemq; ſui fecerit orbem.*

## ¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORVM.

### ET HIST.

Finis eſt bonum aliquod, cuius cauſa aliquid aut natura, aut arte fit. Nam quod fortuito euenit; nullius rei gratia fieri dicitur. *l. 2. de demonſtr. c. 2. T. 12. Ariſt.*

Inter fines is, qui perfectus eſt, ſemper præcellit imperfectum. Perfectus porro eſt, quo admoto, nullo amplius nobis opus eſt. Imperfectus contra quo aſſidente, nonnihil quo indigeamus abeſt nobis. *l. 1. Magn. Moral. c. 2.*

Non omne quod extremum eſt, finis dicitur, ſed id deniq;, quod eſt omnium præſtantiſſimum, *l. 2. de Natura, c. 2. T. 23.*

Id cuius cauſa fit aliquid, & quod eius cauſa efficitur, fortuna euenire poſſunt. *l. 2. de Nat. c. 8. T. 85.*

Eſt idem finis & actio; neque aliud quippiam eſt præter actionem finis. *l. 2. Magno Moral. 12.*

Eſt finis id, vnde principium non agendi, ſed cogitandi ducitur, *l. 2. de Natur. c. 9. T. 89.*

Id cuius cauſa aliquid efficitur, finis eſt; eiusmodi autem eſt id quod non alio ſed ad ipſum cætera referuntur. *l. 1. Breuior. Met. c. 2. T. 8.*

Fieri non poteſt, vt cauſa ad quam aliquid refertur, infinite progredi poſſit.

Finis eſt cuius gratia omnia comparantur, & cuius gratia cæteræ res habentia. *l. 1. Reth. c. 7.*

Maius bonum eſt finis, quam quod finis non eſt. *ibid.*

Quod per ſe bonum eſt, ſuaque vi & natura, id omne finis eſt; & ita cauſa, vt eius gratia & fiant & ſint cætera omnia, finis autem & id quo alia referuntur actionis alicuius finis eſt: actiones vero omnes cum motu coniunctæ ſunt. *Libro ſecundo Metaphyſic. cap. ſecundo T. 3.*

Ea omnia quæ, cum aliquid motum attulit ei ac fini interiecta ſunt, ad finem omnia referuntur; hoc autem inter ſe differunt, quod alia vt inſtrumenta ſint, alia quaſi opera. *lib. 4. Metaphyſic. c. 2. T. 2.*

Finis turpis laudem egregiam maculat. *Tacit. hiſt. l. 4.*

Verbis res maximas aggredi prorſus eſt facile: difficile verò rem egregiam reipſa præſtare. Quapropter & hoc quidem quibusvis in promptu eſt, & omnibus (vt ita dicam) tantum audire ſcientibus commune; illud verò rarum admodum, quodque paucis in vita contingit. *Polyb. lib. 5.*

Res arduas grauiter ordiri, & impetu quodam ad incrementa rerum contendere, multis iam contigiſſe; ſed propoſitum ad finem deducere, & ſicubi fortuna obſtiterit, ratione & induſtria id quod promptitudini ac alacritati decedit, adimplere, paucorum eſſe videtur. *Idem lib. 16.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Ageſilaus* audiens quendam Perſarum Regis adhuc admirari felicitatem, reſpondit; Nondum vitæ finis adeſt, ... Nam ne Priamus quidem quum eius eſſet ætatis ... tamen miſere iam ſenex in Troiano incendio ... diem. *Plut. in apoph.*

*Epaminondas* interrogatus, quem arbitraretur ducem ... tiſſimum; ſeipſumne, an Chabriam, an Iphicratem? ... catu perdifficile eſt, donec viuimus. Alludit ad Solonis ... nem hominis vbique ſpectabat. Quamdiu enim ... teſt ad meliora proficere, & ad deteriora degenerare. ... *apoph.*

*Fridericus Imperat.* Percontatus aliquando quid ... mum poſſit contingere? reſpondit, Bonus in hac vita ... *Syl. l. 4. commentario in Alphonſi res geſtas.*

# Fœdus.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

FOEDVS eſt pax quæ fit inter dimicantes, vel à fide, ... bus, id eſt, ſacerdotibus dictum, per ipſos enim fieb... ſicut per ſeculares bella. Alii fœdera dicta putant ... & crudeliter occiſa: cuius mors optabatur ei, qui a ... *Virgilius, & cæſa figebant fœdera porca.* Fœderis pan... dictæ quaſi in dies otia. *Iſid. lib. 18. c. 1. orig.*

Fœdus *Hebr. Berith.* vox cognationem habet cum ... *thar*, diſſecauit, per medium diuiſit, à diſſectione ... crationibus quæ in fœderibus pangendis obſeruaban...

## ¶ BIBLICI LOCI.

Fœdus cum impiis inire prohibemur, *Oſea* 12. 1. ... fœdus cum impiis percuſſerant. 2. *Par.* 20. 37. Fœdus ... bus contra Dei voluntatem initum punitur, *Iud.* 1. 24. ... *Reg.* 20. 34. 41. 2. *Par.* 19. 2. Fœdus cum quibus ſit ineundum ... 32. & 34. 15. *Deut.* 7. 3. & 20. 13. 1. *Reg.* 20. v. 36. 42. Fœdus ... ſum cum Noah, *Gen.* 6. 18. & 9. 12. Abrahamo, 15. 18. & ... circumciſionis cum Abrahamo à Deo initum, *Gen.* 17. ... cum Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo, *Exod.* 2. 24. Fœdus ... ſum cum populo ſuo, *Gen.* 17. 7. *Exod.* 6. 4. & 19. 5. 24. ... *Leu.* 26. 45. *Deut.* 4. 23. & 5. 2. *Eſa.* 59. 2. & 61. 9. *Ier.* 11. ... 22. & 31. 1. 31. 32. 33. & 32. 38. 40. *Ezech.* 11. 20. & 14. 11. & ... & 37. 27. 28. *Oſea* 1. 18. 23. 24. *Zach.* 8. 8. & 13. 9. *Rom.* 11. 27. ... *Hebr.* 8. 8. 10. & 10. 6. 16. *Apoc.* 21. 3. 7. à populo cum Deo ... *Reg.* 23. 3. *Par.* 25. 12. & 23. 16. *Nehem.* 10. 29.

Fœdus antiquum ſanguine conſecrabatur, *Exod.* 24. ... 9. 20. Fœdus nouum æternum, 13. 20. per Chriſtum ... 8. 6.

Fœdera pro tabulis fœderis, *Rom.* 9. 4. ...

De Dei fœdere, præſertim gratuito, pauca quedam ... De bonis cœleſtibus per verbum & Sacramenta Deus ... paciſcitur, fœdus Dei generale & Speciale. Generale ... exſtat, *Gen.* 9. & 9. 10. 12. *Ier.* 33. 20. Speciale & particulare ... reſtringitur, quibus bonum aliquod promittit, eosdem ... obſtringit, vt præſtent ea quæ requirit ab ipſis. Hoc ... eſt, legale & Euangelicum fœdus legis eſt conditionale ... viues: de quo quid ſentiendum ſit docet Apoſtolus, ... 21, De fœdere Euangelico lege dicta, *Gen.* 3. 15. & 4. 4. ... 7. 10. &c. Item, *cap.* 22. 26. 28. & 35. *Hebr.* 11. 4.

In fœderis gratuiti conſideratione ſex capita nobis ... gnitio Dei, hominis, mediatoris leges fœderis, duratio ... & teſtimonia fœderis huius.

1. Deus cognoſcitur vnus eſſentia, trinus in perſonis, ... nus, iuſtus, miſericors, omnipotens, ſapiens, verax, im... niſcius, &c. Poſt Adami lapſum, promiſit ſemen mulieris ... lium ſuum, vt diſſoluat opera diaboli, *Gen.* 3. 15. *Ioan.* ...

2. Homo, eſt cœtus ex Iudæis & Gentibus ad fœderis ... participationem vocatus. fœdus illud gratuitum non ... nes adultos in Chriſtum credentes verum etiam creden... tes amplectitur, quemadmodum Abrahami & ſeminis ... Deum eſſe profitetur. Vide *Matth.* 19. 14. *Rom.* 9. 11. *Gal.* ... 12. *Rom.* 11. 16. 1. *Cor.* 7. 14. *Heb.* 11. 4. & 13. 8.

3. Chriſtus in toto ſacro codice graphyce depictus ... diator noſter Deus homo, ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio ... ptio noſtra. vide Chriſtus & memoriæ refricandæ gratia ... *Ioan.* 3. 16. *Rom.* 5. 8. & 8. 33. 1. *Tim.* 2. 5. 1. *Cor.* 1. 30. 2. *Cor.* ... & 9. 15. 1. *Ioan.* 4. 9.

4. Leges fœderis ſunt à Dei parte: nobis & Semini ... Deum, *Gen.* 17. 7. tum præſentis, tum vitæ æternæ ... 4. 5. *Ier.* 3. 31. & 32. 40. *Ezech.* 36. 26. *Eſai.* 54. 7. *Oſeæ* ... &c. Pollicemur Deo fidem & nouam obedientiam.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Duratio eſt æterna, ratione æternæ ſeu immutabilis veritatis ...luntatis in Deo, primaria aſſumente & conſtituente fœderis ... 2. ratione continuationis fœderatorum. 3. ratione vitæ fu-...

Inſtrumenta & ſigilla fœderis ſunt verbum Dei & ſacramen-... de quibus prolixè Theologi. Vide poſtea voces SACRAMEN-... ET VERBVM.

...ominum mutuis fœderibus ſequentia dicta addantur.

¶ SENTENTIAE HISTORICAE.

Fœdera ſancta ſunt apud eos homines apud quos iuxta diuinas ...giones fides humana colitur. *Liu. Dec.1.l.9.*

...verbis aut armis caſtigandus eſt, qui fœdera rumpit. *Idem* ...

Qui ſapiunt, ſociorum ſeu confœderatorum ſuorum iniurias ...egligunt, nec differunt vltionem, cum ipſorum non differa-... iniuria. *Thucyd.lib.1.*

Qui recens in amicitiam venerint, non infortunio, ſed beneficiis ...affecti, ſeruare fidem conſueuerunt. *Procop. de bello Goth.* ...

Eos qui præſunt fœderatis oportet quidem in priuatis rebus æ-...tatem ſeruare, in publicis verò plus habere authoritatis, vt a-... proſpiciant, eamq; ob cauſam à cæteris honore afficiuntur. *Thu-cyd. lib.1.*

Scimus neque priuatis hominibus amicitiam ſtabilem eſſe, neq; ...ciuibus ſocietatem, niſi fiat cum opinione virtutis, & niſi in cæteris ...rebus ſimiles. Diſſidentibus enim opinionibus & voluntatibus ...t opera diuerſa. *idem lib.3.*

Metus mutuus vinculum eſt fidelis ſocietatis. Nam volens trans-...di, ſi non antecellat, inuadendo abſterretur. *ibid.*

Nulla poteſt eſſe amicitia aut fida libertas, in qua præter animi ...tatem fœderati ſuſpiciosè alii alios obſeruant. *ibid.*

In fœderibus conſtitutum eſt, vt cum incidunt controuerſiæ, iu-...dirimantur, nec ante iudicium quiſquam poſſeſſione deiicia-...r. *idem lib.1.*

Fœdera violant, non qui depellunt, ſed qui priores inferunt iniu-...am. *idem, eod. lib.*

Violant fœdera non qui deſerti alia auxilia quærunt, ſed qui ſo-...s non defendunt. *ibid.*

Qui rupto fœdere iniuriam inferunt. Numinis ſunt contempto-...s. *Plutarch. in Ageſilao.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Nulla ſocietas optimis ciuibus cum importuniſſimo hoſte fœde-...e vllo confirmari poteſt. *Cic. in offic.*

¶ SIMILITVDO.

Plinij. Vt adamas ſi frangi contingat malleis, in diminutiſſimas ...ruſtas, adeo vt vix oculis cerni queant: Ita arctiſſima neceſ-...do ſi quando contingat dirimi, in ſummam vertitur ſimulta-...m, & ex arctiſſimis fœderibus, ſi ſemel rumpantur, maxima na-...ntur diſſidia: Aut ſupra modum incandeſcit ſemel victa lenitas. ...b. 37. c. 4.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Fœderis quod inter ſe percutiunt homines, exempla: Eſcol & ...er cum Abrahamo, *Gen.*14.*v.*13. Abraham cum Abimelech, 21, ... Iſaac cum Abimelech, 26.*v.*31. Iacob cum Laban, 31.44. Ioſua ...m Gabaonitis, *Ioſ.*9.15. Dauid cum Ionatha, 1. *Sam.* 18.3. & 30.16. ... 23.18. Dauid cum Senioribus Iſrael, 2. *Sam.*5.*v.*3. 1. *Paral.*11. *v.*30. ...ner cum Dauide, 2. *Sam.*3.*v.*12.21. Salomon cum Hiram, 1. *Reg.* ... Aſa cum Benadad, 15.19. 2. *Paral.*16.3. Achab cum Benadad, ... *Reg.*20.*v.*34. Ioſaphat cum Ochoſia, 2. *Paral.*20.*v.*35.37. Ioſaphat ...m Achab, 1. *Reg.*22.24. Ioiada cum Præfectis militum, 2. *Reg.*11.4. ... *Paral.* 23.1. Ephraim cum Aſſyriis, *Oſe.*12.1. Demetrius cum Iudæis, ... *Macchab.*10.*v.*15.16. Demetrius cum Ptolomæo, 11.*v.*8.9. Romani ...m Iudæis, 16.*v.*16.17.

¶ EXEMPLA HISTORICA.

*Iureiurando ſe obſtrinxerunt* Græci omnes, cum aduerſus copias ...is dimicaturi eſſent, in hæc verba: Vitam libertate, pluris non ...am, neque deſeram imperatores, neque viuos neque mortuos; ...eos è ſociis, qui in prælio occubuerint, omnes ſepeliam: & vbi ...victor extitero, etiam barbaros, ex iis ciuitatibus, quæ pro Græ-... pugnauerint, nullam deuaſtabo: quæ barbari partes ſequi ma-...erunt, omnes decimabo: fanorum, quæ à barbaris incenſa, & di-...ta ſunt, nullum omnino excitabo: ſed ſinam impietatis barbaricæ ...t in omni poſteritate monimentum. *Muret. libr. 3. Var. lect. ca-p.10.*

*Græci*, qui cum Cyro aduerſus Perſas aſcenderunt, fœdus percuſ-...runt, mactato tauro, & lupo, & apro, & ariete in ſanguine intin-...tes Græci enſem, Barbari haſtam iureiurando addito, neutri al-...s ſe deſerturos, ſed belli fore ſocios. Barbari verò inſuper iura-... ſe ſine fraude ducturos eſſe. *Suid.*

*Claudius Cæſar* cum regibus fœdus in foro icit, porca cæſa, & vetere fœcialium præfatione adhibita. *Sueton.*

*Perceptione corporis* & ſanguinis Domini, confirmata fuit pax inter Henricum IV. Imper. & Paſchalem Romanorum Pontificem. *Sigebertus.*

*Perſæ* inter vinum & epulas, frequentiq; conuiuio, vxores, filios, amicosq; omnes habent, & tanquam fidei pignora adhibent: vbiq; inter ſacra menſæ, velut apud hoſpitales Deos fœdera & pacta ineunt: & ſic fidem ſocialem ratam, & manſuræ pacis pignus inuiolabile eſſe putarunt. *Alex. lib.5. c.3.*

*Dux Romæ*, à medio diei fœdus non ferit, nec formulam conſcribit. *Plut. in quæſt. Roman.*

*Plut. in Galba vita & Dion. lib.57.* ſcribunt ſuis temporibus moris fuiſſe, vt Romani milites Kal. Ianuar. in nomen Imper. iurarent; cum antea ſtante Repub. in ſenatus populique Romani iurare ſoliti fuiſſent.

*Fœdus firmantes Medi & Arabes*, miſſim è leuiter vulneratis brachiis aut pollicibus ſanguinem inuicem lambebant.

Romani fœdus firmabant porca ſaxo contuſa, cum imprecationibus, vt ſic cæderentur, qui fœdere rupto à promiſſa fide diſcederent. *Franc. Patric. de regno. lib.8. c. 20.*

¶ EXEMPLA HISTORICA.

*Apud Romanos* Sacerdos fecialis ex iuſſu regis ſumpta ex arce graminis herba pura, feriebat porcum ſilice, dicens: Sic à Ioue feriatur is, qui ſanctum hoc fregerit fœdus, vt ego hunc porcum ferio. *Liu. vol.1. ab vrb. cond.*

*Arabes* quoties fœdus faciebant cum aliis, quidam medius inter vtrumque ſtans, acuto lapide feriebat volam iuxta maiores digitos ipſorum qui fœdus agebant: deinde ſumpto flocco ex vtriuſque veſtimento, iniungebat eo ſanguine ſeptem lapides in medio poſitos, inter vngendum inuocans Dionyſium & Vraniam. Hoc acto idem, qui fuerat ſequeſter fœderis inter amicos contrahendi, vadabatur pro hoſpite, aut forte pro ciue ſi cum ciue res agebatur. Quod fœdus & ipſi qui amicitiam contrahebant, ſeruare iuſtum cenſere. *Polyd. Virg. de inuent. lib.2. cap.13.*

*Scythæ* hoc modo fœdus ſanciebant: Infuſo in grandem calicem fictilem vino, commiſcebant eorum ſanguinem qui ferirent fœdus, percutientes cultello aut incidentes gladio aliquantulum corporis, deinde in calice tingebant ſagittas, ſecurim, iaculum: hæc ſimul atque feciſſent, ſeſe multis verbis deuouere, poſtea vinum epotare, non modo qui fœdus faciebant, ſed etiam comites illi qui erant maximæ dignitatis.

*Baucæ* pactionem in hanc formulam conflabant: feriebant enim fœdus ſuper occultam foſſam, & quoad humus ea ita ſe haberet, tamdiu fœdus in ea regione ratum fore ſentiebant. *Herodotus lib.3.4. & 5.*

¶ EMBLEMA.

And. Alciati. Emblema x.

*Hanc citharam, à lembi quæ forma halieutica fertur,*
*Vendicat & propriam Muſa Latina ſibi,*
*Accipe Dux: placeat noſtrum hoc tibi tempore munus,*
*Quo noua cum ſociis fœdera inire paras.*
*Difficile eſt, niſi docto homini tot tendere chordas,*
*Vnaq; ſi fuerit non bene tenta fides,*
*Ruptaue (quod facile eſt) perit omnis gratia conchæ,*
*Illeq; præcellens cantus, ineptus erit.*
*Sed Itali coeunt proceres in fœdera: concors*
*Nil eſt quod timeas, ſi tibi conſtet amor.*
*At ſi aliquis adſciſcat (vti plerunque videmus)*
*In nihilum illa omnis ſoluitur harmonia.*

*Vide Amicitia, Fides, Pactum, Promiſſio, Societas.*

---

# Fœnus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FOENVS, Græcè, τόκος, ου, ὁ, τοκίζω. fœnero. Eſt autem fœnus vſura. Sed differunt, quia vſura eſt lucrum de capitali acceptum, fœnus verò eſt lucrum de vſura. Vel ſic: Fœnus ex ſolo ipſo eſt. Nam dicitur naturalis fructus terræ: Ouid.

*Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.*

Et inde ad vſuram transfertur, quaſi pecunia per ſe fructum producat, ſicut terra. Ita & fœnum fœtum terræ dicimus, & fœnus fœtum pecuniæ. A fœnore diminutiuum fit fœnuſculum, & fœnero verbum, quod eſt pecuniā ſiue aliā rem ad fœnus mutuo, & cum accuſ. iungitur, Mart. *Hæc ſapit, hæc omnes fœnerat vna Deos.* huius paſſiu. eſt fœneror: vnde res fœnerata dicitur ad vſurā tradita: à fœnero, fœnerator, qui apud Gr. Donatiſta dicitur, & fœneratitius: vnde pecunia



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fœneratitia, quæ ex vſuris eſt collecta, hinc & Fœnum dicitur, quod herbæ eædem manentes quotannis nouas pariant,

Hebræi vſuram & fœnus duobus nominibus perſtringunt. 1. *Neſech*, à morſu & roſione. 2. *Tarbith*, ab acquiſitione, & multiplicatione, quæ voces fœneratorum artibus apprime conueniunt.

### ❡ Sententiae Biblicae.

*Fœneration. condit bona.*

Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum, quaſi exactor, nec vſuris opprimes. *Exodi* 12.

Non fœnerabis fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, ſed alieno. Fratri autem tuo abſque vſura id quod indiget, commodabis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore tuo, in terra ad quam ingredieris poſſidendam. *Deut*. 23.

Fœnerare proximo tuo in tempore neceſſitatis illius, & iterum redde proximo in tempore ſuo. Confirma verbum, & fideliter age cum illo, & in omni tempore inuenies, quod tibi neceſſarium eſt. *Eccleſ*.29.

Perde pecuniam propter fratrem & amicum: & non abſcondas illam ſub lapide in perditionem. *ibid.*

*Mala.*

Hodie fœneratur quis, & cras expetit, & odibilis eſt homo huiuſmodi. *Eccl*.20.

*Fœneratio eſt periculoſa quoad accipientem.*

Qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerantis *Prou*. 22.

Multi non cauſa nequitiæ non fœnerati ſunt, ſed fraudati gratis timuerunt. *Eccl*,29.

*Quoad facientem.*

Noli fœnerari homini fortiori te: quod ſi fœneraueris, quaſi perditum habe. *Eccl*.8.

Multi quaſi inuentionem æſtimauerunt fœnus, & præſtiterunt modeſtiam iis, qui adiuuerunt. Donec accipiant, oſculantur manus ditis, & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam, & in tempore redditionis poſtulabit tempus, & loquitur verbis tædii, & murmurationum, & tempus cauſabitur. Si autem potuerit reddere, aduerſabitur. Solidi vix reddet dimidium, & computabit illud quaſi inuentionem.26.

### ❡ Philosophicæ Sententiæ.

*De fœnore.* Dial. LVI.

Franciſc. Petrarch.

Gav.

Pecuniam in tuo fœnore poſui. R. Eſt & qui bene inuentis male vtitur, & qui male inuentis peius & peſſime. Tu pecuniam inueniſti, non vt diues fieres, ſed vt malus, non tam malus (vt auguror) futurus ni pecuniam inueniſſes. Sunt enim qui ſucceſſibus nequiores fiunt, non Dei munus agnoſcentes, neque illi ſaltem ſimiles (de quo ſcriptum eſt) Confitebitur tibi cum benefeceris ei, ſed apertam ſibi cœlitus nequitiæ ſemitam exiſtimantes. Inueniſti ergo pecuniam qua dedecus mercareris, & exanime metallum, animæ tuæ ſarcinam faceres infelix. G. Fœnus bene poſui. R. Malum non bene poni dixeris, ſed deponi. Siquidem malum pondus excuſſeris, bene erit, alioqui vbicunque poſueris, dum ad te pertineat malum eſſe non deſinet. G. Fœnus optimum bene collocaui. R. Quomodo bene collocetur malum videris. Sane quanto opimius malum, tanto eſt peius. Notum illud Dauidicum, Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum. Quanto ergo ditior fœnerator, tanto & nequior, tanto maior auaritia, maior impietas. G. Fœnori ſtudeo. R. An nulla artium erat, cui melius ſtuderes? An erant multæ, ſed huius aptius erat ingenium? An quid rei eſt vt huic vni ſtudio animum applicares, quo neſcio an aliud vſquam fœdius inuenire potueris, aut vilius, aut tam miſeri prorſus, & deiecti animi tanquam inertis iudicium? tot vndique patent artes, tot viuendi viæ, peſſimam omnium elegiſti, quod quietior viſa eſt ſedere, ſcilicet & numerare dies, ac velociſſimi finem menſis expectare, non intelligens tibi quoq; horas dieſq; & menſes & annos currere, & vt nexis tuis ſic & tibi terminum inſtare, ſicut inquam illis vt tibi, ſic tibi, vt naturæ debitum ſoluas, turpiter parta deſtituens, & incertus tui. Extorques ergo pauperibus quo ignotos dites, & futuri ſemper metuens iudicii, & obſcœnæ interim non Dominus ſed cuſtos pauidꝰ rapinæ, fame preſſus & infamia. Mirarer in vrbibus politicis huic flagitio locum eſſe, niſi eſſet & reliquis. Itaq; cum paulo ante hoc tempus fœneratores vt leproſi à conſortio hominum ſegregati agerent, nec tantum ad eos nullus accederet niſi egenus, ſed etiam vt male olentes atq; contagioſi ab obuiis vitarentur, nunc iam non modo cum populo, ſed cum principibus conuerſantur, & matrimonia contrahunt, & dignitates adipiſcentur. Tanta eſt vis auri, imò quidem, quod pro monſtro audias, ipſi quos Deus omnipotens male perdat principes fœnerantur, tam leuis animæ famæq; iactura, tam ſuauis vndecunq; [...] cuniæ odor eſt. G. Fœnerari iuuat. R. Turpis delectatio [...] G. Fœnerari ſolitus ſum. R. Si Catoni credimus, homine[...] ſti. G. Fœnerator ſum. Artificium aliud non didici. R. H[...] clypeus, hæc cauſa prætenditur, quod ſi diſcere volenti [...] cile eſt, qui diſcat inuitus. G. Semper fœnerabor. R. Semper [...] miſer eris, ſemper cupidus, ſemper inops.

### ❡ Apophthegmata.

*Pittacus*, Quæſitum vbiq; lucrum inexplebile eſſe dice[...] *bæus ſerm*. 10.

*Periander* dicebat quæſtum turpem eſſe grauem the[...] *dem ſerm.*

*Socrates* interrogatus, quinam auari eſſent? Qui [...] tur, inquit, & neceſſarios amicorum negligunt. *eod. ſerm.*

*Politianus*, Fœneratores pecunias habere & non habere [...] Nam dum omnia ad vſuram trahunt, nihil habent, & qu[...] alius habet. *ibid.*

*Tacitus*. Fœnus eſt Reipublicæ funebre malum, ſedi[...] ſcordiarumq; creberrima cauſa, eoq; cohibebatur anti[...] & minus corruptis moribus. *Annal. lib.* 6.

### ❡ Similitvdines.

*Lepus ſimul* parit, & aliud alit, & rurſum ſuperfœtat. [...] tor æs alienum, priuſquam conceperit, parit. Nam dente[...] tunt, & ponentes tollunt, & fœnerant quod pro fœnore [...] *Plutarch.*

*Vt ignis* inualeſcens, alia poſt alia corripit: ſic vſura. *Plut.*

*Vultures* nihil ipſi occidunt, ſed ab aliis occiſa inua[...] nonnulli alienis fruuntur ſudoribus. *Plut.*

*Qui in lutum inciderit*, eum oportet aut fugere, [...] nam ſi ſe voluat, magis etiam inquinatur: ſic qui rem [...] fœneratoribus. *Plut.*

*Cholerici*, qui purgari nolunt ſub tempus, collecta [...] bile poſtea grauiter diſcruciantur: ſic qui ſinunt fœnus [...] cum adeſt, grauiter è capite laborant. *Plut.*

*Plato* vetat aquam à vicinis petere, niſi prius domi fode[...] ad terram, quam ceram itidem vocant, repereriſque [...] venæ - ita prius excutiendum, vt parſimonia, aliaue via [...] tes, priuſquam à menſariis pecuniam mutuam petas. *Plut.*

*Alutarium* piſcem ſemper ſequitur piſcis nomine [...] lo cœnum ſodiente excitatum deuorat pabulum: In[...] miſceant alienis negotiis, vt eis laborantibus fructum [...]

*Vide auaritia & vſura.*

---

# Forma.

### ❡ Definitio et Etymologia.

Forma, Græcè μορφὴ, ῆς, ἡ. & μόρφωσις, formatio [...] autem forma, quæ dat eſſe ſpecificum artificiatum.

Forma nihil aliud eſt (vt hoc loc loco accipimus [...] cta proportio membrorum, decenti colore ſuperinfuſi [...] cum pulchritudine, quam Cicer. 4. *Tuſcul.* diffinit, [...] dam figuram membrorum, cum coloris quadam ſuauitate.

Cuius laus (*teſte Ariſtotele* 1. *Rhet.*) non ſolum deco[...] ſtat, & ſpecie, ſed etiam dignitate, & veneratione, cum qua[...] ritatis nota.

Forma, Hebr. *Tear*, à verbo *Teer*, formauit, forma [...] induxit. Græcè σχῆμα, μορφὴ, τύπος,. Forma Dei & ſerui [...] ſtus. Hic de forma hominis externa, & rerum non agitur.

### ❡ Sententiae Poeticae.

Ouid. 2. Art.

*Forma bonum fragile eſt, quantumq; accedit ad annos*
*Fit minor, & ſpatio carpitur ipſa ſuo.*
*Nec ſemper violæ, nec ſemper lilia florent,*
*Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.*
*Et tibi iam venient cani formoſe capilli,*
*Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.*

Idem de Medicamine faciei.

*Et placidus rugis vultus aratus erit.*
*Tempus erit, quo vos ſpeculum vidiſſe pigebit,*
*Et veniet rugis altera cauſa dolor.*

Petronius.

*Quod ſolum formæ decus eſt, cecidere capilli,*
*Vernanteſq; comas triſtis abegit hyems.*
*Num vmbra nudata ſua iam tempora mærent,*
*Areaq; attritis ridet aduſta pilis.*
*O fallax natura Deûm quæ prima dediſti*
*Ætatis noſtræ gaudia, prima rapis.*

Seneca Hipp.

*Anceps forma bonum mortalibus,*
*Exigui donum breue temporis,*
*Vt velox celeri pede laberis,*
*Non ſic prata vere nouo decentia*
*Æſtatis calidæ diſpoliat vapor,*
*Sæuit ſolſtitio cum medius dies,*
*Et noctem breuibus præcipitat rotis:*
*Langueſcunt folio lilia pallido,*
*Et grata capiti deficiunt roſæ.*
*Vt fulgor teneris qui radiat genis*
*Momento rapitur, nullaq; non dies*
*Formoſi ſpolium corporis abſtulit.*
*Res eſt forma fugax.*

Idem Herc. Oed.

*Vt alta ſiluas forma vernantes alit,*
*Quas nemore nudo primus inueſtit tepor:*
*At cum ſolutos extulit Boreas Notos,*
*Et ſæua totas bruma decuſſit comas,*
*Deforme folijs adſpicis truncis nemus:*
*Sic noſtra longum forma percurrens iter,*
*Deperdit aliquid ſemper, & fulget minus.*
*Malisq; minus eſt: quicquid in nobis fuit.*
*Olim petitum cecidit, & partus labat,*
*Materq; multum rapuit ex illo mihi,*
*Ætas citato ſenior eripuit gradu.*

Nemeſian. Ec. 4.

*Non hæc ſemper eris, perdunt & gramina flores,*
*Perdit ſpina roſas, nec ſemper lilia candent,*
*Nec longum tenet vua comas, nec populus vmbras.*
*Donum forma breue eſt, nec ſe tibi commodat omnis.*

Propert. 2. 28.

*Nec forma æternum, aut cuiquam eſt fortuna perennis.*

Ouid. 1. Met.

*Sed te decor iſte quod optas*
*Eſſe vetat, votoq; tuo tua forma repugnat.*

Idem Epiſt. 15.

*Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.*

Iuuenal. 30.

*Formam optat modico pueris, maiore puellis*
*Murmure, cum Veneris fanum videt anxia mater. &c.*
*Sed vetat optari faciem Lucretia, qualem*
*Ipſa habuit. cuperet Rutilæ Virginia gibbum*
*Accipere, atque ſuam Rutilæ dare filius autem*
*Corporis egregij miſeros trepidoſq; parentes*
*Semper habet: rara eſt adeo concordia formæ*
*Atque pudicitiæ.*

Ter. Andr.

*Huius formam, atque ætatem vides:*
*Nec clam te eſt, quam illi vtraque res inutiles*
*Et ad pudicitiam, & ad rem tutandam ſient.*

Sen. Hipp.

*Raro forma viris, ſæcula proſpice,*

Ouid. de med. fac.

*Eſt etiam placuiſſe ſibi quæcunque voluptas,*
*Virginibus cordi, grataq; forma ſua eſt.*
*Laudatas homini volucris Iunonia pennas*
*Explicat, & forma multa ſuperbit auis.*

Terent. Heaut.

*Quippe forma impulſi noſtra nos amatores colunt:*
*Hæc vbi immutata eſt, illi ſuum animum alio conferunt,*

Ouid. 4. Pont. 13.

*Tam mala Therſiten prohibebat forma latere,*
*Quam pulchra Nereus conſpiciendus erat.*

Ouid. 1. Faſt.

*Faſtus ineſt pulchris, ſequiturq; ſuperbia formam.*

Propert. 2. 33.

*Vino forma perit: vino corrumpitur ætas:*
*Vino ſæpe ſuum neſcit amica virum.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Forma naturæ potius nomine, quam materia appellanda eſt, & ... nari niſi ratione & cogitatione non poteſt. *Libr. 2. de Nat. cap. 1.*

Cum forma ſit diuinum quoddam, quod & bonum & expetendum eſt: alterum ei contrarium eſſe dicimus: alterum quod quod ſuapte natura eius cupiditate dicitur. *lib. 1. de Nat. c. 9. T. 81.*

Nec mouet forma, nec mouetur, aut locus, aut quod tam magnum eſt: ſed eſt id, quod aliquid mouetur, & id quod motum affert, & id quod mouetur. *libr. 5. de Nat. cap. 1. T. 3.*

Forma ac ſpecies cuiuſque eſſentiæ ac naturæ ratio eſt. *libr. 2. de Ort. c. 9. T. 52.*

Eſſentia eſt forma quæ ineſt, ex qua & materia, eſſentia vniuerſa & tota dicitur. *lib. 6. Metaph. c. 11. T. 40.*

Maior eſt formarum numerus, quam rerum ſingularum, quæ ſub ſenſum cadunt. *lib. μ. 12. Metaph. c. 4.*

*De forma corporis eximia.* DIAL. II.

GAVD.

Forma corporis eximia eſt, R. Nihilo firmior eſt illa, quam tempus, cum eo veniens cum eodem fugit. Siſte ſi potes tempus, poterit forſan & forma conſiſtere. G. Forma corporis egregia eſt. R. Fragili niteris fundamento. Corpus ipſum vmbræ in morem præterit, tu momentaneum corporis accidens tibi manſurum ſpondes? Ruere queunt accidentia ſtante ſubiecto, nequeunt illo ruente non ruere. Atque cunctis ex qualitatibus, quæ mortali cum corpore fugiunt nulla velocior quam forma, quæ mox vt amœnum floſculum oſtenderit, ipſos inter oculos mirantium, atque laudantium euaneſcit, breuis hunc pruina peruſſerit: leuis hunc aura decuſſerit, ſubito vel inimicæ manus vngue decerpitur, vel prætereuntis morbi calce deprimitur. Deniq; gloriare, & exulta, vt libet, venit ecce magnis paſſibus, quæ te velo tenui latentem detegat, quanti eſſet forma viui hominis mors oſtendit, nec mors ſola, ſed ſenectus, & paucorum ſpatium annorum, imò vel vnius lucis repentina febricula. Poſtremò vt nihil externum incidat, per ſeſe ſtando durandoque conſumitur, & in nihilum redit, neque tantum gaudii veniens tulit, quantum fugiens fert doloris. Hæc (ni fallor) expertus erat aliquando formoſus ille Romanus Princeps Domitianus, qui amico ſcribens, ſcias, inquit, nec grauius quicquam decore, nec breuius, quamuis etiamſi durabile perpetuumque naturæ donum eſſet, non intelligo, quid tantopere expetendum habeat iſte non ſolidus nec in ipſo homine niſi ſuperficie tenus fulgens decor, multaque fœda contegens, & horrenda, leuiſſimæq; cutis obtentu ſenſibus blandiens, & illudens. Veris igitur ac manſuris bonis delectari conuenit, non falſis, atq; labentibus. G. Forma corporis elegantiſſima eſt. R. Habet velum oculis, laqueum pedibus, alis viſcum, haud facile, ſeu vera diſcernere, ſeu virtutem ſequi poteris, ſeu in altum euolare animo, multos ad honeſta pergeutes forma detinuit, detorſitque contrariam in partem. G. Forma corporis mira eſt. R. Bene ais mira. Nam quid hac vanitate mirabilius? quot delectabilibus abſtinent formoſi iuuenes? Quot ſuſcipiunt labores? Quanta ſibi inferunt ſupplicia, vt formoſiores non ſint quidem, ſed appareant, vnius formæ ſtudio, & valetudinis, & voluptatis immemores? Quantum verò inter comendum tempus effunditur? Quot honeſta interim? Quot vtilia? Quot poſtremò neceſſaria negliguntur? Tuum igitur breue caducumque bonum, & inane gaudium ſine inuidia tibi habeto: habes hoſtem tuum domi (quodq; peius eſt) delectabilem, ac blandum. Habes raptorem quietis, ac temporis, perpetuumq; tortorem, habes materiam laboris, vberrimm diſcriminum cauſam, fomenta libidinum, nec minorem quærendi odii, quam amoris aditum. Fies mulierculis forſan amabilis, odioſus viris, aut forte ſuſpectus. Nulla re magis quam forma corporea coniugalis Zelus accenditur. Nulla enim res ardentior appetitur quam forma: Nulla animum monere potentior, atq; ideo nulla ſuſpectior. G. Forma corporis magna eſt R. Solet hæc ſtultos adoleſcentes quo non expedit vrgere, dum bono ſuo, vt libitum, ſic licitum frui putant, neq; quid deceat attendunt, quæ ſæpè iam multis acerbi ac turpis interitus cauſa fuit. G. Forma corporis rara eſt. R. At breuiſſimum tempus erit, quando oris habitus hic colorq; mutabitur. Cadet flaua cæſaries, reliqua albeſcent, teneras genas, ſerenam frontem ſquallentes arabunt rugæ, lætas oculorum acies, & lucida ſidera mæſta teget nubes, leue dentium ebur, ac candidum ſcaber ſitus obducet atque atteret, vt non colore tantum, ſed tenore alio ſint, recta ceruix atque agiles humeri curueſcent. Guttur leue criſpabitur. Aridas manus & recuruos pedes ſuſpiceris tuos non fuiſſe. Quid multa? Veniet dies, quo te in ſpeculo non agnoſcas. Et hæc omnia, quæ abeſſe multum exiſtimas, ne quid improuiſus monſtris attonitus, non prædictum dicas, hinc iam tibi ſi viuis dicto citius euentura denũtio, quæ ſi mihi nunc credis, tunc te parcius miraberis transformatũ. G. Interim forma clara eſt. R. Quid hic dicam breuius, quam illud Apuleij Madaurenſis, *Exſpecta pauliſper & non erit.* G. Forma corporis hactenus excellens eſt. R. Quam mallem formam animi excellentem. Eſt enim & ſua animæ pulchritudo multo ſuauior certiorq; quam corporis, & ipſa quoq; ſuis legibus decore ordinis, atq; apta ſuarum partium diſpoſitione ſubſiſtens. Illam optare, illi operam impendere dignũ erat, quã nec dies longa deterreret nec morbus extingueret, nec mors ipſa. Nunc caduca miramini. G. Certè nunc ſaltem inſolita for-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ta forma eſt. R. In hac vt in aliis multis optanda mediocritas. Sin hac tali forma, nec tibi placueris, nec niſi qua decet aliis placere curaueris, vſusque fueris caſtè, ſobriè, modeſtè, non exigua tuæ laudis acceſſio eſt futura. G. Præclara facies animum honeſtat. R. Imò quidem exprobrat, & ſæpius in periculum trahit. Quid verò attinet gloriari, eo quod neque tuum ſit, neque diutius ſeruare poſſis? Quod habuiſſe nulli, proieciſſe multis glorioſum fuit? Mitto alios, Spurinam non naturalis forma nobilitat, ſed accerſita deformitas. G. Vt virtus animi corporis formæ iuncta ſit ſtudeo. R. Si id effeceris, tum demum vere mihi; tunc vndiq; formatus fueris, formaque clarior videbitur, & virtus gratior. Quamuis enim errare ſibi viſum eſſe, qui ait:

*Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus,*

ſcribat Seneca: mihi tamen iure reprehenſus videretur, ſi dixiſſet maior, aut perfectior, aut altior. Nunc quia dicendo gratior non rem ipſam, ſed ſpectantium iudicia reſpicit, non mihi viſus eſt errare Vergilius, qui hoc ait. Et ad ſummam vt nihil in ſe ſolidum habet formæ gratia, nihil optabile, ſic ſi obuenerit virtuti addita, neq; vtriuſq; de precio error ſit, hanc illius ornamentum dici patiar, vel non inamenum viſui, breue tamen ac fragile. Solam verò, pondus animæ dixerim, atque infauſtum triſtis inſigne ludibrii.

## ❡ Apophthegmata.

*Bion*, formam dicebat eſſe bonum alienum. Sentiens, extra hominem eſſe, quod ipſe ſibi nec dare poteſt, nec tueri datum. Animi bona vere noſtra ſunt. *Laert. lib. 4. c. 7.*

*Zeno Citticus* formam aiebat eſſe vocis florem: aut contra, quemadmodum ab aliis refertur; vocem eſſe formæ florem. Nam loquentis orationem commendat forma, & rurſus oratio compoſita gratiam addit formæ. *Laert. l. 7. c. 1.*

*Idem*, dicenti formoſo cuidam, non videri ſibi amaturum ſapientem. Nihil, ait, vobis formoſis eſt infelicius. *Bruſ. lib. 2. c. 44.*

*Socrates* vocabat formam modici temporis tyrannidem. *idem, ibid.*

*Plato*, cum exprimere tentaret, quidnam forma hominis eſſet? Naturæ priuilegium vocauit. *idem ibid.*

*Diog.* Formoſum adoleſcentem formæ cauſa amari conſpicatus, dixit: Quin operam das adoleſcens, vt corporis amatores ad animam transferas? *Anton. in Meliſſa, ſer. 60. part. Hoc autem Stob. ad Æſopum refert.*

*Idem*, conſpecto adoleſcente mollius compto, dixit: Si viris quidem te ornas, infelix es: ſin mulieribus, iniuſtus. *Anton. in Meliſſa. part. 1. ſerm. 60.*

*Idem* ſpecioſa ſcorta reginas appellabat, multos enim facere, quę præceperint. *Stob. ſerm. 63.*

*Ariſtoteles*, cum adoleſcentem ſe comere vidiſſet: Non erubeſcis, quod cum natura te virum fecerit, tu teipſum effœminas? *Anton. in Meliſſa. part. 1. ſerm. 69.*

*Idem*, Cum iuuenis quidam facie formoſus, ſed moribus petulans, inter alia conuitia ei diceret: Si tam exoſus eſſem ciuibus, vt tu es, laquo vitam finirem, reſpondit: Ego verò laqueum mihi inferrem, ſi ita me ciues amarent vt te. Notauit autem adoleſcentis petulantiam Ariſtoteles, cui oſtendebat, quam turpiter ob eam inſignem corporis formam à ciuibus adamaretur. *Anton. in Meliſſa, part. ſerm. 60.*

*Idem* percontanti qui fieret, vt cum formoſis diutius ac lubentius confabulamur? Reſpondit, eam percontatioonem eſſe cæci. Cæcus enim non ſentit formæ illecebram, nihilo magis colorum gratiam. *Laert. l. 5. c. 5.*

*Idem* pulchritudinem dicebat quauis epiſtola efficaciorem ad commendationem. Sunt qui hoc aſſcribant Diogeni. Ariſtotelem verò formam ſolitum appellare donum, quia gratis contingit à natura. Eandem Socrates appellauit exigui temporis tyrannidem, quod formæ gratia mox defloreſcat: Plato naturæ prærogatiuam, quod paucis contingat. *Laert. lib. 5. c. 1. Stob. ſerm. 63. Bruſon. libr. 2. cap. 44.*

*Iſocrates*, Eos, qui pulchrum habent corpus, animam autem malam, dicebat, optimam habere nauim, gubernatorem autem malum. *Ant. in Meliſſ. part. 1. ſerm. 60.*

*Ageſilaus*, interrogatus cur aleret comam? Quoniam inter ornamenta, reſpondit, minimo conſtat. *Stob. ſerm. 63.*

*Carneades* ſciſcitatus, quid forma hominis eſſet? Regnum ſine ſatellitio, reſpondit: quoniam formoſi impetrant quicquid volunt nulla vi adhibita. *Laert. Stob.*

*Theophraſt.* pulchritudinem nihil aliud eſſe dicebat, quam tacitam deceptionem, aut ſilentem fraudem quod abſque verbis perſuadeat. *Laert.*

*Demoſthenes*, Æſchinem & Philocratem, ex decem illis legatis haud poſtremi nominis, ab Athenienſibus ad Philippum Macedoniæ Regem miſſis, & formam Philippi Regis plurimum laudantes irriſit Demoſthenes, dicens, Quod in Philippo admodum formam laudatis, id habet cum aliis mulieribus commune. Senſit vir prudentiſſimus, Regis boni virtutes nequaquam in forma corporis poſitas eſſe, ſed in animo recte compoſito. *Plut*,

*Æſopus* ei qui corporis forma male vtebatur: pulchra veſte (inquit) indutus, male eam exuis. *Maxim ſerm. 44.*

*Idem*, cum per conuitium facie deformi eſſe, ac ... ad eum à quo contemnebtur: Iniquus plane Cenſor ... de forma mea pronunciaturus, vultum da mnas, ... ciem non intueris. *Stobæus. Antonius & Maximus.*

*Antiſthen.* Quidam adoleſcens curarat ſeſe ex æ... & ad eam imaginem ſeſe conformabat. Huic Ant... poſſet vocem edere, qua de re potiſſimum gloriaret... tudine, inquit adoleſcens. Non, inquit, igitur erubeſc... animo gloriaris? Voluit autem ſignificare, de forma ... dum eſſe, quæ facile variis caſibus ac morbis gratiam ... *lib. 6. cap. 1.*

*Theocritus*, cum diu multumq; cogitaſſet, quo p... hominibus poſſet, quidnam pulchritudo corporisque ... ſet: Demum eburneum detrimentum eſſe pronun... ta quidem ſit aſpectui, ſed multorum incommodorum ... *baris.*

*In Philopœmenem*, cum iocaretur Titus Flaminius ... corporis eius illudens, diceretq; vultu quā maxime ... quid hoc Philopœmen, cum pulchras manus, crura ... pulchra habeas, quod ventrem ipſe non habeas? ... men: Quid, ô Romanorum Imperator eximie, cum ... tes, ſtrenuos maxime equites habeas, quod pecuniam ... beas? Nam & Flaminius perſæpe inopia rei pecuniariæ ... quemadmodum Philopœmen tenuitate ventris, ac ... gracilitate. *Pontanus ex Plutarcho.*

*Domitius* nec quicquam gratius hominibus eſſe ... & decore, nec quicquam etiam breuius. *Bruſon. ... cap. 44.*

*L. Craſſus* apud Perpennam iudicem defenderet ... quem accuſabat L. Ælius Lamia, homo deformis ... pellarer odioſe. Audiamus, inquit Craſſus, pulc... Huic dicto quum eſſet arriſum: ingenium, inquit ... fingere potui, formam non potui. Tum Craſſus: ... inquit, diſertum. Multo arriſum eſt vehementius. ... *Orat.*

*M. Lælius*, in Galbam Oratorem eloquentiæ ... deformem, ita luſit M. Lælius, vt diceret, ingenium ... bitare. Nam animi domicilium eſt corpus. *Eraſmus ... thegm*,

*Cicero*, cum Voconium forte obuium haberet ... bus inſigniter deformibus, tacitè ad amicos dixit ... cum:

Φοίβου ποτ' οὐκ ἑῶντος ἔσπειρεν τέκνα.

Id eſt:

*Phœbo haud ſinente hic ſeminauit liberos.*

Sentiens, illum inuito Apolline liberis operam de... Apollo pulcher à Poetis fingitur, ſiue quod orient... ſtiment concipi feliciores. *Plutarchus in Romanis...*

Bartholomæus Captanus, Mediolanenſis Eccleſiæ ... co ſe miniſtros forma præſtantes quæſiſſe dicebat ... pes animi turpia corpora incolerent. Improbitatem ... gia forma perrarò compertam eſſe. *Æneas Sylu. lib. ... rebus geſtis Alphonſi.* Conſtat tamen Aſpaſio R... epiſtolarum imperatoris Alexandri Mammeæ F. ... tium adſcribi.

## ❡ Similitvdines.

*Chryſoſtomi.* Si videris virum aut mulierem ſpecioſ... reris. Nam & roboreæ arbores, cum denſæ ſint ... excelſæ: attamen non habent fructum hominibus ... cis afferunt cibum. Vinea autem per terram repens ... rum affert fructum. Quid ergo? Vis vineam habere ... Puto te vineam eligere, magis, quæ lætitia eſt ad ... quam arborem animalium eſcam. Quid ape ... uone pulchrius? Quid formica ſapientius? Et apis ... dinem in ſe habet; & aculeum: pauo verò ſolum ... eſt, non in fructu decorus: formica verò contempti... bus, ſed magiſtra virtutum eſt. *homil. in Pſalm. 50.*

*Thrineri.* Quemadmodum in gemmis, ſæpenumero ... bili forma latet pulcherrima natura: Sic in corpore ... mo latet ſæpe inſignis animus. *in apoph.*

## ❡ Adagia.

Multam ſyluam geſtas. Λόχμην πολλὴν φορεῖς.

*Quadrat in hominem agreſtem & ſtupidum.*

Simiarum pulcherrima deformis eſt. ... δύσμορφός ἐστι. *Plato.*

*De his recte dicitur, quæ ipſo genere ſunt vitioſa, ... conferenda vel cum extremis eorum, quæ ... rum.*

Simia eſt ſimia, etiamſi aurea geſtet inſignia. ... κἂν χρύσεια ἔχῃ σύμβολα.

...agium fortunæ ornamenta non mutare hominis inge-
...apolog. Lucianus de Aegyptijs Simijs, ſaltationem hu-
...antibus.
...m non edit.
...tus creditum, eſu leporinæ pulpæ conciliari formam,
...in deformem mulierem.
Edisti nunquam Gellia tu leporem.
...lchrum, idem amicum. καλὸν φίλον.
...liantibus amicitiam dici poteſt. Plato.
...crura. περὶ ... σκέλος.
...in loripedes, aut quibus crura ſunt gracilia diſtor-
...riſtophane, qui Perdicem; Cauponem quendam claudum
...notat & traducit.
...rum etiam autumnus pulcher eſt. τῶν καλῶν καὶ ὀπώρη

...abit in eos, qui bellè ferunt ætatem, & ſenio accedente vi-
...brorum ac formam retinent.
...oriundus. ἱερυνόων ἀπορρώξ.
...ltum in tetra fœdaque ſpecie. Item quod exitiale ſit ac pe-
...is ortum dicimus.
...caluior. ὑπὲρ φαλακρότερος.
...menter glabris aut caluis dicitur. Metaphora ſumpta à
...ſumma pars calui cranium referre videtur.
...prodit. ἐξ ᾠοῦ ἐξῆλθεν.
...latum de magnopere formoſis ac nitidis, quaſi non commu-
...more natis. Sed ex ouo more Caſtoris, Pollucis & Hele-
...formaliteris omnium eſt nobilitata.
...itur aliquis te conſpecto. Σὲ δ' οἰωνίζετ' ἄν τις ἰδών.
...in deformes, fœdoque aſpectu. Apud Veteres occurrere
...ſtus tamen habebatur: occurrere deformi ac nigro, contra.
...nius caluus. Μυκώνιος φαλακρός.
...&c caluos taxtitatum. Strabo refert, Myconios vulgo
...ſcitus, quod in ea inſula vitium hoc quaſi gentilitium ſit,
...bus ferme commune.
...ni barba. Πρωνόμου πώγων.
...rit in eos, qui alioqui molliſsimi, vultus veſtiumque ſeueri-
...continentiam præ ſe ferunt. De Pronomo tibicine vide A-
...aeo.
...Trœzenem. πλεύσειας Τροιζῆνα.
...atum in imberbes fictitijs pilis barbam virilem mentien-
...natum, quod Træzenis potius quidam vulgo celebratus
...barba.
...Callipygi.
...tur forma eleganti prædita. De hac voce vide Cælium
...1.c.42.
...acies. Θερσίτειον βλέμμα.
...ipſe deformi. Therſiticam deformitatem vide apud Ho-
...Iliad. lib. 2. Suidas.
...co deformior. Κορύδθου εἶδει χθίστερος.
...um in homines bardos ac deformes. Ortum verò à Cory-
...dam homine admodum ſtulto & vecorde, ad hoc, forma infe-
...Zenodot.

...tur hoc adagio homines macie prætenues aut decolores.
...grammi. Ciceroni ſunt deformes, nullaque ſpecie.
...in purpura. πίθηκος ἐν πορφύρᾳ.
...quibus dignitas additur indecora: vel, qui, tametſi ma-
...ſint ornati: tamen vultu moribusque inertiam ſuam ac
...produnt.

¶ Historica Exempla.

...lib. 3. Melampodiæ Chalcidem in Eubœa pulchras mu-
...nominat: nam formoſæ ibi mulieres naſcuntur,
...tur Theophraſt. Athen. lib. 13. cap. 32.
...mulieres fuiſſe pulcherrimas traditur. Eſt verò vrbs
... quæ à Tmolo deſcendentibus occurrit, ad Cayſtri cam-
...nomine impoſito, quia ſit ſub monte, qui Aepos nuncupe-
...dicata Veneri. Cælius lib. 14. cap. 1.
...Tenedum, Troianis adiacentem inſulam, eſſe omnium
...ſint mulieres ſpecioſiſſimas, in Aſiæ periplo ſcribit Nym-
...Cælius lib. 24 c. 9.
...fœminæ inter Italicas præcellentis formæ, & elegantis
...ſingulare decus, conſtanti omnium fere fama obtinent.
...lib. 20. ex Iouio.
...omnibus hominibus elegantia formæ præſtantem,
...in lactucis abſcondit. Deprehenſus in ſtupro periit. Aelian.

...Ageti Lacedemonij, Alcidis F. quam poſtea duxit rex Ari-
...ecioſiſſima fuit: ex turpiſſima talis facta. Herodot. libr. 6. &
...in Lacon.
...Philoſophus tam formoſus, vt illum diſcipuli opina-
...Apollinem eſſe, qui ex Hyperboreis veniſſet. Cum nudatus
...eſſet: femur eius aureum apparuiſſe, fama eſt. Laert.
...Magnus Philoſophus, corpore optimo conſtituto, pro-
...modum formoſo. Suidas in Ammoniano.

*Callicrates* formoſiſſimus Græcorum omnium apud Plateas. *Plut. in Ariſtide.*

*Cratinus* formoſiſſimus, & luctator fortiſſimus. *Pauſan. lib. 6.*

*Homerus* Heroum præſtantiſſimos, Hectorem & Achillem formoſiſſimos facit. *Theat. Zuing.*

*Turnum* à forma plerisque in locis commendat Virgilius: *vt libro 7. Aeneid.*

*Perit ante alios pulcherrimus omnes,*
*Turnus auis atauisque potens.*

P. *Scipio Africanus maior* formæ dignitate barbaris in Hiſpania admirationi fuit. *Plutarch.*

*Magnes Smyrnæus puer*, præ cæteris mortalibus formoſus, poetica inſuper & muſica ornatus corona inſignis. *Suidas & Pauſan.*

*Teridates eunuchus*, formoſiſſimus omnium in Aſia iuuenum: eum cùm Artaxerxes rex Perſarum mortem obiiſſe audiſſet, per vniuerſam Aſiam luctum indixit. *Aelian. lib. 12.*

*Phædrus Elienſis Socrati Platonique* familiaris, & Dialecticus, cuius nomine liber inſcribitur, περὶ τοῦ καλοῦ, puer forma præſtanti à lenone domino ad merendum coactus, & ab Alcibiade redemptus, philoſophiæ traditus eſt. *Gellius lib. 2. c. 18.*

*Galeta* formoſiſſimus adoleſcens, ob pulchritudinem, & animo inſitas peculiares quaſdam virtutes à Ptolomæo rege Aegyptiorum amatus eſt. *Aelian. de var. hiſt. lib. 1.*

*Gygis* Gnidii formoſiſſimi meminit *Horat. lib. 2. Ode. 5.*

¶ Emblema.

In formoſam fato præreptam.

Alciati, Emblema CLV.

*Cur puerum Mors auſa dolis es carpere Amorem,*
*Tela tua vt iaceret, dum propria eſſe putat?*

---

# Formido.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

Formido, Græce δειλία, ας, ἡ, & δειλός, οῦ, ὁ, formidoloſus vel timidus dicitur. Eſt autem formido virtus, medio modo ſe habens circa timores & audacias propter bonum. *ſecund. Ariſt. lib. 3. Ethic.*

Formido eſt metus permanens *ſecundum Cic. liq. 4. Tuſc. q.*

Dicitur autem formido à fero, fers, & eſt metus, qui vehementius in mouendo, vt ab ſe abeat, foras fertur: hinc formido verbum, id eſt, timeo: & formidabile, timidum: & formidoloſus, qui formidat. Terentius: Num formidoloſus es mihi homo? & formidoloſe, id eſt, cum timore. Apophoreta verò, quæ ſunt munera, quæ dari ſolebant in Saturnalibus; quem morem quoque hodie ſeruamus menſe Decembri, non à fero, ſed à Phero Græco, quod ab his, quos ſalutabant, referrentur: nam ἀποφορεῖν, modo auferre, modo referre ſignificat. Hinc Martialis nouiſſimum ſui operis librum Apophoreta inſcripſit, hoc eſt, munera Saturnaliorum.

### ¶ Sententiae Biblicae.

*Formido & puſillanimitas.*

Quis homo formidoloſus, & corde pauido? vadat & reuertatur in domum ſuam: ne pauere faciat corda fratrum ſuorum, ſicut ipſe timore perterritus eſt. *Deut.* 20.

Dabit tibi Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, & animam conſumptam mœrore, & erit vita tua quaſi pendens ante te. *Deut.* 28.

Mane dices; quis mihi det veſperum? & veſpere: quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, qua terreberis: & propter ea, quæ tuis oculis videbis. *ibid.*

Beſtias terræ non formidabis. *Iob.* 5.

Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent pedes eius. 18.

Ne paueas repentinos terrores, & irruentes tibi potentias impiorum. *Prou.* 3.

Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum. 30.

Noli eſſe puſillanimis in animo tuo. *Eccl.* 7.

Dominum exercituum ipſum ſanctificate, & ipſe pauor veſter, & ipſe timor veſter; & erit vobis in ſanctificationem. *Eſa.* 8.

Formido & fouea, & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ. 24.

Puſillanimes confortamini, & nolite timere. 35.

Non ſis mihi tu formidini: ſpes mea tu in die afflictionis. *Ier.* 17.

Paueant illi, & non paueam ego. *ibid.*

Non formidabunt vltra, & non pauebunt. 23.

Non erit quem formides, quoniam ego tecum ſum, vt ſaluem te, ait Dominus. 30.

Noli timere à facie regis Babilonis (Diaboli) quem vos pauidi formidatis: nolite timere eum, dicit Dominus, quoniam ego vobiſcum ſum, vt ſaluos vos faciam. 42.

Ne ti-

Ne timeatis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidetis. 1. *Macch*.4.

Da illis formidinem, & tabefac audaciam eorum, & commoueantur contritione ſua. *ibid.*

Quid timidi eſtis modicæ fidei? *Matth*.8.

Non turbetur cor veſtrum, neque formidet. *Ioan*.14.

Conſolamini puſillanimes. 1.*Theſſ*.5.

*Vide Timor. Idem ſupra Fiducia.*

# Fornicatio.

## ¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

FORNICATIO, Græcè πορνεῖα, ας, ἡ, & πορνεῖον, ου, τὸ, lupanar dicitur. Hebr. *Zenuth*. Oſe.4.11. *Zonach*, meretrix, ſcortum, fornicatrix, fornices, ſtabula, loca furua, obſcura & obſcœna captans ad libidines ſuas explendas, à verbo *Zanach*, fornicatus eſt, ſcortatus eſt, meretricatus eſt. Cognationem habet cum verbo *Zon*, diuertit in hoſpitium publicum. Apud gentes profanas in publicis diuerſoriis proſtituebant ſe meretrices viatoribus & aliis vili mercede. Inde proſtibula, fornicariæ, quadrantariæ dictæ. Eſt autem fornicatio omnis illicitus coitus, *vt habetur* 31.*qu*. 2. *c. Meretrices.* §. *Qui ergo*. Proprie tamen eſt inordinatus concubitus naturalis, quo ſolutus ſolutam naturali vſu cognoſcit, ſolutus, inquam, quolibet vinculo coniugii, conſanguinitatis, affinitatis, ordinis, religionis ſeu voti.

Fornicatio, *vt habetur* 36.*q*.1.*c*. *Lex illa*. licet videatur eſſe genus cuiuslibet illiciti coitus, qui fit extra vxorem legitimam, tamen ſpecialiter intelligitur vſu viduarum, vel meretricum, vel concubinarum.

Fornicatio dicitur à fornice, id eſt, arcu, ſeu opere concamerato, vbi Romæ fiebat fornicatio, & propriè eſt ſoluti cum ſoluta. *ſecundum B. Thom*.4. *ſent. diſtinct*. 41. *art*. 4. Fornix dicitur, vt nonnulli putant, à furno. Furnum verò veteres dixêre quaſi furuum: & furnum, nigrum vel obſcurum dicebant. Suntque fornices loca in arcuum ſimilitudinem ædificata, ſubobſcura: inde fornicor, quod eſt meretricor, quoniam meretrices in fornicibus habitare conſueuerunt: inde fornicator & fornicatio deducuntur; hoc eſt, meretricator & meretricatio.

Fornicantes fœminæ cum clericis debent in ſeruitutem redigi. 32. *diſt. eos qui*.

Fornicatio non eſt multum aggerenda propter maius malum vitandum. 32.*q*.2, *Ancillam*.

Fornicandi occaſionem vt non det vxori maritus, ſe continere debet. 27.*q*.1.*Nubendi*.

Fornicationis propter ſolam cauſam vxor dimittitur, quantum ad cohabitationem. 22.*q*.1.*Dixit Dominus*.

## ¶ DIVISIO.

Fornicatio eſt duplex, ſcilicet ſpiritualis, & corporalis ſeu carnalis. 28. *q*.1. *Idololatria*, 32.*q*.7. *Non ſolum*.

Fornicatio ſpiritualis eſt idololatria, quam ſequuntur infideles, & quælibet noxia ſuperſtitio. 28.*q*.1. *Idololatria*.

Fornicatio ſpiritualis dicitur conſenſus mentis ad fornicandum, iuxta illud: *Qui viderit mulierem &c*. 32.*q*.7. *Non ſolum*.

Fornicans Epiſcopus vel Presbyter cum ſua filia ſpirituali, ſi publicum eſt, debet deponi: ſi occultum, epiſcopus quindecim annis, & presbyter duodecim debet pœnitere. 30. *quæſt*. 1. *omnes*. & 2. *cap. ſeq*.

Fornicatio carnalis dicitur omnis pollutio immunda. 32. *q*.7. *per totum*.

Fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale. *gl. in clem. Vltim. har. in ver. non eſt*. & eſt ſoluti cum ſoluta.

Fornicationis excuſationem non affert neceſſitas famis: ſicut furti. *ff. de ritu nuptiar. l. palam*. §. Non eſt ſicut à furto, quia propter neceſſitatem res, quam furatur, eſt facta communis, ſed in fornicatione non eſt ita. Imò potius debet quælibet mala pati, quam malo conſentire, *vt* 32.*quæſt*. 5. *cap. Itane* & *gloſſ. in cap. Si quis de furtis*.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Fornicatio iram Dei prouocat, *Deuter*.21.*v*.22.*Prouerb*.21.27.*Eccleſ*.19.3.*Ierem*.3.7.*Oſea* 4.14.1.*Corinth*.6.*v* 9.13.15. *Col*. 3. 5. *Hebr*. 13. *v*.4. corpus eneruat, & facultates abſumit, *Iob*.31. 12. *Prouerb*, 23. 27. & 29 3. & 31.3. *Eccleſ*.9. 6. infamiam adfert. 9. *v*.10. & 41.21. Fornicationis occaſiones vitandæ, *Eccleſ*.9. *v*.4.12. & 42. *v*.12. Fornicatio non ſolum in opere externo, ſed in affectu prohibetur, *Exodi* 20. 7. *Marci* 5.20. Fornicatio ſpiritualis, *Deut*.31.14. *Iudic*.2.17. & 8.*v*.27. 33. *Eſaiæ* 1.*v* 21. & 37.3. *Ierem*.3.1. *Ezech*.6.9. & 16.15. &c. *Oſeæ* 1. 2. & 24. & 4.15. *Apoc*.19.3.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Si ſeduxerit quis virginem, nec dum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, ac habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, qu[...] pere conſueuerunt. *Exodi* 22.

Si inuenerit vir puellam virginem, quæ no[...] apprehendens concubuerit cum ea, & res ad [...] bit qui dormiuit cum illa, patri puellæ quinq[...] ti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illa[...] mittere eam cunctis diebus vitæ ſuæ. *Deut*. 22.

Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, [...] te tua, & confundaris. *Eccl*,9.

Fornicatio mulieris in excellentia oculorum [...] lius agnoſcitur. 26.

Dimitte eum, ſeparatum eſt conuiuium [...] fornicati ſunt. *Oſe*. 4.

*Iram Dei prouocat.*

Morietur, quoniam fecit nefas in Iſrael, vt f[...] patris ſui, & auferes malum de medio tui. *Deut*. 22.

Qui ſe iungit fornicariis, erit nequam, putre[...] ditabunt illum, & extolletur in exemplum maiu[...] mero anima eius. *Eccl*.19.

Saturaui eos, & mœchati ſunt. Equi amatore[...] miſſarii facti ſunt, vnuſquiſque ad vxorem pro[...] Nunquid, ſuper his non viſitabo, dicit Dominus[...]

Non viſitabo ſuper filias veſtras (in præſen[...] fornicatæ, & ſuper ſponſas veſtras, quum adulter[...] ipſi cum meretricibus conuerſabantur, & cum e[...] cabant, & populus non intelligens vapulabit. *Oſe*. 4.

Fornicarii regnum Dei non poſſidebunt. 1. *Cor*[...]

Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. *Hebr*[...]

Eſca ventri, & venter eſcis: Deus autem & h[...] corpus autem non fornicationi, ſed domino [...] ri. 2. *Cor*.6.

Neſcitis, quoniam corpora veſtra membra ſu[...] ergo membrum Chriſti, faciam membrum me[...] neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnu[...] Erunt, inquit, duo in carne vna. Fugite fornicati[...] peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corp[...] autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. An[...] membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui[...] habetis à Deo, & non eſtis veſtri? *ibid*.

Timidis autem, & incredulis, & execratis, & h[...] catoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus [...] illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, [...] cunda. *Apoc*. 21.

*Conuerſionem retardat.*

Non dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur [...] quia ſpiritus fornicationum in medio eorum, & [...] cognouerunt. *Oſea* 5.

*Corpus eneruat.*

Homini fornicatio omnis panis dulcis, non fa[...] diens vſque ad finem. *Eccl*.23.

Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. *Oſ*[...]

*Subſtantiam diſſipat.*

Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & om[...] nimina. *Iob*. 31.

Fouea profunda eſt meretrix, & puteus angu[...] tur à via quaſi latro, & quos incautos videt, inter[...]

Qui autem nutrit ſcortum, perdet ſubſtantiam. [...]

Non dederis mulieribus ſubſtantiam tuam. [...]

Non des fornicariis animam tuam in vllo, ne p[...] ditatem tuam. *Eccl*.9.

*Hominem infamat.*

Non offeres mercedem proſtibuli. *Deut*.23.

Omnis mulier, quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus [...] bus prætereuntibus conculcabitur. *Eccl*.9.

Erubeſcite à patre & matre de fornicatione. 41.

*Fornicatio diligenter vitanda [...]*

Nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non a[...] uem, non aſinum, nec omnia, quæ illius ſunt. *Exod*. 20.

Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione, & p[...] am nunquam patiaris crimen ſcire. *Tob*.4.

Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mu[...] cupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde [...] *cap*. 5.

Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, vt abſtineatis [...] *Actor*.15.

Ne commiſceamini fornicariis. 1. *Cor*.5.

Neque fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornica[...] derunt vna die viginti tria millia. 10.

*Affatu.*

Cum aliena muliere non ſedes omnino, nec accumbas cum ea ſuper cubitum, & non alterceris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem. *Eccl.9.*

Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos. *Eph.5.*

Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, non in paſſione deſiderii, ſicut & gentes, quæ ignorant Deum. *1.Theſſ.4.*

*Actu.*

Ne proſtituas filiam tuam: ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. *Leuit 19.*

Non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filiis Iſrael. *Deut.23.*

Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. *Eccl.9.*

Omni homini noli intendere in ſpecie, & in medio mulierum noli commorari. De veſtimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri: Melior enim iniquitas viri, quam benefaciens mulier, & mulier confundens in opprobrium. 42.

Bonum eſt homini mulierem non tangere. *1.Cor.7.*

Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ ſimulachrorum ſeruitus, propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis, in quibus ambulaſtis aliquando cum viueretis in illis. *Coloſſ.3.*

## ¶ PATRVM SENTENTIAE.

Fornicatio autem nulli impune conceditur. *Aug. de conflictu vitiorum & virtutum, & habetur 27. quæſt.1. Nubendi §. Forni-*

Si mœchia etiam fornicatio dicitur in Scripturis, ſed vtrum omnis fornicatio mœchia dici poſſit in eiſdem Scripturis, non mihi interim occurrit locutionis exemplum. Sed ſi omnis fornicatio non mœchia dici non poteſt, vbi ſit in Decalogo prohibita illa fornicatio, quam faciunt, qui vxores non habent, cum fœminis, quæ viros non habent, an inueniri poſſit ignoro. Sed ſi furti nomine intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ: (non enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit: ſed vtique parte totum intelligere voluit, quicquid illicite rerum proximi aufertur) pro nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vſus probibitus debet intelligi. *Aug. ſuper Exod. & habetur 32.q.4. Meretrices §. Omnis.*

Nihil eſt iniquius, quam cauſa fornicationis vxorem dimittere, ſi ipſe conuincitur fornicari. Occurret enim illud: In quo alterum iudicas, teipſum condemnas. *Auguſtinus de Verbis Domini.*

In fornicatione non idcirco diuerſa fit fornicatio, ſi mulier ſit pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua paupercula aut opulenta, & qualiſcunque illa fuerit, vna eſt fornicatio. *Hieron. epiſtola ... & habetur 14. quæſt.9. Fur autem. §. Quomodo.*

Dixit Dominus Euangelio: Quicunque dimiſerit vxorem, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Sola fornicatio eſt, quæ vxoris vincit affectum; ... cum illa vnam carnem in aliam diuiſerit, & ſe fornicatione à marito ſeparauerit, non debet teneri; ne virum quoque ſub maledicto faciat, dicente Scriptura; Qui tenet adulteram, ſtultus & impius eſt. Vbicunque igitur fornicatio eſt, vel fornicationis ſuſpicio, libere vxor dimittitur. Et quia poterat accidere, vt aliquis calumniam faceret innocenti, & ob ſecundam copulam nuptialem veteri coniugi crimen impingeret, ſic priorem dimittere iubetur vxorem, vt prima viuente ſecundam non habeat. *Idem, & habetur 32. quæſt. ... can. Dixit.*

Sicut non omnis congregatio hæreticorum Chriſti Eccleſia dici poteſt, nec caput eorum Chriſtus eſt: ſic non omne matrimonium, quod non viro ſuo ſecundum præcepta Chriſti vxor iungitur rite coniugium appellari poteſt, ſed magis adulterium. *Hieronymus, & habetur 32. quæſt. ſecunda. canon. Sicut non.*

In eo fornicator maioris criminis eſt, quia tollit membra Chriſti, & facit ea membra meretricis. Erunt quippe duo in carne vna, ... non eſt fidelis, nec credit in Chriſto, membra ſua facit membra meretricis. Qui credit, & fornicatur, Chriſti membra facit membra meretricis. E contrario infidelis in fornicatione ſua violet vel ædificet templa idolo, neſcio. *Idem 32. quæſt. can. ...*

Conſiderandum pueris eſt, vt caſti & pudici permaneant, & frequentius ad Eccleſias ſciant conuenire debere. Quia frequentius ... quibus adhuc propter ætatem minus ſtabilem, pugna diaboli futura ſit grauior, obſeruanda illis omnia cum timore, & ... omnia cauendum à fornicatione, quæ initium ad idololatriam habet, & neceſſe eſt vtrumque nouerit, qui ſequutus eſt alterum. *Idem ad Damaſum Papam.*

Deus ſine peccato eſt, qui non fecit peccatum; homo autem ad imaginem Dei eſt. Fugite ergo fornicationem, perſequuntur enim vos illecebræ peccatorum, perſequitur libido, ſed tu fuge tanquam furioſam dominam, quæ ſi te comprehenderit, nec de die, nec de nocte requieſcere ſinet, exagitat, vrit, incendit. *Ambroſius de fuga ſeculi.*

Non ſolum de commiſſa fornicatione peccatum regnat in homine, ſed ſi adhuc delectetur, atque animum teneat, procul dubio regnat. Fornicatio carnis adulterium eſt, fornicatio animi idolorum eſt ſeruitus. Eſt autem ſpiritualis fornicatio, de qua Dominus ait? Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quamuis quiſque diuerſa turpitudinis voluntate proſtituatur. Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, vt homo à Deo ſeparetur. Inter cætera ſeptem vitia vitium fornicationis maximum ſcelus eſt, quia per carnis immunditiam templum Dei violatur. *Iſidor. & habetur 23.q.7. Non ſolum.*

Cui impulſu Dæmonum mens ad delectationem fornicationis impellitur, diuini iudicii metus, æterna tormenta incendii, ante oculos præponantur: quia omnis pœna grauioris ſupplicii formidine ſuperatur. Sicut enim clauus clauum expellit, ita ſæpe recordatio ardoris gehennæ, ardorem excludit luxuriæ. *Iſidorus de ſummo bono, lib.3. cap.39.*

## ¶ EMBLEMATA.

Cauendum à meretricibus.

Andreæ Alciati. Emblema. LXXVI.

*Sole ſata Circes tam magna potentia fertur,*
*Verterit vt multos in noua monſtra viros,*
*Teſtis equum domitor Picus, tum Scylla biformis,*
*Atque Ithaci poſtquam vina bibere ſuos,*
*Indicat illuſtri meretricem nomine Circe,*
*Et rationem animi perdere quiſquis amat.*

Tumulus meretricis.

Emblema. LXXIV.

*Quis tumulus? cuia vrna: Ephyrææ eſt Laidos: ah! non*
*Erubuit tantum perdere Parca decus?*
*Nulla fuit tum forma illam iam carpſerat ætas,*
*Iam ſpeculum Veneri cauta dicarat anus.*
*Quid ſcalptus ſibi vult aries, quem parte leæna*
*Vnguibus apprenſum poſteriore tenet?*
*Non aliter captos quod & ipſa teneret amantes:*
*Vir gregis eſt aries, clune tenetur amans.*

Ocni effigies, de iis, qui meretricibus donant quod in bonos vſus verti debeat.

Emblema. XCI.

*Impiger haud ceſſat funem contexere Sparto,*
*Humida que artifici iungere fila manu.*
*Sed quantum multis vix torquet ſtrenuus horis,*
*Protinus ignaui ventris aſella vorat.*
*Fæmina iners animal, facili congeſta marito*
*Lucra rapit, mundum prodigit inque ſuum.*

In amatores meretricum.

Emblema, LXXV.

*Villoſa indutus piſcator tegmina capræ,*
*Addidit vt capiti cornua bina ſuo,*
*Fallit amatorem ſtans ſummo in littore ſargum,*
*In laqueos ſimi quem gregis ardor agit.*
*Capra refert ſcortum: ſimilis fit ſargus amanti,*
*Qui miſer obſcœno captus amore perit.*

*Vide, Meretrix, Scortum, Scortatio.*

---

# Fortitudo.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

FORTITVDO, Græce ἀνδρεία, ας, ἡ, & ἀνδρεῖος, ου, ὁ, fortis & virilis dicitur. Eſt autem fortitudo aggreſſio terribilium, vbi mors imminet propter bonum commune ſaluandum. *ſecundum Ariſt. lib.3. Ethic.*

Fortitudo eſt virtus, quæ animum ſuper periculi metum agit, nihilq; niſi turpia timia, tolerat fortiter vel aduerſa, vel proſpera Præſtat autem fortitudo magnanimitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam conſtantiam, tolerantiam, firmitatem. *ſecundum Macrobium.*

Fortitudo eſt ſcientia perferendarum, vel affectio animi in patiendo ac perferendo, ſummæ legi parens ſine timore. *ſecundum Cic. lib.4. Tuſc. quæſt.*

Fortitddo eſt animi affectio legi ſummæ in perpetiendis rebus obtemperans. *Vt ibidem.*

Fortitudo eſt probata (vt dicunt maiores) ſcientia rerum tolerandarum, & non tolerandarum, non excedens modum per immoderatam audaciam, nec deficiens per pœnæ ſenſibilitatem. *ſecundum Aulum Gellium libro duodecimo Noctium Atticarum.*

Fortitudo eſt, quæ gratia Reipublicæ ſe exponit & non cedit, neque fugit periculis excreſcentibus, *ſecundum B. Thom. opuſculo de regimine principum.*

Fortitudo eſt firmitas animi in ſuſtinendis & repellendis his, in quibus maxime eſt difficile firmitatem habere propter bonum virtutis *B Thom. ſecunda Secund. q.1.23 art.2.*

Fortitudo eſt virtus moderatiua timoris & audaciæ, & propter bonum Reipublicæ. *B.Thom ſuper epiſt. ad Hebr. 11. princ.*

Fortitudo & magnanimitas conueniunt in modo & forma, & differunt in materia. *B.Thom. 3. Sent. diſt. 3. q. 33 art. 3.*

Fortitudo firmat contra mala, magnanimitas eſt in perſecutione bonorum. *B.Thom ſecunda ſecundæ, q.129. art.5.*

Fortitudo moderatur timorem, patientia & perſeuerantia triſtitiam, manſuetudo iram. *B. Thomas ſecunda ſecundæ, quæſtione. 13ſ. artic. 2.*

Fortis proprie eſt, qui animum habet infractum, vel qui validis viribus præditus eſt. Dicitur autem à ferendo, quod æquo animo ferat aduerſa. A fortis fit fortiter aduerbium, & fortifico, pro fortem facio. *Plautus Fortifico animum.* Et forteſ[...] tis fio. *Næuius: Creſcit animus, & forteſcunt vires.* [...] forticulus diminutiuum.

Fortitudo eſt mediocritas in metu & confidentia. [...] *Ethicor.*

Fortitudo eſt mediocritas earum rerum, quæ ho[...] fiduciam præbent, vel terrorem afferunt. *Petronius in* [...] *Ethic.* Vel.

Fortitudo eſt virtus, pugnans pro æquitate. Item ſecun[...] *dum Socratem & Ariſtot. 3. Ethic.* rerum tolerandarum [...] lerandarum:

Fortitudo, animi magnitudo, robur, excelſitas, præſen[...] in rebus arduis: Hebr. *CheZek*, à verbo *Chazak* fortis [...] inualuit, obfirmatus eſt. Ab eod. verbo deriuatur *Ch*[...] do, firmitas, robur. *Geburach* etiam fortitudo dicitur [...] robur animi & corporis, quo alius alium ſuperat. *Gibbo*[...] dus, qui aliis imperat & potenter dominatur, ſuper[...] modis apparet: à verbo *Gabar*, ſuperauit, præualuit, p[...] eſt aliis virtute; potentia & authoritate ſuperior fuit [...] tione *Higebbir*, fecit ſuperare, corroborauit. In 4. [...] corroborauit ſe. Deus *EL Gibbor* dicitur, i. fortis, Om[...] quoſcunq; vult reddit inſuperabiles & potentiſſimos [...] noua quadam ratione, quoties ei libet corroborat ad[...] os, qui eius robur contemnunt. *Vide Eſa. 42. 13.*

DIVISIO.

*Fortitudo duplex, ſcilicet.*

- *Mentalis, ſec. ſecunda q. 123. artic. 2. B. Tho.*
  - *Vno modo vt definit Ariſt. 3. Ethic. & eſt medietas inter audaciam & timorem propter bonam mortem: & hæc eſt duplex, ſcilicet*
    - *Aſſimulata, & non vera quia ſcilicet non habens fortitudinẽ veram operatur fortia, quod ſit quintupliciter, propter.*
      - *Paſſionem*
        - *Timoris & dicitur ab Ariſt. politica, id eſt, ciuilis, cuius gradus tres aſſignãtur: quorum*
          - *Primus ſuſtinere, vel aggredi ardua vel pe*[...] *tis non propter virtutem vel bonum commune* [...] *tentur increpationes & opprobria, vel vt* [...] *nores.*
          - *Secundus eſt, ſuſtinere vel aggredi ardua* [...] *more pœnæ futuræ, ſecundum leges ſtatutas.*
          - *Tertius eſt ſuſtinere vel aggredi, vt ſupr*[...] *præſentis pœnæ, vt cum præcipitantur vel* [...] *entes.*
        - *Iræ vel furoris, cum quis propter iram fortiter agit: quæ* [...] *icos eſt cos fortitudinis.*
        - *Spei, cum ſcilicet propter multas victorias acquiſitas, non p*[...] *vel armorum experientiam, fiduciam concipiunt, & ſpem* [...] *briis contingit: & tales à Philoſopho bonæ ſpei dicuntur.*
      - *Artem, ſicut in militibus, qui propter peritiam & exercitium non* [...] *uia pericula belli, arti ſuæ fidentes, vt ait Vegetius de re militari: Nemo* [...] *tuit, quod ſe bene didiciſſe confidit.*
      - *Experientiam, & Philoſopho 3. Ethic. dicitur fortitudo militaris.*
      - *Ignorantiam, cum ſcilicet neſcientibus pericula occurrunt in grau*[...] *& hi minimum de formidine habent.*
      - *Lucrum. Horat. Impiger extremos currit mercator ad Indos.*
        *Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.*
    - *Vera ſecundum B. Tho. & eſt ea, quæ firmat animum, retineat, & audeat mori, propter quod quando, vbi, & ſecundum cæteras circumſtantias: cuius*
      - *Materia.*
        - *Circa quam, id eſt obiectum, & eſt terribile circa pericula* [...]
        - *In qua id eſt, ſubiectum perfectibile per fortitudinem, & v*[...] *appetitus ſenſitiui.*
      - Partes.
        - *Integrales, quæ ſunt ea, quæ oportet cõcurrere ad perfectum actũ fortis, & ſic ſunt quatuor, quas ponit Cicero, ſcilicet*
          - *Fiducia, qua quis in aggrediendo pericula* [...] *ptum habet animum.*
          - *Magnificentia, qua fortis perſiſtit in exe*[...] *quæ fiducialiter inchoauit circa pericula* [...]
          - *Patientia, qua fortis hominis animus nõ f*[...] *decidit à ſua magnitudine, difficultate* [...]
          - *Perſeuerantia, qua fortis animus non fra*[...] *cidit a propria magnitudine, non modo d*[...] *ſuper diuturnitate tolerantiæ imminent*[...] *q. 128.*
        - *Subiectiuas non habet, quia non diuiditur in multas ſpec*[...] *ca materiam valde ſpecialem, de quibus ſupra.*
        - *Potentiales vel annexas, & ſunt*
          - *Secundum Ciceronem. Magnificentia, Fidu*[...] *tia, Tolerantia.*
          - *Secundũ Macrobiũ.*
            - *Magnanimitas, quæ à Cicerone* [...] *comprehenditur.*
            - *Fiducia, per quam magnis & ho*[...] *multum ipſe animus in ſe fiducia* [...] *cauit, ſecundum Ciceronem.*
            - *Securitas, quæ ſub fiducia conti*[...]
            - *Magnificentia, quæ eſt rerum ma*[...] *excelſarum cum animi quadam* [...] *dida propoſitione cogitatio atq;* [...] *id eſt, executio ſecundum Ciceronem.*
            - *Conſtantia quæ à Cicerone ſub* [...] *comprehenditur.*
          - *Secundum Andronicum.*
            - *Tolerantia quã Cicero vocat p*[...]
            - *Epicia, id eſt, bona animoſitas,* [...] *quod ſecuritas, & ſub fiducia com*[...] *& eſt robur animi ad perficiendi* [...]
            - *Lenia, id eſt, patientia vel tolera*[...] *habitus promptus, tribuens ad* [...] *portet, & ſuſtinere, quæ ratio dic*[...]
            - *Magnanimitas quam ſub fidu*[...] *comprehendit.*
- *Secundo modo, vt diffinit Aug. l. 83. q. dicẽs quod fortitudo eſt firmitas animi eorum, quæ temporaliter moleſta ſunt, & ſic eſt quædã generalis conditio cuiuslibet virtutis, & non eſt virtus ſpecialis.*

- *Corporalis, quæ in 5. conſiſtit, ſcilicet.*
  - *Vigore complexionis,*
  - *Robore membrorum,*
  - *Abundantia cibi,*
  - *Conſtantia mentis,*
  - *Experientia bellicæ*
  - *Artis.*
- *Actus*
  - *Principalis,*
  - *Secundarius,*
    - *Suſtinere,*
    - *Aggredi.*
      - *quibus opponitur*
        - *Timor,*
        - *Audacia,*
        - *Intimiditas.*
- *Virilitas, & eſt habitus per ſe ſufficiens tributus in his, quæ ſecundum virtutem ſunt. eſt idem cum fiducia.*
- *Perſeuerantia vt Cicero.*
- *Magnificentia, vt Cicero.*
- *Andragathema id eſt, ſtrenuitas, quam Cicero comprehendit ſub magnificentia, cui opponitur per*
  - *Exceſſum Banauſea, quæ cōſumptio latine dici poteſt.*
  - *Defectum, Paruificentia.*

*B. Thomas ſuper Eſaiam, 3. princ. quæſt. 123. art. 6.*

### ¶ Biblici Loci.

Fortitudo quæ; *Prou.24.v.5. Fortitudo à Deo eſt, Pſal.* 28. *verſ.*9. Dan.2.v.20. Fortitudo noſtra Deus, *Exod* 15.2. Fortitudo Dei oſtenſa in Pharaone, 9. v.16. Fortitudinem aufert Deus inobedientibus, *Deut.* 28. v.32.

### ¶ Sententiae Biblicae.

Non in fortitudine ſua (ſed Dei) roborabitur vir, 1.*Reg* 2.

Confortamini, & agite diligenter: & Dominus erit vobiſcum in bonis. 2.*Paral.*59.

Expecta Dominum, viriliter age & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. *Pſal.*26.

Fortis Deus noſter. *Ioſu.*22.22. & 2. *Sam.* 22.3.

Domus iuſti plurima fortitudo, & in fructibus impii conturbatio. *Prou.*15.

Mulierem fortem quis inueniet? 31.

Dicebam ego mulierem eſſe ſapientiorem fortitudine. *Eccl.* 9.

Factus eſt fortitudo pauperi: fortitudo egeno in tribulatione ſua. *Eſa.*25.

Dicite, puſillanimes, confortamini, & nolite timere: ecce Deus veſter vltionem adducet retributionis: Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. 35.

Conſurge, conſurge, induere fortitudine tua Sion. 52.

Conforta lumbos, robora virtutem valde. *Nahum.*2.

Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia, quæ poſſidet. *Luc.* 11.

In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur. 2.*Corinth.*4.

*Fortitudo bona Deum quærit.*

Fortitudo mea & laus mea Dominus *Exod.* 15.

Vos ergo confortamini, & non diſſoluantur manus veſtræ: erit enim merces operi veſtro. 2.*Paral.*15.

Oculi Domini contemplantur vniuerſam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum. 16.

Etenim Dominus eſt fortitudo veſtra. *Nehem.*8.

Viriliter agite & confortetur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in Domino. *Pſalm.*30.

Fortitudinem meam ad te cuſtodiam: quia Deus ſuſceptor meus es. 58.

Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſrael ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ: benedictus Deus. 67.

Ego prudentia mea, eſt fortitudo (non tua.) *Prou.* 8.

In timore Domini fiducia fortitudinis. 14.

Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſum currit iuſtus, & exaltabitur. 18.

Quia fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus eſt mihi in ſalutem. *Eſa.*12.

Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua, ſpes à turbine, vmbraculum ab æſtu. 25.

In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. 30.

Qui dat laſſo virtutem, & in his, qui non ſunt, fortitudinem, & robur multiplicat. 40.

Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas vt aquilæ: current, & non laborabunt, & non deficient. ibidem.

Deus meus factus eſt fortitudo mea. 49.

Viriliter agite, & confortamini in Domino. 1.*Cor.*16.

Fratres confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. *Epheſ.*6.

Scio ſaturari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati: omnia poſſum in eo, qui me confortat. *Philip.* 4.

Fili mi, confortare in gratia, quæ eſt in Chriſto Ieſu. 2. *Timoth.*1.

In Chriſto Ieſu modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit ſolidabitque. 1.*Pet.*5.

*Vitia ſubigit.*

Tenebit iuſtus viam ſuam, & mundus manibus addet fortitudinem. *Iob.*17.

Fortitudo ſimplicis via Domini, & pauor his, qui operantur malum. *Prou.*10.

Si deſperaueris lapſus in via anguſtiæ, imminuetur fortitudo tua. 24.

Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, confortamini: omnia enim veſtra in Charitate fiant. 1.*Cor.*16.

Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus peccatum repugnantes, & obliti eſtis conſolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur. *Heb.* 12.

*Hoſti reſiſti.*

Fugit impius, nemine perſequente: iuſtus autem quaſi leo confidens abſque terrore erit. *Prou.* 28.

Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo; Meus es tu. Cum tranſieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te: quia ego ſum Dominus Deus tuus, ſanctus Iſrael Saluator tuus. *Eſa.*43.

Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Rom.*8.

De cætero, fratres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. *Epheſ.*6.

Scribo vobis adoleſcentes, quoniam viciſtis malignum. Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes facti eſtis, & verbum Dei manet in vobis, & viciſtis malignum. 1.*Ioan.*2.

*Fortitudo reproba Deum offendit.*

Tendit enim aduerſus Deum manum ſuam, & contra Omnipotentem roboratus eſt. Cucurrit aduerſus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus. *Iob.*15.

Melior eſt ſapientia, quam vires, & vir prudens, quam fortis. *Sapient.* 6.

Fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla, & ſcindetur vtrumque ſimul, & non erit qui extinguat. *Eſaiæ.*2.

Fortes Dauidis, 2.*Sam.*23.8.1.*Chron.*11.10.

### ¶ Patrum Sententiae.

Quia vera virtute fortis eſt, nec temere audet, nec inconſulte timet. *Aug. in epiſt. ad Hieron.*

Nemo eſt: qui non magis dolorem fugiet, quam affectet voluptatem, quandoquidem videmus immaniſſimas beſtias à maximis voluptatibus exterreri dolorum metu, contra quę firmiter ſtat fortis. *Lib.*83. *quæſt.*

Hæc eſt vera fortitudo, quæ naturæ vſum, ſexus infirmitatem mentis deuotione tranſgreditur. *Idem de vid.*

Ille ſolus vir fortis debet iudicari, qui temperans eſt, moderatus & iuſtus *Lactant. Firm. diuin. inſtit. lib.*1.

Timiditas in ſapiente eſſe non debet *idem lib* 2.

Fortitudo atq; conſtantia via regia eſt, à qua declinat ad dexteram, qui temerarius eſt & pertinax: ad ſiniſtram, qui formidoloſus eſt & pauidus. *Hieron ſuper Eſaiam.*

Iuſti & fortis viri eſt, nec aduerſis frangi, nec proſperis ſubleuari, ſed in vtroque eſſe moderatum. *Hieron. ſuper Ioelem.*

Fortitudo, quæ bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmas vel à latronibus ſocios, plena iuſtitia eſt. *Ambroſ. lib.* 1. *Offic. & habetur* 23.*q.*3 *Fortitudo.*

Non mediocris animi eſt fortitudo, quæ ſola defendit ornamenta virtutum omnium, ſimulque & iuſtitiam cuſtodit, & quæ inexpiabili prælio aduerſus omnia vitia decertat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, & rigidior aduerſus voluptates, vt auaritiam effugiat tanquam labem quandam, quæ virtutem effœminat. *Ambroſ. lib.*1. *de Offi.*

In duobus generibus fortitudo ſpectatur animi. Primo, vt exteriora corporis pro minimis habeat, & quaſi ſuperflua deſpicienda magis, quam expetenda ducat. Secundo, vt ea, quæ ſumma ſunt, omneſq; res, in quibus eſt honeſtas, præclara animi intentione vſque ad effectum proſequatur. *ibidem.*

Fortis propriam contumeliam non dolet, ſed aliena peccata, & in ſua iniuria lapſum alterius ingemiſcens cauſa ſe fuiſſe deplorat lædentis erroris. Nam ſi iuſtus ſum, afficior propter charitatem, propter Eccleſiæ damnum, propter corporis detrimentum. *Ambr. ſup. Beati immaculati.*

Stultus vt luna mutatur, ſapiens enim non metu frangitur, non poteſtate mutatur, non extollitur proſperis, non triſtibus mergitur. Vbi enim ſapientia, vbi virtus eſt, ibi conſtantia & fortitudo. Sapiens ergo idem eſt animo, non minuitur, non augetur rerum mutationibus, nec vt paruulus fluctuat, vt circumfe-

ratur omni vento doctrinæ, ſed manet perfectus in Chriſto fundatus charitate, radicatus fide. *Ambroſius in epiſtola ad Simplicianum.*

Fortitudo non niſi in aduerſitate oſtenditur. Tanto enim quiſque ad fortitudinem profeciſſe verius ſe demonſtrat, quanto aliena mala robuſtius tolerat. Nam minus in ſe conualuit, quem aliena iniquitas ſternit, qui in eo, quod ferre non valet, puſillanimitatis ſuæ gladio confoſſus iacet. *Gregorius libro quinto Moralium.*

Fortitudo deſtruitur, niſi per conſilium fulciatur. Quia quo plus ſe poſſe conſpicit, eo virtus ſine moderatione rationis deterius in præceps ruit. *idem.*

Iuſtorum fortitudo eſt, carnem vincere, propriis voluptatibus contraire delectationem vitæ præſentis extinguere, huius mundi aſpera pro æternis præmiis amare, proſperitatis blandimenta contemnere, aduerſitatis metum in corde ſuperare. *Greg. lib. 7. Moral.*

Reproborum fortitudo eſt tranſitoria, ſine præceptis eius, ſine ceſſatione diligere, contra flagella conditoris inſenſibiliter perdurare, ab amore rerum temporalium nec aduerſitate quieſcere, ad inanem gloriam etiam cum vitæ detrimento peruenire, malitiæ augmenta exquirere bonorum vitam non ſolum verbis ac moribus, ſed etiam gladiis impugnare, in ſemetipſis ſpem ponere, iniquitatem quotidie ſine vllo deſiderii delectu perpetrare.

Nonnunquam culpa fortium occaſio virtutis fit, & virtus infirmorum occaſio peccati. Sicut influente aqua paulatim conſumitur terra, ſic leniter ſui repente vitio, mens etiam fortis abſorbetur. *idem.*

Fortes facti ſunt Sancti, carnem domant virtutibus coruſcant, ſpiritum roborant, terrena deſpiciunt, cœleſtia appetunt: occidi poſſunt, flecti autem nequeunt, nec ſuſtinere falſa per infirmitatem metuunt, nec læſi vnquam à veritate conticeſcunt. *Greg. in quadam homilia.*

Sancti, quorum vita in proſperitate & aduerſitate nouit fortiter ſtare, lapidibus quadris comparantur; Lapis enim quadrus æqualiter ſtat, in quocunque fuerit latere verſus. Quiſquis igitur in proſperitate non extollitur: in aduerſitate non frangitur, ſuaſionibus ad malum non trahitur, vituperationibus à bono opere non reuocatur, lapis quadrus eſt. Et quaſi ex omni latere ſtatum habet, qui caſum in qualibet mutatione non habet. *Greg. ſuper Ezech hom.* 21.

Fortitudinis mater prudentia, non enim fortitudo, ſeu temeritas eſt quilibet auſus, quem non parturiuit prudentia. *Bernar. in lib.* 1. *de Conſideratione.*

Bonus circuitus eſt, ſi iuſtitia quærit, prudentia inuenit, fortitudo vendicat, temperantia poſſidet, vt ſit iuſtitia in affectu, prudentia in intellectu, fortitudo in effectu, temperantia in vſu. *idem.*

Virum fortem iniuriæ probant. *Auguſt.*

Sunt quidam, qui corpore fortes ſunt, debiles autem animo, parcunt ſibi ſeipſos amantes, ſequuntur otium, vacant fabulis, tales accuſantur de furto, rapina, & mendacio. Sunt enim fures, qui communi neceſſitati ſubtrahunt, quod commune fecerunt, cum renuntiarent mundo, ſe ipſos abnegantes. Sunt raptores coram Deo, qui eo vidente, qui novit occulta cordium, communi vitæ, quod ſciunt, aut quod poſſunt, violenter auferunt. Sunt mendaces coram Deo & hominibus, qui quod voluerunt, reddere poſſunt, ſed nolunt. Sic igitur coram fratrib. ſuis fures, coram Deo raptores, coram Deo & hominibus mendaces ſunt. *Hugo de clauſtro animæ. lib.* 2.

Vir vocatus à viribus, qui neſcit in aduerſis tolerando deficere, aut in proſperis aliqua elatione ſe iactare, ſed animo ſtabili defixis, & cœleſtium rerum contemplatione firmatus, manet ſemper impauidus. *Caßiodorus ſuper Pſalmum primum, Beatus vir.*

## ¶ Poetarum Sententiae.

Ouidius.

*Scilicet aduerſis probitas exercita rebus,*
*Triſti materiam tempore laudis habet.*

Seneca.

*Haud eſt virile terga fortunæ dare.*

Virgilius.

*Superanda omnis fortuna ferendo eſt.*

Idem.

*Audaces fortuna iuuat, timidoſque repellit.*

Propert.

*Audendum tibi aliquid, ſi vis eſſe aliquid.*

Terent.

*Non fit ſine periculo facinus magnum & memorabile,*
*Laus erit, in magnis & voluiſſe ſat eſt.*
*Tendit in ardua virtus.*
*Nihil intentatum relinquit virtus.*
*Nihil tam alte natura conſtituit, quo virtus non poßit eniti*

Horatius.

*Viuite fortes,*
*Fortiaque aduerſis opponite pectora rebus.*

Martial.

*Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam,*
*Fortiter ille facit, qui miſer eſſe poteſt.*

Plaut. in Pſeud.

*Bonus animus in re mala, dimidium eſt mali.*
*Nā mala ſtultitia eſt, facinus magnū timido cordi...*
*Nam omnes res perinde ſunt, vt agas, vt eas magni...*

Ouid. 2. de remed amor.

*Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum,*
*A cane non magno ſæpe tenetur aper.*

Menander.

Ανδρὸς ἐστιν, τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν
*Viri eſt, accidentia generoſe ferre.*

Plautus in Aſinaria.

*Hem iſta virtus eſt, quādo vſus eſt qui malum fert...*
*Fortiter malum qui patitur, idem poſt patitur...*

Virg. Æneid. lib. 2.

*Moriamur, & in media arma ruamus:*
*Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.*

Ibidem.

*Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.*

Virg. Æneid. lib. 6.

*Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito,*
*Qua tua de fortuna ſinet.*

Ibidem.

*Nunc animis opus Ænea, nunc pectore firmo.*

Virg. Æneid. lib. 9.

*Eſt hic. eſt animus lucis contemptor, & iſtum*
*Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.*

Lucan. Pharſal. lib. 7.

*Fortißimus ille eſt,*
*Qui promptus metuenda pati, ſi cominus inſtent,*
*Et differre poteſt.*

Ouid. Metamorph. lib. 10. fab. 12.

*In audaces non eſt audacia tuta.*

Idem lib. 10. fab. 13.

*Audentes Deus ipſe iuuat.*

Ouid. Triſt. lib. 3. eleg. 2.

*Suffecitque malis animus, nam corpus ab illo*
*Accepit vires, vixque ferenda tulit.*

Martialis lib. 1. Epigrammatum, de Mutio.

*Dum peteret regem decepta ſatellite dextra,*
*Iniecit ſacris ſe peritura focis.*
*Sed tam ſæua pius miracula non tulit hoſtis:*
*Et raptum flammis iußit abire virum.*
*Vrere quam potuit contempto Mutius igne,*
*Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.*
*Maior deceptæ fama eſt. & gloria dextræ,*
*Si non erraſſet, fecerat illa minus.*

Martialis libro 1. Epigrammatum de Portia.

*Coniugis audiſſet fatum cum Portia Bruti,*
*Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor:*
*Nondum ſcitis, ait, mortem non poſſe negari?*
*Credideram. ſatis hoc vos docuiſſe patrem.*
*Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas.*
*I nunc, & ferrum turba moleſta nega.*

Horat. Carm. lib. 2. Ode. 3.

*Æquam memento rebus in arduis*
*Seruare mentem, non ſecus in bonis*
*Ab inſolenti temperatam*
*Lætitia, moriture Deli.*

Horat. Epiſt. lib. 1. Epiſt. 3. ad Iulium Florum.

*Quod ſi*
*Frigida curarum fomenta relinquere poſſes,*
*Quo te cæleſtis ſapientia duceret ires.*
*Hoc opus, hoc ſtudium, parui properemus & ampli,*
*Si patriæ volumus, ſi nobis viuere chari.*

Boet. de conſol. lib. 3. Metro. 5.

*Qui ſe volet eſſe potentem,*
*Animos domet ille feroces,*
*Nec victa libidine colla*
*Fœdis ſubmittat habenis.*
*Etenim licet Indica longe*
*Tellus tua iura tremiſcat,*
*Et ſeruiat vltima Thule:*
*Tamen atras pellere curas,*
*Miſeraſque fugare querelas*
*Non poſſe, potentia non eſt.*

Menander.

Ὅταν τι πράττῃς ὅσιον, ἀγαθὴν ἐλπίδα
Πρόβαλλ' ἑαυτῷ, τοῦτο γινώσκων, ὅτι
Τόλμῃ δικαίᾳ καὶ θεὸς συλλαμβάνει.

*Qnum quid ſanctum agis : bonam ſpem*
*Tibi propone, certus quod*
*Conatum iuſtum etiam Deus adiuuat.*

Sophocles in Euryphile.

Ἀνδρῶν γὰρ ἐσθλῶν στέρνον οὐ μαλάσσεται,
*Virorum fortium pectus non langueſcit.*

Idem in Creuſa.

Ἔστι δ' ἡ τόλμη πρὸς τὸ δεινὸν ἔρχεται,
Ὀρθὴ μὲν ἡ γλῶσσ' ἐστὶν, ἀσφαλὴς δ' ὁ νοῦς.
*Quiſquis audacter periculum adit*
*Recte quidem & lingua eſt, & mens firma certaq;.*

Euripides in Hercule.

Πότερα γενέσθαι δῆτα χρησιμώτερον;
Συνετὸν, ἄτολμον; ἢ θρασύν τε κ' ἐμμανῆ;
Τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν σκαιὸν ἀλλ' ἀμύνεται.
Τὸ δ' ἡσύχιον ἔργον ἐν δὲ ἀμφοῖν νόσος.
*Vtrum ſane vtilius? an eſſe*
*Prudentem ſine audacia, an audacem & furentem?*
*Alterum quidẽ horum inhumanum eſt, ſed mala repellit.*
*Alterum vero tranquilla res. in vtroq; tamen eſt vitium.*

Homerus.

Οὐ μέν μοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξεις,
Ἀλλ' ἰθὺς μεμαῶτι διὰ στήθεσσιν.
*Non quidem fugienti mihi dorſo haſtam infiges,*
*Sed ex aduerſo ruenti per pectora adige.*

## PHILOSOPHICAE SENTENTIAE ET HISTORICAE.

Appellata enim eſt ex viro virtus: viri autem propria maxime eſt fortitudo: cuius munera duo maxima ſunt, mortis dolorisque contemptio. Vtendum eſt igitur iis, ſi virtutis compotes, vel potius ſi viri volumus eſſe, quoniam à viris virtus nomen eſt mutuata. *Marcus Tullius Cicero libro ſecundo Tuſculanarum quæſtionum.*

Quæ ſunt iſta arma? contentio, confirmatio, ſermoque intimus, quum ipſe ſecum; Caue turpe quicquam, languidum, non virile, obuerſentur ſpecies honeſtæ animo; Zeno proponatur Eleates, qui perpeſſus eſt omnia potius, quam conſcios delendæ tyrannidis indicaret. De Anaxarcho Democrito cogitetur: qui, cum in manus Cyprii Nicocreontis regis incidiſſet, nullum genus ſupplicii deprecatus eſt, neque recuſauit. Calanus Indus, indoctus ac barbarus in radicibus Caucaſi natus, ſua voluntate viuus combuſtus eſt. Nos ſi pes condoluit, ſi dens (ſed fac totum dolere corpus) ferre non poſſumus. Opinio eſt enim quædam effœminata ac leuis, nec in dolore magis quam eadem in voluptate, qua cum liqueſcimus, fluimusque mollitia, apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus. At vero; O Marius ruſticanus vir? ſed plane vir quum ſecaretur, vt ſupra dixi, principio vetuit ſe alligari: nec quiſquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus. Cur ergo poſtea alii? valuit auctoritas. Videſne igitur eſſe opinionis, non naturæ malum? & tamen fuiſſe acrem morſum doloris, idem Marius oſtendit: crus enim alterum non præbuit. Ita & tulit dolorem, vt vir, & vt homo, maiorem ferre ſine cauſa neceſſaria noluit. Totum igitur in eo eſt, vt tibi imperes. *Idem.*

Si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, vtemur: Sin erit ille gemitus lamentabilis, ſi imbecillis, ſi abiectus, ſi flebilis, ei qui ſe dederit, vix eum virum dixerim. Qui quidem gemitus ſi leuationis aliquid afferret, tamen videremus, quid eſſet fortis & animoſi viri. Quum vero nihil imminuat doloris, cur fruſtra turpes eſſe volumus? Quid eſt enim fletu muliebri viro turpius?

Ad ferendum igitur dolorem placide & ſedare, plurimum proderit toto pectore, vt dicitur, cogitare, quam id honeſtum ſit. Sumus enim natura, vt ante dixi (dicendum eſt enim ſæpius) ſtudioſiſſimi appetentiſſimique honeſtatis: cuius ſi quaſi lumen aliquod aſpexerimus, nihil eſt, quod vt eo potiamur, non parati ſimus, & ferre & perpeti. *idem.*

Nam ſi omnia fugiendæ turpitudinis adiſpiſcendæq; honeſtatis cauſa faciamus, non modo ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit. *idem.*

Præterea neceſſe eſt, qui ſit fortis, eundem eſſe magni animi: qui magni animi inuictum: qui inuictus, eum humanas res deſpicere, atque infra ſe poſitas arbitrari. Deſpicere autem nemo poteſt eas res, propter quas ægritudine affici poteſt (niſi fortis.) Ex quo efficitur, fortem virum ægritudine nunquam affici: Omnes autem ſapientes, fortes. *Cicero libro 3. Tuſculanarum Quæſtionum.*

Ergo is, quiſquis eſt, qui moderatione & conſtantia quietus animo eſt, ſibique ipſe placatus, vt neque tabeſcat moleſtiis neque frangatur timore, nec ſitienter quid appetens ardeat deſiderio, nec alacritate futili geſtiens deliqueſcat: is ſapiens eſt, quem quæritis: is eſt beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis lætabile ad efferendum videri poteſt. *Idem lib. 4.*

An fortitudo, niſi inſanire cœperit, impetus ſuos non habet? Quid Herculem, quem in cœlum iſta ipſa, quam vos iracundiam eſſe vultis, ſuſtulit fortitudo, iratum ne cenſes conflixiſſe cum Erymanthio apro, aut leone Nemeæo? An etiam Theſeus Marathonii tauri cornua comprehendit iratus? Vide ne fortitudo minime ſit rabioſa, ſitque iracundia tota leuitatis, neque enim eſt vlla fortitudo, quæ rationis expers eſt. Contemnendæ ſunt humanæ res: negligenda mors eſt, patibiles & labores & dolores putando. *ibidem.*

Fortitudo eſt igitur animi affectio, legi ſummæ in perpetiendis rebus obtemperans. Vel conſeruatio ſtabilis iudicii in eis rebus, quæ formidoloſæ videntur, ſubeundis & repellendis. Vel ſcientia rerum formidoloſarum, contrariarumq; perferendarum, aut omnino negligendarum, conſeruans earum rerum ſtabile iudicium. Vel breuius Chryſippus, (nam ſuperiores diffinitiones erant Sphæri, hominis imprimis bene diffinientis, vt putant Stoici. Sunt enim omnio omnes fere ſimiles, ſed declarant communes notiones, alia magis alia.) Quomodo igitur Chryſippus? Fortitudo eſt, inquit, ſcientia perferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo ac perferendo, ſummæ legi parens ſine timore. *Idem.*

Quomodo igitur, & cui tandem hic libere imperabit, qui non poteſt ſuis cupiditatibus imperare? Refrænet primum libidines, ſpernat voluptates, iracundiam teneat, coerceat auaritiam, & cæteras animi labes repellat. Tunc incipiet aliis imperare, cum ipſe improbiſſimis dominis dedecori aut turpitudini parere deſierit. Dum quidem his obediet, non modo Imperator, ſed liber omnino habendus non erit. *Idem libro Paradoxorum.*

Magna laus & admirabilis videri ſolet, tuliſſe ſapienter caſus aduerſos, non fractum eſſe fortuna, retinuiſſe in rebus aſperis dignitatem. *Idem. lib. 2. de Oratore.*

Res magnas & excellas ſequi & appetere oportet, ſi fortitudinis partibus vtemur. *Idem. Rhet nouor. lib. 3.*

Fortitudini fortuna quoque adiumento eſſe ſolet. *Idem.*

Qui magno eſt animo, atque forti, omnia, quæ cadere in hominem poſſunt, deſpicit, & pro nihilo putat, atque iſte vir altus & excellens magno animo, vere fortis, infra ſe omnia humana ducit. *Cicero lib. 3. de finib. bonorum & malorum.*

Qui prælio imminente poteſt alios fortiores reddere, is ſibi procul dubio conſcius fuerit, hominem ſe perfectè fortem eſſe. Qui verò hæc ſibi ſoli ſuggerere poteſt, atque hoc adeo ſatis eſſe ſibi ducit, is meritò ſe imperfectè fortem eſſe arbitretur. *Xenoph. de Inſtit. Cyri lib. 3.*

Tranquillitas & ocium, nequit ſeruari, niſi iungatur promptitudo, & alacritas in agenda. *Thucyd ex concione Periclis.*

Magnæ res etiam magnis cum periculis volunt percipi. *Herodot. lib. 1. hiſt.*

Fortitudinem medium eſſe dicunt inter timiditatẽ & temeritatem: quarum alia ſuperatur à modo, altera ei præſtat in iraſcentiæ affectu. *Plutarch apud Stob. Ser. 7.*

Fortiſſimi ſunt, qui cùm optime ſciant diſcrimen terribilium rerum & ſuauium, propterea periculum non fugiunt. *Thucyd. libro 2.*

Fortiſſimos eſſe opertet, qui fortiſſimos vicerunt. *Idem. lib. 7.*

Abſque animi intrepida præſentia nullus dolus contra pericula valet, metus enim memoriam ſtupefacit, dolus autem ſine ea nihil prodeſt. *Idem, apud Stob ſerm 7.*

Acerbior viro mente prædito, animi fracti cum timore afflictio videtur, quàm ea mors quæ cum robore & communi ſpe obruit ſine ſenſu doloris. *ibid.*

Fortes iure cenſeri queant, qui cùm dura & iucunda liquidò cognorint, propterea tamen à periculis non declinant. *ibid.*

Fortium virorum eſt magis mortem contemnere, quàm odiſſe vitam. *Curt. lib. 5.*

Ferro atque audacia iter fit, quamuis per confertos hoſtes. *Liuius, dec. 3 lib. 2.*

Etiam fortes viri caſibus ſubitis terrentur. *Tacit. Annal. libro 15.*

Paucos viros fortes natura procreat, bona inſtitutione plures reddit induſtria. *Vegetius lib. 3. c. 36.*

Pauci virtute inſtructi maximas queunt hoſtium copias profligare. *Procop de Bello Goth. lib. 1.*

Viri virtutem non cœptæ res arguunt, ſed peractæ deſignant. *Idem ibidem.*

Grauium hominum eſt, ſi non laceſſuntur iniuria, quieſcere: fortium autem, ſi laceſſiti fuerint, pacem bello mutare: eoſdemque re bene geſta rurſus in concordiam redire: neque bellorum proſperitate extolli, neque ex otio pacis voluptate captos pati iniuriam. *Thucyd. lib. 1.*

Oportet in hoſtili terra militantes animo quidem eſſe præſtanti, ad rem verò gerendam cum metu ſe præparare. Ita namque ad inuadendum hoſtem promptiſſimi fuerint, & ad congrediendum tutiſſimi. *Idem. lib. 2.*

Ea fortitudo vera eſt, qua appetitus ratione coercentur. *Plut. in Numa.*

Fortitudinem mihi videntur, non vacuitatem à metu, ſed metum reprehenſionis & ignominiæ antiqui iudicaſſe. Qui enim

maximè leges timent, ii aduerſus hoſtem ſunt audaciſſimi : minimeque dolorem formidant, qui malè audire maximè timent. *Plut. in Cleomene.*

Efficit fortitudo bellica, vt & aliæ virtutes earum poſſeſſoribus ſint fructuoſæ. *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib.* 2.

Nihil adeo arduum eſt, quod non virtute conſequi poſſit. *Cæſar de bello Gal l.* 7.

Nihil eſt tam arduum quod animi fortitudine ſuperari non poſſit. *Appian. de bello Hiſpanico.*

Fortiter ſe gerere in aduerſis rebus, quid aliud eſt quàm ſæuientem fortunam, in adiutorium ſui, pudore victam conuertere? *Val. Max. lib* 3 *cap.* 7.

Cuncta virtute ſunt expugnabilia. *Tacitus, Annal. lib.* 12.

Decet viros fortes atque moderatos optima quidem optare, ſed ferre quæcunq; incidunt. *Herodian. in Alex.*

In periculis virtutem impigram eſſe conuenit & audacem, atq; (quum res poſtulat) regibilem & conſultam. His virtutem oportet eſſe contentam, quæ ſudore quæſiuit & dexteris. *Amm. Marcell. lib.* 17.

Illum fortem virum dicam, quam bella non ſubigunt, nec admota vis hoſtilis exterret, non cui pingue otium eſt inter deſides populos. *Senec. lib. in Sap. non cadere iniuriam.*

Fortitudo eſt virtus, pericula iuſta contemnens: aut ſcientia periculorum repellendorum, excipiendorum, prouocandorum, *Idem, de benef. lib.* 2. *cap.* 34.

Quid eſt fortitudo? Munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile, quod qui circumdedit ſibi, ſecurus in hac vitæ obſidione perdurat: vtitur enim ſuis viribus, ſuis telis. Non eſt quod vnquam fortunæ putes eſſe te tutum. Tuis pugna contra ipſam.

Fortuita non armant. *Epiſt.* 115.

Fortitudo, & induſtria, & ad bellum prompta mens, tam in Perſas, quàm in altè cinctos cadit. *Epiſt.* 33.

Bona capeſſere decet, & perpeti quodcunque accidit. *Plato apud Stob. ſerm.* 7.

Fortitudo virtus eſt animoſi, per quam non facilè mortis metus ingruit. *Ariſtot. libr. de virtutibus apud Stobæum eodem Sermone.*

Fortitudinis vero inconcuſſum à mortis formidinibus, conſtantem in malis & intrepidum eſſe ad pericula: malle honeſtè mori quam turpiter ſeruari, & victoriæ cauſam præſtare. Præterea autem fortitudinis eſt, & laborare, & in animo inſtituere, & poſſe. Accidit autem fortitudini & audacia, & animi præſtantia, fiducia, confidentia, ad hæc induſtria & tolerantia. *Idem. ibid.*

Fortis eſt non tantùm hoſtium bellatorum, ſed & voluptatum victor. *Stob. Serm.* 17. *ex Democrito.*

Neceſſitudo etiam timidos fortes facit. *Salluſt in Catilin.*

Ego naturam vnam communem omnium exiſtimo, ſed fortiſſimum quemq; generoſum eſſe *Salluſt. in Iugurth.*

Is clarus eſt, qui prælio ſtrenuus eſt & bonus conſilio: quorum alterum ex prudentia timorem, alterum ex audacia temeritatem conſequi plerunque ſolet. *idem.*

Secundis rebus feroces ſumus. *idem.*

Fortitudo autem non ea eſt, quæ contra naturam monſtri vice nititur vltraque modum eius egreditur, aut ſtupore animi, aut immanitate aut quadam miſera & neceſſaria in perpetiendis doloribus, exercitatione: qualem fuiſſe accepimus ferum quendam in ludo Cæſaris gladiatorem, qui, cum Vulnera eius à medicis exſecabantur, ridere ſolitus fuit. Sed ea vera & proba fortitudo eſt, quam maiores noſtri ſcientiam eſſe dixerunt: & rerum tolerandarum & non tolerandarum. Per quod apparet, eſſe quædam intolerabilia, quibus fortes viri aut obeundis abhorreant, aut ſuſtinendis. *Idem. lib.* 12. *cap.* 5. *Noctium. Atticarum.*

Eneruos animos odiſſe virtus ſolet. *Val. Max. lib* 2.

Multo enim, multoque ſeipſum quam hoſtem ſuperare, operoſius eſt, nec aduerſa propera feſtinatione fugientem, nec ſecunda effuſo gaudio apprehendentem. *idem. lib* 4.

Multa exilia patent fugienti. Patria eſt, vbicunq; vir fortis ſedem ſibi elegerit. *Qu. Curtius de geſtis Alexandri, lib.* 5.

Nemo eſt tam fortis, quin rei nouitate perturbetur. *Iulius Cæſar lib.* 6.

Primum argumentum compoſitæ mentis exiſtimo, poſſe conſiſtere, & ſecum morari. *Seneca. ad Lucil. Epiſt.* 2.

Turpe eſt cedere oneri, luctari cum officio, quod ſemper recepiſti. Non eſt vir fortis & ſtrenuus, qui laborem fugit. *Seneca epiſt.* 22. *ad Lucil.*

Fortis & compoſitus animus eſt, qui nec ablatum quicquam ſibi ſentit, nec abiectum: ſed in eodem habitu eſt, quocunque res cedunt, ſiue geruntur. Vulgaria bona ſupra res ſuas eminent ſiue aliquid exiſtis, quæ omnia caſus excuſſerit, minor non fit. *Senec. ad Lucil. in epiſt.*

Fortes quidem & paratiſſimi fundere ſanguinem ſuum, alienum videre non poſſunt. Alii gladium facilius recipiunt, quam vident. *in epiſt.* 58.

Sic dolores, moleſtias, iniurias virtus ſua magnitudine elidit atque opprimit. *Seneca ad Lucil. epiſt.* 68.

Quæris, an omne bonum optabile ſit: Si bonum eſt, inquis,
fortiter torqueri, & magno animo vri, & patienter [...]
quitur, vt iſta optabilia ſint. Diſtingue iſta, & intelligi [...]
aliquod optandum. Tormenta à me abeſſe velim, ſed [...]
fuerint, vt me in illis fortiter, honeſte, animoſeque ger[...]
velim non incidere in bellum, ſed ſi incido, & vulnera [...]
& omnia, quæ bellorum neceſſitas affert, vt generoſe fera[...]
bo. Ita non incommoda optabilia ſunt, ſed virtus qua [...]
tur incommoda. Pati tormenta non optabile eſt, ſed [...]
*idem.*

Non quia difficilia ſunt multa, non audemus, ſed quia [...]
demus, difficilia ſunt. *Seneca ad Lucil. in epiſt.*

Non mirum eſt in tranquillitate non concuti. Id mi[...]
tolli aliquem, vbi omnes deprimuntur, ibi ſtare, vbi o[...]
Sapienti viro nihil mali poteſt euenire. Stat rectus [...]
pondere, nulla illum res minorem facit. Nihil illi eo[...]
renda ſunt, diſplicet. Nam quicquid cadere in homin[...]
ſe cecidiſſe non queritur. *idem epiſt.* 73.

Fortitudo non eſt inconſulta temeritas, nec peri[...]
nec formidabilium appetitus: ſed eſt ſcientia diſtingu[...]
malum, & quid non ſit. Diligentiſſima eſt in tutelis [...]
patientiſſima eſt eorum, quibus falſa ſpes malorum [...]
*epiſt.* 85.

Quemadmodum hoſtis eſt pernicioſior fugientibus, [...]
fortuitum in commodum magis inſtat cedenti, quam [...]
rata tibi eſt pax, ſi in aliquo certamine debellata fortu[...]
pus conualitudo tenet, non animum. *Sen. epiſt.* 79.

Si aliquem valde facias impauidum, quod Deos no[...]
fortis, ſed inſanus eſt. Fortis ergo erit, non qui time[...]
qui nihil menſurat timore, ſed qui auget fortitudin[...]
*Magnor. Moral.* 1.

Fortitudo contemptrix timendorum eſt. Cogitan[...]
omnia, & animus aduerſus ea, quæ poſſunt euenire, [...]
exilia, tormenta, morbos, bella, naufragia, medita[...]
*piſt.* 89.

Fortitudo eſt munimentum humanæ imbecillitatis [...]
bile, quod qui circumdedit ſibi, ſecurus in hac vita [...]
durat. *Idem* 114.

Locum medium optimum dicimus in bello, qui[...]
locum medium, inter locum timidorum & audacium [...]
*lib.* 2. *Poetica.*

Fortes ex eo nominantur, quod ea, quæ acerb[...]
dentur, forti magnoque animo perferant. Itaque m[...]
eſt fortitudo, eaque iure laudatur: difficilius eſt en[...]
culorum moleſtiaſque plenas ferre, quàm ſe à volu[...]
nere. Sed fortitudinis finis iucundus eſt, etſi propter [...]
circumfuſæ ſunt, minus appareat. *Ibidem. Ariſtot[...]*
*corum.*

Inter virtutes, quæ fortitudini famulantur, eſt [...]
quæ eſt æqua laborum ac moleſtiarum perpeſſio [...]
tia, imbecillitatis mollitieique expultrix. Item pa[...]
lis & firma perpeſsio eorum omnium, quæ dura, [...]
lia, grauia, ærumnoſa contingere vnquam poſſu[...]
quoque, quæ periculoſis atque aduerſis malis [...]
bendum eſſe doceat. *Iouianus Pontanus libro* 1. *de fo[...]*
*ca & heroica.*

¶ Apophthegmata.

*Zeno* accuſatus, quod coniuraſſet in perni[...]
ranni, cum in eculeo iuberetur edere nomina [...]
nominauit pleroſque illi amiciſſimos. De his [...]
cio, rogatus à tyranno, num quis ſupereſſet etiam? [...]
quit, Reipublicæ pernicies, tandem & linguam [...]
tatam in os tyranni, quod ob iracundiam hiabat, [...]
*lib.* 9. *cap.* 5.

*Bion* frequenter dicere ſolebat, Senum eſſe vale[...]
iuuenum verò, fortitudine, *Laert. lib.* 4. *c.* 7.

*Coriſcus*, admodum ſenex, cùm à quodam gra[...]
ualuiſſe: Apage, inquit, quam inuitus reuerſus ſ[...]
gnam partem itineris emenſus, quod abſoluere [...]
Et ſane fortitudinis pars melior in moderato [...]
ptu conſiſtit. *Stob. ſerm.* 7.

*Bias*. Crœſus rex cum contemptim atque minaci[...]
allocutus eſſet, hominem in aduerſis rebus infractum, [...]
cepas edere, fletum ciuiliter indicans, quandoquidem [...]
ciet lachrymas. Adeo ſapientes arbitrantur, nihil [...]
um, ac virtutem, cuius inſtituta per totam vitam [...]
fracto animo ſequuntur, nec imperatis aliorum [...]
*Iudæus lib. Quod omnis probus liber.*

*Idem*. Conſeruis demiſſo vultu mœrentibus, [...]
latronibus capti eſſent, animaduertens quendam [...]
plus ſatis effœminatum eſſe, accedens, inquit: [...]
viro enim opus habere videris. Sic ille [...]
non eſſe vanum, erat ſibi conſcius, in [...]
audacem coniectorem, ſed veridicum [...]
*eod. lib.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Socrates* interrogatus, quid eſſet fortitudo & robur? dixit, Nodus animæ cum corpore. *Stob. ſerm. 7. de fortitud.*

*Democritus* quid efficeret fortitudo? ſciſcitatus: diſpendia minuit, inquit. Item, fortis eſt non qui hoſtes modo ſuperat, ſed & qui voluptatibus ſuperior exiſtit. Nam licet aliquid ciuitatibus imperent, mulieribus ſeruiunt. *Eod. ſer.*

*Theodorus Philoſ.* Minabatur ei tyrannus mortē, & quidem inſepultam. Habes, inquit Theodorus, cur tibi placeas: hemina ſanguinis in tua poteſtate eſt: nam quod ad ſepulturam pertinet, o te ineptum, ſi putas intereſſe, ſupra terram an infra putreſcam. *Seneca li. de tranquill. anim.*

*Plato* interrogatus, quomodo affectum eſſe conueniat aduerſus calamitates: ita (dixit) vt prouidens aliquis non incidat in eas: ſi tamen inciderit, condemnationem etiam ſui non curet. *Stob. ſerm. 7.*

*Ariſtoteles*, quid eſſet fortitudo, ſciſcitatus: Eſt (inquit) virtus animi, per quam non facile mortis metus ingruit.

*Anonymus.* Lacon quidam noctu præteriens monumentum, quum videret ſpectrum, accurrit lancea traiecturus, & in hoc inquit: Quo me fugis, inquit, bis moritura? *Plutarchus in Laconicis.*

*Cleomenes*, cum ſophiſtam quendam de fortitudine diſſerentem non admodum attentis auribus audiret, & ob id à quodam reprehenderetur: Ineptum eſt, inquit, quenquam de fortitudine magnificis vti verbis, qui ipſe nil fortiter geſſit vnquam. *Plutar. in Lacon.*

*Alexander Macedo.* In Ilio ſacra facienti Alexandro, ſacerdos dixit, ſe oſtenſurum Paridis lyram: at ille, imo Achillis, (ait) ſi habes oſtende, ac ante lyram potius haſtam. *Stob. ſerm. 7.*

*Socrates* morti adiudicatus, & proximus quidam Apollodorus eum accedens, ait, Ad iſtud, ô Socrates, ægerrime fero, quod te iniuſte damnatum video. Tunc Socrates: An tu (reſpondit) malles me iuſte quam iniuſte damnatum? Simulque riſiſſe dicitur. Cum autem Anytum falſum teſtem prætereuntem videret, dixit: Vir iſte triumphat, quaſi facinus magnum & præclarum egerit, me ita occiſo. Sed quam ſtultus & improbus eſt? ignorat enim, vter noſtrum in omne æuum vtilior & melior extiterit. *Xen. in Apol. pro Socrat.*

*Archidamus Spart. R.* Soli inquiebat, in rebus ſecundis non ſumus inſolentes, & in aduerſis non frangimur animis. Nec incitati laudibus, vt deliniti voluptate præter noſtram ſententiam aliquid moueamus: nec accuſati impellimur ira ac dolore, ſed propter grauitatem ſimul & bellicoſi & circumſpecti ſumus. Bellicoſi, quia pudor cum grauitate coniunctus eſt, & cum pudore magnitudo animi. Circumſpecti vero ſumus, quia ſic inſtituimur, vt non ita ſapiamus quam vt leges contemnamus. Et ſeuerius regimur cum quadam aſperitate, quam vt detrectemus obedire. Sicque ſumus inſtructi, non vt in rebus inutilibus ſplendida oratione ſapientes videamur, aut hoſtes vituperemus, aut reipſa impares eos ſentiamus: Sed exiſtimamus etiam alios valere conſilio, & fortunas non poſſe proſpici. Aduerſus hoſtes factis ipſis nos præparamus, ratiocinantes, quid ipſi tanquam homines non ſapientes facturi ſint. Nec pendet nobis ſpes ex aliena ignauia, ſed ex noſtra diligentia & circumſpectione. Ac exiſtimandum eſt homines non multum natura inter ſe differre: Sed eos antecellere, qui in rebus neceſſariis recte inſtituti ſunt. *Thucyd. lib.*

*Ageſilaus* fortitudinis in rebus aduerſis inſigne dedit ſpecimē, Conon & Pharnabazus per claſſem regiam mari potiti, obſidebant maritimas Lacedæmoniorum regiones, quum interim Athenienſium ciuitas mœnibus eſſet cincta. Itaque Lacedæmonii Pharnabazo dante pecuniam, pacem meunt cum rege: mittuntque ciuem Antalcidam ad Tiribazum, Græcos Aſiaticos, pro quibus bellum geſſerat Ageſilaus, tradentes regi: vnde euenit, vt huius ignominiæ infamia recideret in Ageſilaum, Antalcidas enim inimicus erat Ageſilao, ideo pacem quacunque occaſione confecit, inuidens illius gloriæ, quem videbat bello creſcere, reddique maximum, ac maxime celebrem. Nec tamen hæc infelicitas deiecit illius animum, ut etiam cuidam dicenti, quod Lacedæmonii Mediſſarent, ita reſponderit, imo Medi potius Laconiſſant: ſignificans indolem Laconum corrumpi fortuna non poſſe. *Plutarch. in Lacon. apophthegm.*

*Idem.* Sciſcitatus vtra virtus eſſet præſtantior, fortitudo an iuſtitia, grauiter reſpondit: Fortitudinis nullum eſſe vſum, niſi adſit iuſtitia: Quod ſi omnes eſſent iuſti, nihil opus foret fortitudine. En virum ſummo dignum duce, qui nihil præter æquum iudicarit honeſtum: recteque perſpexit plurimum intereſſe inter audaciam & fortitudinem. *Plutarch. in apoph. Laconic.*

*Alexander Mammeæ F.* cum audiſſet Artaxerxem Perſarum regem magno militum exercitu Romanum inuaſurum imperium: ... inquit, viros atque moderatos decet optima quidem optare, ferre autem quæcunque accidunt contra animi votum. Fortem quippe eſſe rebus proſperis non extolli, infauſtis, nequaquam frangi animo. *Herodian. lib. 6.*

*Anaxarchus*, dicente ei Alexandro, ſuſpendam te: Minare his inquit, è vulgo: mea autem nihil intereſt, ſuper terram ne an infra computreſcam. *Stob. ſerm. 7.*

*Anaxarchus.* Alaxandro mortuo, quum Anaxarchus tempeſtate eſſe delatus in Cyprum, Nicocreon memor contumeliæ, philoſophum arreptum in mortarium coniecit, ac ferreis piſtillis contundi iuſſit. Hic illam vulgo celebratam vocem emiſit: πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀνάξαρχον δ᾽ οὐ πτίσσεις, id eſt, Tunde Anaxarchi manticam, nam Anaxarchum non percutis. Sentiens, corpus non eſſe partem hominis, ſed animi domicilium tantum. Animus autem non poteſt tundi. *Laertius libr. 1. cap. 10.*

*Demetrius Cynicus* graui calamitate affectus dixit: Hoc vnum dii immortales queri poſſum, quod non ante hac mihi voluntatem veſtram notam feciſtis. Prior enim ad iſta veniſſem, ad quæ nunc vocatus adſum. Vultis liberos ſumere? illos vobis ſuſtuli: vultis aliquam corporis partem? ſumite. Non magnam rem promitto: cito totum relinquam. Vultis ſpiritum? quid ni? nullam moram faciam, quo minus recipiatis, quod dediſtis. A volente feretis, quicquid petieritis. Quid ergo eſt? Maluiſſem offerre, quam tradere. *Vide reliqua apud Senec. lib. 5. de prouidentia. ſeu, quare bonis viris mala accidant.*

*Paulus AEmylius.* Cn. Cornelius Lentulus in clade Cannenſi tribunus militum, quum equum Paulo AEmilio in ſaxo ſedenti, cruoreque oppleto adduceret: Tu quidem, ait Paulus, macte virtute, Corneli eſto: ſed caue, ne fruſtra miſerando, exiguum tempus è manibus hoſtium euadendi abſumas. *Plutarchus & Liuius.*

*M. Cato*, quibuſdam efferentibns hominem inconſulte audacem, & in rebus bellicis ſtrenuum, ait; plurimum referre, vtrū quis virtutem magno æſtimet, an vitam non magnifaciat, ſentiens, non eos ſtatim eſſe fortes, qui quouis modo vitam contemnunt, ſed qui tanti faciunt virtutem; vt huius gratia vitam alioqui charam negligant. Nam ſemet in vitæ diſcrimen conicere, aut infelicium eſt, & quos vitæ iam tædet, aut immanium, & beluis ſimilium. *Eraſ. l. 5. apoph. ex Plut.*

*M. Craſſus*, Quum Publius, Craſſi filius fortiſſime in bello & pugnaſſet, & cecidiſſet, hoſtes caput iuueni haſtæ impoſitum geſtantes, proxime ad Romanos accedebant, inſultantes, rogantesq; quo genere iuuenis ille fuiſſet ortus, neque enim fieri poſſe, vt ex patre tam ignauo & imbelli talis filius naſci poſſet. Hoc tam triſti ſpectaculo nihil commotus Craſſus, per omnes ordines concionatus eſt, clamans: Meus hic priuatus dolor eſt Romani, mea hæc calamitas, meus hic peculiaris luctus: cæterum publica ciuitatis ſalus & gloria in veſtra incolumitate veſtraque virtute ſita eſt. *Plu. in M. Craſſo.*

*Scipio Pompeii ſocer*, quum nauem ſuam teneri ab hoſtibus vidiſſet, ferro ſe tranſuerberauit, & quærentibus, vbi Imperator, inquit, bene habet. *Bruſ. lib. 2. c. 1. ex Appiano.*

*P. Thraſeas Pætus*, cum poſt multa crudelia Neronis facinora atque Agrippinæ mortem, in ſenatu Romano de Neronis rebus ageretur, cui mirum in modum ſenatores aſſentabantur, dicere ſolebat: Si me tantum Nero interfecturus eſſet, magnam haberem adulatoribus eius gratiam: ſed ſi eos, à quibus maxime laudabatur, ſuſtulit, ſublaturuſque eſt, cur oportet fruſtra turpiter & ſeruiliter mori, cum munus naturæ explere liceat, retenta libertate? De me enim, inquit, aliquis ſermo habebitur in poſterum, de iis nullus niſi tantummodo eos interfectos fuiſſe. *Xiphi. in Nerone.*

*Idem* dicere ſolebat, Nero pro innata ſua crudelitate occidere me poteſt, lædere autem non poteſt. Innuens, corpus quidem hominum crudelitati expoſitum eſſe, animum autem nequaquam. *Xiphil. in Nerone.*

*Philo Iudæus* cum aliis Iudæis ex aula C. Caligulæ eiectus, eo quod Cæſari diuinos tribuere honores recuſaſſet, ad ſuos conuerſus dixiſſe fertur: Bono animo eſtote viri, non deerit nobis auxilium: vbi enim humanum ceſſat, diuino non deſtituemur. *Euſeb. li. 2. Eccl. hiſt. c. 5.*

*Athanaſius*, quum ei indiceretur à Iuliano Imperatore exilium, mœrentibus cunctis, qui diſceſſum eius grauiter ferebant, inque ipſum oculis coniectis: Bono eſtote animo, filioli, inquit, nubecula eſt, quæ breui euaneſcet. *Niceph. Call. li. 10. Eccleſ. hiſtor. cap. 19.*

*D. Ambroſius*, poſtquam aduerſus Arrianos & Iuſtinam Auguſtam in templo multa diſputaſſet, atque orthodoxam fidem contra aliorum blaſphemias fortiter defendiſſet, à Valentiniano Iuniore iuſſus templum exire, reſpondit, Lubens id quidem non fecero, neque enim lupis ouium caulam prodam, neque blaſphemis templum diuinum concedam. Quod ſi necare me vis, in ipſa Eccleſia in me enſem aut cuſpidem ſtringe, perlibenter enim cædem eam tulero. *Theod. lib. 5. c. 13. & Niceph. ſcholiaſtes li. 12. c. 19. Eccl. hiſt.*

*Achemenides*, qui & Hormidas appellatus eſt, cum in Perſia Chriſtianam religionem in maxima piorum perſecutione profiteretur, vocatus à Tarane rege, & obiurgatus ob fidei confeſſionem quam in homine extinguere minis conabatur; reſpondit:

Impia atque difficilia à me petis rex, qui vniuerſitatis Deum nequaquam abiuro, vt tuæ maieſtatis fiam amicus. Maius enim eſt crimen diuinam quam regiam lædere maieſtatem. *Nicephor. lib. 14 c.20. Eccl. hiſt.*

*Idem.* Veſtimentis quibuſdam donatus à rege, qui eum beneficiis vincere conabatur, excandeſcens, tunicam conſciſſam abiecit, & voce magna exclamauit. Si huius, inquit, gratia me religionem longe optimam mutaturum putas, en munus tuum vna cum impietate habe. Rex autem tam forti illum animo eſſe cernens, nudum regia exegit. *Niceph. eodem loco.*

*Synnidas* ante pugnam Leuctricam quibuſdam dicentibus, illam ipſam diem oſtenſuram fortem virum: Multifaciendam, vrbane inquit, diem eſſe, quæ virum fortem monſtrare poteſt, *Plutarchus.*

*Anonymus.* Miles quidam Lacedæmonius, in pugna proſtratus, hoſtem eius tergo inſidentem, rogauit vt ſe verteret, & in pectus potius ſtringeret enſem, rogatus: Quid ita? Ne Amaſius, inquit, meus erubeſcat ſi viderit, auerſis confoſſum vulneribus. *Plutarch. in Lacon.*

*Pompeius.* cum Syllanæ factioni ſe addixiſſet, non abſque ſpoliis, nec ſine cruenta victoria imperatori ſe copias exhibiturum eſſe dicebat. Nec prius venit ad Syllam, quam multis conflictibus hoſtium duces ſuperaſſet. *Plut in Rom. apoph.*

*Iul. Cæſar.* poſt attritos Tigurinos, ad vrbem quandam ſociorum proficiſcens, cum audiſſet Heluetios in itinere occurrere, in locum quendam munitum ſe recepit. Ibi congregatis copiis, inſtructaque acie, vbi equus illius, cui ſolebat inſidere, adductus eſt: Hoc inquit, poſt victoriam vtar in perſequendis hoſtibus, & pedes aggreſſus eſt Heluetios. *Plut. in Cæſ.*

*Idem.* Videns aquiliferum terga dantem hoſtibus, faucibus cōprehenſum hominem, in hoſtes manus conuertit, atque ait: Quorſum abis, ignauiſſime, an non illos eſſe vides, quibus cum dimicamus? *Bruſ. lib. 2. c. 43.*

*Idem,* Potentiam duabus potiſſimum rebus parari, pecunia ſcilicet & militibus, atque deinde eam potentiam eiuſmodi rebus conſeruari & augeri, dicere ſolebat. Exiſtimauit autem, hæc duo ſeſe mutuo cōſequi poſſe, exercitum commeatu retineri, rurſum commeatum armis comparari. *Xiphil. in Cæſ.*

*Idem.* Dyrrachii expectabat, vt illuc à Brunduſio milites mitterentur. Id cum tardius fieret, clam omnibus conſcenſa ſcapha exigua, tentauit tranſmittere pelagus, cumque nauigium vndis obrueretur, gubernatori iam animum deſpondenti, quis eſſet aperuit, dicens: Confide fortunæ, ſciaſque te Cæſarem vehere, Tanta erat animi præſtantia, quaſi fortunam ac Deos in manu haberet. Ac tum quidem tempeſtate ingraueſcente, veritus eſt, quod inſtituerat, peragere: Milites autem, vbi reſciuere factum, concurſum fecerunt ad Cæſarem, grauiterque ferebant, ſi alias expectaret copias, velut ipſis diffiſus. *Plut. in apoph.*

*Anonymus,* Cum Antonius appararet claſſem cum Cæſare confligere, quidam tribunus militum, vir fortis, & armis exercitatus, Antonio prætereunti corpus ſuum multis cicatricibus inſignitum oſtendit, dicens: O Imperator, cur his vulneribus, aut huic gladio parum fidis, inq; lignis fragilibus ſpem reponis? Sine Phœnices & AEgyptii claſſe pugnent, nobis Romanis terram da, in qua conſueuimus vel hoſtem vincere, vel mortem oppetere. *Plut. in vita Antonii.*

*Turbo, Adriani Cæſaris præfectus,* monitus ab eo, vt curam haberet ſuæ valetudinis, ſibique daret vacationem à negotiis, reſpondit: Non decere Cæſaris præfectos niſi ſtantes mori, ignauum eſſe ſentiens, in lecto incumbentem expirare. *Eraſmus 6. in apopht.*

*Alphonſus,* videns naufragos auxilium implorantes, ſuos adhortatus eſt, vt illico ſubuenirent, qui dum pertimeſcerent periculum maris tam horrendum dicentes, melius eſſe vnam quam vniuerſas triremes perditum ire: Rex ipſemet ſoluit prætoriam nauem: Satius eſſe inquiens, vna cum ſociis viris fortiſſimis occumbere, quam illos videre ante oculos extrema pati. *Panor. lib. 2. de rebus geſtis Alphonſi.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Syracidæ.* Vt compages & iugamenta lignea ædificatio indita concuſſu non diſſoluuntur: Sic animus perpenſo conſilio nullo tempore pertimeſcit, *c. 22.*

*Plutarchi* Vt qui inambulantes attollunt ſeſe, ac dilatant, faſtuoſi vocantur: at laudantur, qui itidem faciunt in pugilum certamine, aut in pugna, & vocantur fortes & inuicti: Sic & qui in rebus aduerſis erigit animum, fortis habetur & inſuperabilis. *In Moralibus.*

*Vt ceruis* fruſtra ſunt ingentia cornua, cum deſit animus: Ita non ſatis eſt opibus pollere, niſi fortitudo acceſſerit. *In Moralibus.*

*Seneca.* Magnus gubernator & ſciſſo nauigat velo, etſi exarmauit, tamen reliquias nauigii aptat ad curſum: Sic in corpore parum felici ac deficiente tamen fortis animus ſui ſimil[...] *Eraſm.*

*Iouiani Pontani.* Quoniam generoſiſſimus quiſque [...] decoriſque appetentiſſimus: quibus vt potiatur, mal[...] fit & ferre & perpeti. Ex hoc naturæ atque animi motu [...] modo impetu, ad laudem ac decus (vt Cicero ait) illa [...] euntur in prælis. Non ſentiunt viri fortes in acie vulne[...] tiſunt, ſed mori malunt, quam tantummodo de digni[...] moueri. Nec vero quocunque in periculo. ſed vbi aut [...] aut ex morte decus illud ſeſe ſe adepturos. Siquidem [...] ſimi etiam naturæ, tamen ferendis procellis aſſueti [...] bantur marinis tempeſtatibus. Quorum quidem mo[...] quam poteſt habere præclarum? Plebeii quoque ho[...] vmbra educati, corporis cruciatus patiuntur. Iidem g[...] vibratus, & hoſticum tubæ ſonum ferre nequeunt. Q[...] tis vir, quique plane dicendus eſt vir, ex morte quæ [...] ſit multo pulcherrima; decus illud adipiſci conten[...] quam maxime ſtudioſus: quo vt potiatur, difficillima [...] ricula ſponte adibit: in quibus peruincendis, aut ſi hoc [...] tigerit, in oppetenda morte, laudemque & decus collo[...] ligit. *De fortitudine lib. c. 7.*

*Canis* timidus vehementius latrat, quam mordet [...] quæque flumina minimo ſono labi videmus. *Q. Curt[...] geſtis Alex. lib. 5.*

*Franciſci Philelphi,* Vt naturæ atque fortunæ com[...] derate vtendum eſt, & ſecundum rationem: ita etiam [...] da, ſi qua ſunt, animo infracto atque ingenti toleran[...] iubent. *In Conſolatione ad Iacobum Antonium Mar[...] tu filii.*

*Plinii.* Vt palmæ arboris ramus, impoſito onere, [...] tur in terram cæterarum more, ſed renititur, & vltro [...] cinæ pondus erigit ſeſe, Ita viri fortis animus quo plu[...] mitur, quoque magis ſæuit fortuna, hoc eſt erect[...] *cap. 43.*

*Eraſmi Roterodami.* Vt in arboribus robuſtiores [...] quiloni oppoſitæ, quamquæ Auſtrum aut Zephyrum [...] fortiores ac firmiores ſumus in his, in quibus nos diu [...] ercuit fortuna *In ſimilibus.*

*Vt piſces,* in mari nati, educatique, nihil tamen ſapiunt [...] ni: Ita quidam Inter barbaros geniti & educati, longe [...] mni barbarie. *In ſimilibus.*

*Thriueri,* Multus ignis multis lignis potius accendi[...] tinguitur: Neque vir fortis calamitatibus & inimi[...] magis animatur. *In apoph. 15.*

*Quo hoſtis* eſt occultior, eo eſt formidabilior: Prom[...] qui ſeipſum vincit, quam alios. *In apoph. 118.*

## ¶ ADAGIA.

Maſculum. *Varro.*

*Quicquid vegetum, ſolidum ac robuſtum eſt, maſc[...] Lepidius erit, ſi ad incorporea transferatur. veluti, cu[...] fortemque animum maſculum appellamus.*

Adamantinus. Ἀδαμάντινος, *Plato.*

*Pro eo quod eſt, inexorabilis, infatigabilis, inuictus.*

Aut manenti vincendum, aut moriendum. ἢ μένοντ[...] ἢ νικᾶν.

*Dici ſolitum, vbi certa ſtat ſententia, aut negotium [...] ſoluere, aut immori.*

Ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς.

*Celebratum eſt cuiuſdam Lacanæ apophthegma qu[...] clypeum dixerit,* ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς, *id eſt, aut hunc, aut [...] Laconice ſignificans, aut ferendum clypeum. aut [...] dum.*

Thurium lema. Θούριον λῆμα.

*Dicebant animum intrepidum, & ad bellum paratum.*

Inflige plagam ab aratro, παῖε τὴν ἀπ' ἀρότρου.

*Cum iubebimus ſtrenue pugnare, licet ſine arte.*

Mœnia ferrea, non terrea.

*Innuit, non oportere tutamentum ciuitatis in mœnib[...] ſed in viris armatis: quorum conſenſus murorum [...] vice, ciuitatem optime tuetur. Horat.*

*Hic murus aheneus eſto.*

Præbere viros.

*Ad fortiter agendum ferendumve adhortabimur [...] Homeri ex Iliad. ε.*

Ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς.

*Eia eſ ote viri, validaſq; expromite vires.*

Reiicientis authorem formidinis.

*Territanti, metumque inanem inicienti, verſum hu[...] licebit, quo Sthenelum alloquitur Diomedes.*

Μήτι φόβον δ' ἀγόρευε,

*Ne trepidanti author ſis.*

Vnum augurium optimum tueri patriam.

*Abiit in prouerbium etiam hic verſus homericus,*

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

*Vna auis optima pro patria pugnare tuenda.*

In Lipſydrio pugnas, ἐπὶ Λειψυδρίῳ μάχη.

*Prouerbium dictum in ſtrenuos ac bellicoſos viros.*

Solæ Lacænæ viros pariunt. μόναι Λάκαιναι ἄνδρας τίκτουσι. *Plutarchus.*

*Apud Lacedæmonios fortiſsimi viri naſcebantur, & apud eoſdem patres ſeuere natos educabant.*

## ❡ Exempla Biblica.

Fortitudinis & magnanimitatis exempla: Abraham, *Gen.* 14, Iacob 31, 36 & 32, 28 Moſe & Aaron, *Exod.* 5. 1. *Numeri* 14, 9 Moyſes, *Exod.* 8. 29 & 9. 30. Iſraelitæ 13, 18 Caleb, *Numer.* 13. 31 Exercitus Iſraelitarum, 31. 7. *Deut.* 31. 23. Ioſue, *Ioſ.* 8, 10 & 10, 24 Caleb, ... *Ecc.* 45. 11. Aod. *Iud.* 3. 28. Gedeon 6. 12. 16. & 7, 3. Iephte Galaadites 11, 1. Samſon, 14. 6, 15. v. 6, & 16, 30. quinque Viri fortiſſimi, 18, ... Viri, 11, 16 ſeptingenti Viri. 20, 16. Saul, 1. *Samuelis* 9. 1. 2 & ... Dauid, 17. 36, 50 & 24, 6 & 26, 5 duodecim adoleſcentes, 2. *Samuel.* 2. 15. Nathan. 12, 1 Vir Dauidis, 17, 8 tres Dauidis Principes, ... Ieroboam, 2. *Reg.* 11, 18 Elias, 1. *Reg.* 18, 18 & 21, 20 2 *Reg.* 1. 4, ... Naaman, 5. 1 Eliſa, 3, 13 Iehu, 9, 24 & 10. 8, 14, 25 Ioiada, 11, 4 Iudas, ... *Par.* 5. 2 Ioab filius Saruiæ, 11. 6. fortiſſimi Viri, 12. 1, 2 Filii Semeiæ, 26. 7, 8. Banaias. 27, 6 exercitus Aſa. 2. *Par.* 14, 8 Ioſaphat. 17. 5, 6 Zacharias, 24, 21 Azarias & octoginta Viri, 26, 17 Ezechias, 32, 7 Nehemias, *Nehem.* 2. 18 Reduces ex captiuitate Babylonica, 4. 2. 17 Sidrach, Miſach, Abednego. *Dan.* 3. 19, 17 Daniel, 6, 10. Iudas Macchabæus, 1. *Macchabeor.* 2, 6 ... Ioannes Simonis filius, 13. 54. Iudas. 2. *Macch.* 11. 42 Ioſeph Arimathæus, *Matth.* 27, 58 Cœcus natus, *Ioan.* 9. 31 Thomas, 11, 16 Petrus, *Act.* 2, 14 & 3, 14 & 4. 8. 9. Petrus & Ioannes, ver. 19. Apoſtoli, 33 Petr⁹ cũ collegis, 5, 29 Stephanus, 6. 8 & 7, Paulus. *Act.* 13, 10 & 16, 37. & 17, 17 & 19, 30 & 2 .. 23, 24 & 21, 13 & ... 14. 9, 10 & 25. 11. & 27. 22. 37 & 28. 3 ... 2. *Cor.* 1. 21.

Fortitudinis iniuriotæ exempla. Cain. *Geneſ.* 4, 8 Reges Elam, & ... 14, 11. Abimelech, *Iudic.* 9. 5. Saul, 1. *Samuel.* 10. 11. Abſalom, 2. ... 15, 10, 11 Ieroboam 1. *Reg.* 12. 26. Iudas proditor, *Matth.* 26, 15. Sacerdotes, Magiſtratus, & Sadducæi, *Act.* 4. 13. 18. Iudæi, 23, ...

## ❡ Historica Exempla.

*Cato Maior* cohortans adoleſcentes, vt audacter pugnarent, ſub ... addebat: ſermonem citius quam ferrum, ac vocem quam manum emollire, & obſtupefacere hoſtem. *Plut. in apoph.*

*Apud Spartanos* erat orationis genus ſimplex, nihil affectatum, nihil habens molle ac delicatum: nec in aliis verſabatur argumentis, quam vel in laudibus eorum, qui fortiter ac generoſe vitam egiſſent, quique pro Sparta occubuiſſent, & ob id ab omnibus, vt ... celebrabantur: Vel in vituperandis his, qui metu periculorum nihil egregii geſſiſſent, & qui ob ignauiam à morte cruciabilem ... que vitam viuerent: Vel in pollicitatione per gloriæ ſtudium, accendente animos ad virtutem, ad cuiuſque ætatem accommodata. Itaque tres erant apud illos chori, iuxta triplex ætatum diſcrimen: quibus in feſtis ſimul conſtitutis, ſenum chorus incipiens canebat:

> Ἄμμες πότ' ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι.
> *Nos quondam eramus inclyti bello viri.*

Iuuenum vero chorus ſuccinebat:

> Ἄμμες δέ γ' εἰμὲν αἴ δὲ λῇς, αὐγάσδεο.
> *Nos iij ſumus. fac ſi velis, periculum.*

Puerorum denique ſequebatur:

> Ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάρρονες.
> *Nos fortitudine plurimum præſtabimus.*

Recte nimirum atq; ordine Legiſlator propinqua domeſticaque exempla iuuentuti per ipſos ob oculos poſuit authores. *Plut. de laude ſui ipſius, & in Laconicis.*

*Templarii milites,* vt aut vincere, aut mori in bellis contra Saracenos diſcerent, ſi forte caperentur, ſolo cingulo & cultello redimebantur. *Sigeberti Continuator.*

*Probus,* antequam ad imperium eueheretur in Africa Proconſul, Aradionem fortiſſimum virum ſingulari certamine interemit, & honorifice ſepeliuit. *Fulg. l. 3. c. 2.*

*Achilleus,* miles Belliſſarii Romæ ad portam Picianam ſolus impetum Gothorum repreſſit. *Procopius.*

*Inter* labores voluntarios & exercitia corporis ad fortuitas patientiæ vices, firmamentum id quoque accepimus Socratem facere inſueſſe: ſtare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu perdius atque pernox, à ſummo lucis ortu, ad ſolem alterum orientem, inconniuens, immobilis, iiſdem in veſtigiis, & ore atque oculis in eundem locum directis, cogitabundus, tanquam quodam ſeceſſu mentis atque animi facto à corpore. *Gell lib. 2. Noctium Atticarum c. 1.*

*Lucium Sicinium Dentatum,* qui tribunus plebis fuit Sp. Tarpeio, A. Themio conſulibus (ſcriptum eſt in libris Annalium, plus quam credi debeat, ſtrenuum bellatorem fuiſſe: nomenq; ei factum ob ingentem fortitudinem, appellatumque eſſe Achillem Romanum. Is pugnaſſe in hoſtem dicitur centum & viginti præliis cicatricem auerſam nullam, aduerſas quinque & quadraginta tuliſſe, Coronis eſſe donatum aureis octo, obſidionali vna, muralibus tribus ciuicis quatuordecim, torquibus tribus & octoginta, armillis plus centum ſexaginta, haſtis duodeuiginti. Phaleris quoque donatus eſt quinquies vicieſque. Populi militaria dona habuit multiiuga: in his prouocatoria pleraque. Triumphauit cum Imperatoribus ſuis triumphos nouem. *Aulus Gellius Noctium Atticarum lib. 2. c. 11.*

## ❡ Hieroglyphica.

*Per anteriora Leonis* Hieroglyphice *robur* ſignificatur: propterea quod in eo animali membra illa robuſtiora ſunt: ab excellenti enim vi quadam vniuſcuiuſque rei ſignificata ſua Ægypti deſumebant. Expreſſit robur hoc Lucretius Carus, cum ita ſcripſit;

> *Principio genus acre Leonum ſæuaque ſecla*
> *Tuta eſt virtus,*

*Pier. Valer. li. 1. pag. 2. F.*

Per *Veſpas* hieroglyphice pugnacitatem, & infeſtum aduerſus hoſtes ingenium ſignificabant Ægyptii. *Idem lib. 4. pag. 34. E.*

Fortem quoque per *Camelum* Hieroglyphice præfigurabant. Eſt enim in hoc animante mirus dorſi vigor, & onerum gerendorum robur indefeſſum, vt fame etiam acliti pertinaciſſime tolerata, in plures ſub onere dies perſeueret. *Valer. Pier lib. 12. pag. 116. E.*

Fortitudinem quoque nonnulli per *Tigrim* fluuiorum omnium rapidiſſimum hieroglyphice ſignificant, quod quemadmodum velociſſimus hic fluuius, qua parte ex Armenia in Meſopotamiam labitur, propter rapidiſſimam velocitatem ſagittæ (quæ Armeniorum lingua Tigris dicitur) comparetur: ſic fortitudo curſu quodam pernici concitata, obſtantia quæque demoliri atque proſternere videatur, nulliſque obicibus, oppoſitiſque mollibus aut obſtaculis impediri, quin quo ferri deſtinarit, eo victrix prorumpat. *Idem lib. 21 pag. 197. C.*

Non temere quoque; *Adamantem* pro fortitudine proponi, cui robur indomitum, viſq; inſuperabilis nomen merito feciſſet, quippe qui limæ ſcalpto & malleo duritia inenarrabili reſiſtat, quodque omnium maxime admirandum eſt, contra etiam ignis violentiam incolumis lapillus euadet. *Idem. lib. 41. p. 402. E.*

### Emblemata.

Signa Fortium.

Dialogiſmus,

And. Alc, Emblema XXXIII.

> *Quæ te cauſa mouet, volucris Saturnia, magni*
> *Vt tumulo inſideas ardua Ariſtomenis?*
> *Hoc moneo quantum inter aues ego robore præſto,*
> *Tantum ſemideos inter Ariſtomenes.*
> *Inſideant timidæ timidorum buſta columbæ:*
> *Nos aquilæ intrepidis ſigna benigna damus.*

Obdurandum aduerſus vrgentia.

Emblema. XXXVI

> *Nititur in pondus palma, & conſurgit in arcum,*
> *Quo magis & premitur, hoc mage tollit onus:*
> *Fert & odoratas, bellaria dulcia glandes,*
> *Queis menſas inter primus habetur honos.*
> *I puer, & reptans ramis has collige: mentis*
> *Qui conſtantis erit præmia digna feret.*

Strenuorum immortale nomen.

Emblema. CXXXV.

> *Æacidæ tumulum Rhetæo in littore cernis.*
> *Quem plerunq; pedes viſitat alba Thetis.*
> *Obtegitur ſemper viridi lapis hic amarantho,*
> *Quod nunquam herois ſit moriturus honos.*
> *Hic Gratum murus, magni rex Hectoris. Haud plus*
> *Debet Mæonidæ, quam ſibi Mæonides.*

---

# Fortuna.

## ❡ Definitio et Etymol.

Fortvna, Græce τύχη, ης, ἡ, & τυχηρός, οῦ, ὁ fortunatus dicitur. Hebr. *Gadh.* à verbo *Gadhath,* turmatim excurrit: propter fortunæ varias conuerſiones. *Pur* etiam *Soc.* dicitur, i. ſors, *Purim,* Sortes, Eſther. 3. 7, & 9. 27. &c. à verba *Por,* labefactauit, fregit, irritum fecit. Sors enim conſilia humana variaſq; aſtutiorum cogitationes labefactat. Eſt autem fortuna cauſa per accidens in agentibus è propoſito, ſemper & frequenter in his, quæ propter hoc fiunt *ſecund. Ariſt. li. 2. Phyſic.*

Fortuna eſt cauſa per accidens, vt in paucioribus præter intentionem, in his, quæ ſunt propter finem, & à propoſito. *ſecundum B. Thom. li. 11. Meth. li. 8. fin.*

Fortuna quid aliud eſt? quid ſors? quid caſus? quid euentus, niſi?

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

niſi cum ſicaliquid cecidit, ſic euenit, vt vel non cadere atque euenire, aut aliter cadere atque euenire potuerit. *ſec. Cicer. lib. 2, de Diuinat.*

Fortunæ nomen à volubilitate inditum eſt. Nam quæprius Vortuna à verto dicebatur literæ V, mutatione in F. affinem (quod in plæriſq; dictionibus factum eſt) in fortunam abiit. Cuius præcipuum opus eſſe poetæ finxerunt, ima ſummis, imis ſumma commiſere, rerumque omnium viciſſitudinem inducere & cuncta inuertere: cuius quidem vertiginis ergo φερεπόλος τύχη à Pindaro appellatur.

Fortuna dicitur à fero fers, quod temere & ſine ratione feratur. Eſt enim fortuna accidentium rerum, ſubitus atque inopinatus euentus, Hæc eadem fors dicitur. *Terentius: O fortuna, ô fors fortuna, vt nunquam es perpetuo bona.* Aliud (*ait Donatus*) eſt fortuna, & aliud fors fortuna. Fortuna dicta eſt incerta res, fors fortuna euentus fortunæ bonus. Nam fors fortuna eſt, cuius diem feſtum colunt, qui in arte aliqua viuunt, huius ædes trans Tyberim erat. Sane fortunæ vocabulum medium eſt, ſed cum fortunam ſolam dicimus, intelligimus felicitatem, vnde fortunatos felices nominamus, infortunatos vero infelices, & infortunium malam fortunam: fortunare eſt proſperare, & bonis augere. *Cicero: Tibi patrimonium dii fortunent.* Hinc fortunæ dicuntur diuitiæ, & fortunatim aduerbium proſpere ac feliciter. *Plautus: fortunatim omnia ſuccedant.* Fortunæ etiam Inſulæ in mari Atlãtico vltra Gorgonas, ſic dictæ à fructuum vbertate.

Fortuna & caſus ſic differunt, quod caſus in plus eſt, quam fortuna, quia omne quod eſt , à fortuna, eſt à caſu, ſed non conuertitur. Caſus, non ſolum eſt in hominibus, qui voluntarie agunt, ſed etiam in aliis animalibus, ſicut quod equus caſu venit, quando ſalutem adeptus eſt, licet cauſa ſalutis non venerit. In his, quæ ſimpliciter fiunt, cauſa alicuius extrinſeci, tunc dicimus, quod fiunt à caſu. Sed à fortuna dicimus illa fieri tantum de numero eorum, quæ fiunt à caſu, quæcunque accidunt in habentibus propoſitum. Quare infans & beſtia nihil agit à fortuna. *Ex Ariſt. lib. 2. Phiſic.*

¶ LOCI BIBLICI.

Fortunæ quod tribuitur; vulgo Scriptura ad Deum refert, vt videre eſt. *Exod.* 21.13.

Fortuito nihil accidit, *Exod.* 21.13. *Deut.* 19.5.1. *Sam.* 6.9.12. & 9. 19.20.1. *Reg.* 13.24. *Prou.* 16.33. *Ezech.* 21.21. Vide Dei prouidentia.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Fortuna eſt accidentium rerum ſubitus atque inopinatus euentus. Multa enim, inquit Cicero, efficit inopinata nobis propter obſcuritatem ignorationemque cauſarum. *Deſcriptio fortunæ per Lactantium l. 3. De falſa ſapientia. c. 29.*

Quomodo ergo Dea fortuna aliquando bona eſt, aliquando mala? an forte, quando mala eſt, Dea non eſt? ſed in malignum dæmonem repente conuertitur? *Aug. de ciuit. Dei. l. 4. c. 18.*

¶ POETARVM DICTA.

Ouid. lib. vlt. Triſt. eleg. 15.

*Rara quidem eſt virtus, quam non fortuna gubernat,*
*Quæ maneat ſtabili, quam fugit illa, pede.*

Horat. 35. Od. lib. 1.

*O diua gratum quæ regis Antium,*
*Præſens vel imo tollere de gradu*
*Mortales corpus, vel ſuperbos*
*Vertere funeribus triumphos*
*Te pauper ambit ſolicita prece*
*Ruris colonus: te dominam æquoris,*
*Quicunque Bithyna laceſſit*
*Carpathium pelagus carina.*
*Te Dacus aſper, te profugi Scythæ,*
*Vrbeſque genteſque & Latium ferox,*
*Regumque matres Barbarorum, &*
*Purpurei metuunt tyranni.*
*Iniurioſo ne pede proruas*
*Stantem columnam: nec populus frequens*
*Ad arma ceſſanteis, ad arma*
*Concitet, imperiumque frangat?*
*Te ſemper anteit ſæua neceſſitas,*
*Clauos trabaleis, & cuneos manu*
*Geſtans ahena, nec ſeuerus*
*Vncus abeſt, liquidumque plumbum.*
*Te ſpes, & albo rara fides colit*
*Velata panno, nec comitem abnegat:*
*Vtcunque mutata potenteis*
*Veſte domos inimica linquis.*
*At vulgus infidum, & meretrix retro*
*Periura cedit, diffugiuntque cadis.*
*Cum fece ſiccatis amici,*
*Ferre iugum pariter doloſi, &c.*

Claudianus lib. 1. in Ruffinum.

*Sed cum res hominum tanta caligine volui*
*Aſpicerem lætoſque diu florere nocentes,*
*Vexarique pios: rurſus labefacta cadebat*
*Relligio, cauſæque viam non ſponte ſequebar*
*Alterius, vacuo quæ ſemina currere motu*
*Affirmat, magnumque nouas per inane figuras*
*Fortuna, non arte regi. quæ numina ſenſu*
*Ambiguo, vel nulla queat vel neſcia noſtri.*

Seneca.

*Fortuna opes auferre, non animum poteſt.*

Seneca.

*Quicquid in altum*
*Fortuna tulit ruitura leuat.*

Horatius.

*Fortuna nunquam perpetuo eſt bona.*
*Fortuna ſæuo læta negotio &*
*Ludum inſolentem ludere pertinax,*
*Transmutat incertos honores,*
*Nunc mihi nunc alii benigna.*

Lucan.

*Seruat multos fortuna nocentes.*

Seneca.

*Res ſecundæ non habent vnquam modum.*

Seneca.

*Proſpera animos efferunt.*

Plautus.

*Perinde vt quiſque fortuna vtitur, ita præcellit.*

Terent.

*Omnibus nobis vt res dant ſeſe, ita magni atque ...*

Horatius.

*Fortuna non mutat genus.*

Martial.

*Fortuna multis nimis dat, ſatis nulli.*

Ouidius.

*Dat quodcunque libet fortuna rapitque.*

Sil. Ita.

*Breuis eſt magni fortuna fauoris.*

Horatius.

*Quæ res plus nimio delectauere ſecundæ,*
*Mutatæ quatient.*

Ouidius.

*Fortuna arbitriis tempus diſpenſat vbique.*
*Careat ſucceſſibus opto,*
*Quiſquis ab euentu facta notanda putat.*

Iuuenal. Sat. 10.

*Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia, ſed te*
*Nos facimus fortuna Deam, cœloque locamus.*

Ouid. 1. de Pont.

*Quid facis ah demens? cur ſi fortuna recedat,*
*Naufragio lacrimas eripis ipſe tuo?*

Tibull. lib. 1.

*Verſatur celeri fors leuis orbe rota.*

Ouid. 5. de Triſt.

*Rara quidem eſt virtus quam non fortuna gubernat,*
*Quæ moneat ſtabili, cum fugit illa pede.*

Auſon. in epig.

*Si fortuna iuuat, caueto tolli,*
*Si fortuna tonat, caueto mergi.*
*Fama eſt fictilibus cænaſſe Agathoclea regem,*
*Atque Abacum Samio ſæpe oneraſſe luto*
*Fercula gemmatis cum poneret aurea vaſis,*
*Et miſceret opes pauperiemq; ſimul.*
*Quærenti cauſam reſpondit: Rex ego qui ſum*
*Sicaniæ figulo ſum genitore ſatus.*
*Fortunam reuerenter habe quicunque repente*
*Diues ab exili progediere loco.*

Menander.

Ἄνθρωπος ὤν, μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης.
*Homo exiſtens recordare communis fortunæ.*
Δὸς τῇ τύχῃ τὸ μικρὸν, ἐκλήψῃ μέγα.
*Si dederis fortunæ paruum aliquid, accipies magnum.*
Θεῷ μάχεσθαι δεινόν ἐστι καὶ τύχῃ.
*Deo pugnare graue eſt & fortunæ.*
Οἷς μὲν δίδωσιν οἷς δ' ἀφαιρεῖται τύχη.
*Aliquibus quidem dat, aliquibus autem aufert fortuna.*
Πᾶσιν γὰρ εὖ φρονοῦσι συμμαχεῖ τύχη.
*Omnibus quidem bene ſapientibus auxiliatur fortuna.*
Ῥέγκει παρούσης τῆς τύχης τὰ πράγματα.
*Stertunt præſente Fortuna negotia.*
Στρέφει δὲ πάντα τὰν βίῳ μικρὰ τύχη.
*Permutat autem omnia quæ ſunt in vita parua fortuna.*
Τύχης τὰ θνητὰ πράγματ', οὐκ εὐβουλίας.
*Fortunæ mortalia negotia, non conſilii.*
Τ' αὐτόματον ἡμῶν κάλλιον βουλεύεται.
*Caſus nobis melius conſulit.*
Τὰ θνητὰ πάντα μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.
*Mortalia omnia mutationes multas habent.*
Χειμὼν μεταβάλλει ῥᾳδίως εἰς εὐδίαν.
*Tempeſtas mutatur facile in ſerenitatem.*
Ὡς ποικίλον πρᾶγμ' ἐστὶ καὶ πλάνον τύχη!

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Quam varia res eſt & erratilis Fortuna.*

Ex primo Epigrammat.

Οὐχ ἵ᾽ ἐθέλουσα τύχη σε προήγαγεν, ἀλλ᾽ ἵνα δείξῃ,
Ὡς ὅτι καὶ μικρῷ πάντα ποιεῖν δύναται.

*Non propitia fortuna te promouit, ſed vt oſtendat,*
*Quod etiam in te omnia facere poteſt.*

Lucianus.

Μὴ πταίων φίλος εἶ θνητοῖς, φίλος εἶ μακάρεσσι,
Καί σου ῥηϊδίως ἔκλυον εὐξαμένου.
Ἂν πταίσῃς, οὐδεὶς ἔτι σοι φίλος, ἀλλ᾽ ἅμα πάντα
Ἐχθρά, τύχης ταῖς ῥοπαῖς συμμεταβαλλόμενα.

*Non errans amicus es mortalibus, amicus es beatis,*
*Et te facile exaudierunt precantem.*
*Si erraueris, nullus amplius tibi amicus, ſed ſimul omnia.*
*Inimica fortunæq́ momentis commutata.*

Sophocles in Aiace.

Τῆς ἀναγκαίας τύχης
Οὐκ ἔστιν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν.

*Immutabili fortuna*
*Nullum eſt peius hominibus malum.*

Palladas.

Οὐ λόγον, οὐ νόμον οἶδε τύχη, μερόπων δὲ τυραννεῖ,
Τοῖς ἰδίοις ἀλόγως ῥεύμασι συρομένη.
Μᾶλλον τοῖς ἀδίκοισι ῥέπει, μισεῖ δὲ δικαίους,
Ὡς ἐπιδεικνυμένη τὴν ἄλογον δύναμιν.

*Non rationem, non legem nouit fortuna, hominibus autem imperat;*
*Propriis ſine ratione fluxibus tracta.*
*Magis iniuſtis fauet, odit autem iuſtos,*
*Veluti oſtendens temerariam potentiam.*

Plautus in duobus Captiuis.

*Sed Vidwon fortuna humana fingit, arctatq́ vt lubet*
*Me, qui liber fueram, ſeruum fecit, ex ſummo infimum.*
*Qui imperare inſueueram, nunc alterius imperio obſequi.*

Plautus in Ciſtellar a.

*Immundas fortunas æquum eſt ſqualorem ſequi.*

Platus in Pſeudolo.

*Sed profecto hoc ſic erit:*
*Centum doctorum hominum conſilia ſola hæc deuincit Dea.*
*Fortuna: atque hoc verum eſt: proinde Vt quiſque fortuna Vtitur,*
*Ita præcellit, atq́ exinde ſapere eum omnes dicimus.*
*Bene Vbi quod conſilium diſcimus accidiſſe, hominem catum,*
*Eum eſſe declaramus: ſtultum autem illum, cui Vertit male.*
*Stulti haud ſcimus, fruſtra vt ſimus, cum quod cupienter dari*
*Petimus nobis quaſi quid in rem ſit poſſimus noſcere.*
*Certa amittimus, dum incerta petimus Atq́ hoc euenit*
*In labore atque in dolore, Vt mors obrepat interim.*

Terent. Comœd. 5.

*O fortuna, Vt nunquam perpetuo es bona.*

Virg, in Bucol. eclog. 9.

*Sors omnia verſat.*

Virg. in 2. Æneid.

*Nec ſi me miſerum fortuna Sinonem.*
*Finxit, vanum etiam, mendacemq́ improba finget.*

Ibidem.

*Viuite felices, quibus eſt fortuna peracta*
*Iam ſua.*

Idem Æneid. lib 10.

*Et quamcunq́ viam dederit fortuna, ſequamur.*

Idem Æneid. lib 11.

*Multa dies, Variuſque labor mutabilis æui.*
*Retulit in melius, multos alterna reuiſens*
*Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locauit.*

Virg. lib. 12. AEneid.

*Forſan miſeros meliora ſequatur.*
*Quo Deus, & quo dura vocat fortuna ſequamur.* Ibidem.

Ibidem.

*Sors & Virtus miſcentur in Vnum.*

Virg. de fortuna.

*O fortuna potens quam Variabilis.*
*Tantum iuris atrox quæ tibi vendicas.*
*Euertiſque bonos eligis improbos,*
*Nec ſeruare potes muneribus fidem.*
*Fortuna immeritos auget honoribus*
*Fortuna innocuos cladibus afficit.*
*Iuſtos illa viros pauperie grauat,*
*Indignos eadem diuitiis beat.*
*Hæc aufert iuuenes & retinet ſenes,*
*Iniuſto arbitrio tempora diuidens*
*Quod dignis adimit tranſit ad impios.*
*Nec diſcrimen habens rectaq́ iudicat.*

*Inconſtans, fragilis, perfida lubrica.*
*Nec quos clarificat, perpetuo fouet:*
*Nec quos deſeruit perpetuo peremit.*

Ennius in 7.

*Fortibus eſt fortuna Viris data.*

Idem in 8.

*Multa dies in bello conficit vnus.*
*Et rurſus multæ fortunæ forte recumbunt.*
*Haud quemquam ſemper fortuna ſecuta eſt.*

Actius in Telepho.

*Nam ſi à me regnum fortuna atque opes*
*Eripere quiuit, & virtutem nequiuit.*

Lucan. lib. 2. Pharſal.

*Sors incerta Vagatur,*
*Fertque refertque Vices, & habent mortalia caſum*

Lucan. lib. 3. Pharſal.

*Neque enim tam ſufficit Vlla*
*Præcipiti fortuna viro.*

Idem lib. 8. Pharſal.

*Longi pœnas fortuna fauoris*
*Exigit a miſero.*

Ouid. Metamorph. lib. 7. fab 10.

*Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt.*

Idem lib. 13. fab. 4.

*Tanta homines rerum inconſtantia Verſat.*

Ouid. Metamorph. lib. 15.

*Nil equidem durare diu ſub imagine eadem.*
*Crediderim: ſic ad ferrum veniſtis ab auro*
*Sæcula ſic toties verſa eſt fortuna locorum.*

Idem Metamorph. lib. 1.

*Sic omnia Verti*
*Cernimus, atque alias aſſumere robora gentes,*
*Concidere has ſic magna fuit cenſuque Viriſque,*
*Perque decem potuit tantum dare ſanguinis annos:*
*Nunc humilis Veteres tantummodo Troia ruinas,*
*Et pro diuitiis tumulos oſtendit auorum.*
*Clara fuit Sparta: magnæ viguere Mycenæ.*
*Nec non & Cecropis nec non Amphionis arces.*
*Vile ſolum Sparta eſt, altæ cecidere Mycenæ:*
*Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina Thebæ?*
*Quid Pandionis reſtant niſi nomina Athenæ.*

Ouid Triſt, lib. 2.

*Cum cæpit quaſſata domus ſubſidere, partes*
*In proclinatas omneſ recumbit onus.*
*Cunctaque fortuna rimam faciente dehiſcunt:*
*Ipſa ſua quodam pondere tracta ruunt.* Ibidem.
*Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda eſt,*
*Nec Veniam læſo Numine caſus habet.*

Senec. in Herc. fur. tragœd. 1.

*Iniqua raro maximis virtutibus*
*Fortuna parcit. nemo ſe tuto diu*
*Periculis offerre tam crebris poteſt.*
*Quem ſæpe tranſit caſus, aliquando inuenit.* Ibidem.
*O fortuna Viris inuida fortibus:*
*Quam non æqua bonis præmia diuidis.*

Seneca Thyeſte tragœd. 2.

*Habere regnum caſus eſt. virtus dare.* Ibidem.
*Ima permutat breuis hora ſummis.*

Ibidem.

*Nemo confidat nimium ſecundis,*
*Nemo deſperet meliora lapſis.*
*Miſcet hæc illis, prohibetque Clotho*
*Stare, fortunam rotat omne fatum.*
*Nemo tam Diuos habuit fauentes,*
*Craſtinum Vt poſſit ſibi polliceri.*
*Res Deus noſtras celeri citatas*
*Turbine Verſat.*

Ibid tragœd. 4.

*Res humanas ordine nullo*
*Fortuna regit. ſpargitque manu*
*Munera cæca, peiora fouens.*

Ibidem tragœd. 6.

*Ne turpe puta. quicquid miſeros fortuna iubet.*

Ibidem,

*Violenta nemo imperia continuit diu.*
*Moderata durant, quoque fortuna altius*
*Euexit ac leuauit humanas opes,*
*Hoc ſe magis ſupprimere felicem decet.*

Ibidem.

*Miſero datur, quodcunq́ fortuna datur*

Idem tragœd. 7.

*Fortes fortuna iuuat, ignauos premit.*

Idem tragœd. 6.

*Rapida fortuna a leuis*
*Præcepsq́ regno eripuit exilio & dedit.*

Idem tragœd. 8.

O regno.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*O regnorum magnis fallax*
*Fortuna bonis, in præcipiti*
*Dubioque nimis excelſa loco.*
*Nunquam placidam ſceptra quietem,*
*Certumve ſui tenuere diem.*
*Alia ex aliis cura fatigat,*
*Vexatque animos noua tempeſtas.*

¶ PHILOSOPH. SENTENT.

Caduca nimirum & fragilia, puerilibuſque conſentanea crepundiis ſunt iſta, quæ vires atque opes humanæ vocantur. Affluunt ſubito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt: nec incertiſſimo flatu fortunæ, huc atque illuc acta quos in ſublime extulerunt, improuiſo recurſu deſtitutos, in profundo cladium miſerabiliter immergunt. Itaque neque debent exiſtimari, neque dici bona, quæ inflictorum malorum amaritudinem, deſiderio ſui duplicant. *Val lib.6.c.Vlt.de varietate caſuum.*

Sapienter feciſſe videri poſſunt, qui fortunam volucrem, cæcam, variamque finxere, nihil certe hac vna (ſi quid illa eſt) inconſtantius, nihil magis variabile: nunc blanda & indulgens, nunc ſæua & infeſta, nec vllis infeſtius iraſcitur, quam quos indulgentiſſime fouit: fitque ex matre ſubito nouerca, ex nouerca mater: nec, ſi quæratur cauſa, alia reddi poſſit, quam quod ita libeat, quodque incertæ ſortis ſint res humanæ. Circumſcribit ſeſe tamen ſtulta mortalitas, prudentiamque reputat ſuam, tanquam homo ſemper ſapiat, præſertim in rebus ſubitis & inopinatis, in quibus ne ſapientes quidem ſatis ſibi ſapiunt. *Sabellic. de ſubita mutat. fort. libro.7.c.8,*

Subibat me, inquit, non de nihilo veteris priſcæque doctrinæ viros finxiſſe ac pronunciaſſe cæcam, ac prorſus exoculatam eſſe fortunam, quæ ſemper ſuas opes ad malos & indignos conferat: nec vnquam iudicio quenquam mortalium eligat. *Apule libr. 7. Meta.*

Fortuna non eſt, niſi in agentibus à propoſito & è voluntate. Caſus eſt ſolum in animalibus irrationalibus, & in rebus inanimatis, vnde dicitur, quod caſu tripus cecidit, & ſtetit, *Ariſtot. lib. 2. Phyſic.*

Fortuna ſuperexcellens impedit felicitatem. *Ariſtotel. libro,7. Ethicorum.*

Quanto maior eſt fortuna, tanto minus eſt ſecura. *Idem libro* 8.

Sine exterioribus bonis, quorum domina eſt fortuna, non contingit felicem eſſe. *Ariſt. l. de bona fortuna.*

Vbi plurimus intellectus & ratio, ibi minima fortuna. *Idem.*

Non ſolum ipſa fortuna cœca eſt, ſed etiam eos plerumque cœcos efficit, quos complexa eſt. *Cic. de Amicitia.*

Fortuna amica varietati, conſtantiam reſpuit. *Cic. lib.2. de Natura Deorum.*

Fortunam nemo ab inconſtantia & temeritate ſeiungit. *Idem libro* 3.

Cui ſpes omnis & ratio & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil certi eſſe poteſt. *Cic. in Paradox.*

Sic enim ſe profecto res habet, vt nunquam perfecte veritatem caſus imitetur. *Cic. de Diuinat.*

Nihil enim eſt tam contrarium rationi & conſtantiæ, quam fortuna. *Idem lib.2.*

Nam fortunam quidem & laudare, ſtultitia, & vituperare, ſuperbia eſt. *Cic. Rhetor. Veter. lib.1.*

Fortunam inſanam, eſſe, & cæcam & brutam, perhibent Philoſophi, ſaxique inſtar globoſi dicunt eſſe volubilem. *Idem Rhetor. nouor lib.2.*

Et non multum poteſt obeſſe fortuna, qui ſibi firmius in virtute, quam in caſu præſidium collocauit. Nam ſi quis ſpei non multum collocarit in caſu, quid eſt quod ei magnopere caſus obeſſe poſſit? Quod ſi in eos plurimum fortuna poteſt, qui ſuas rationes omnes in caſu collocarunt, non ſunt omnia committenda fortunæ, ne magnam in nos nimis habeat dominationem. *Idem libro* 4.

In rebus omnibus modò infenſior, modo æquior eſt fortuna. *Pauſan. lib.*10.

Solet fortuna leui momento res maximas decernere. *Plutar. in Cleomene.*

Maxima bona hominibus maxime indignis fortuna temere largitur. *Dionyſ. Halic. lib.*1.

Inſtabilis & mutabilis admodum eſt fortunæ felicitas: & difficile eſt, vel in quantumuis beatis hominibus, aſſerere quandiu hæc ipſis ſit duratura *idem. lib.*4.

Fortunæ non eſt fidendum, quum homines ſæpe eam ſint experti in ſuis malis & bonis, quam ſit variabilis & incerta. *idem libro* 6.

Fortuna virtutem ſequitur. *Liuius, Dec,1. lib.*4.

Quæ ſumma ratione & conſilio aguntur, fortuna ſæpe ſequitur, *lib.*

Per omnia humana, maxime in res bellicas, fortuna p
*lib.9.*

Fortuna plus humanis conſiliis pollet. *Decad.5.l.4.*

Ex ſumma retro volui fortuna conſueuit. *lib.5.*

Quò ſe fortuna, etiam fauor hominum inclinat. *Iuſtin.*

Rumpit, interdum moratur propoſita hominum, fortuna
*leius Paterc. lib.2.*

Aduerſas res fortuna cupido animo infligit, ſecunda
tribuit. Eadem vbi malignitatis obliuiſci ſibi imperauit,
lum plurima ac maxima, ſed etiam perpetua bona congerit
*Max. lib.7.c.1.*

Quæ fortuito patimur, non oportet nos præcipua
bilis amaritudinis iudicare. *idem. lib.c.2.*

Quæ caſus offert, in ſapientiam vertenda ſunt. *Tac.*
*libro* 1.

Illudit tyranno fortunæ, per vanitatem ipſius. *idem li-*
*bro* 16.

Verſabiles fortunæ motus ludunt mortalitatem:
tes quoſdam in ſydera, nunc ad Cocyti profunda mergunt
*Marcell. lib.*14.

Fortuna vbi primum aduerſa conſpicitur, ipſam
tium mentem proſternit, atque in ſeruitutem redigit.
*bello Vandal. l.2,*

In rebus ſeſe offerentibus fortuna neglecta, non
dire ſolet. *idem eod. lib.*

Fortuna in omni re dominatur, ea res cunctas ex libidine
quam ex vero celebrat obſcuratque, *Saluſt. in Catilin.*

Humanarum rerum pleraque fortuna regit. *idem*

Grauis eſt caſus e regno in ſeruitium. *idem,*

Quippe res humanæ ita ſe habent. In victoria vel
ri licet, ſed res aduerſæ etiam nos detrectant. *idem.*

Res humanæ fluxæ & mutabiles ſunt. *idem.*

Dominium rerum collabi ſolet, bona mens
bonæ mentis vſurpatio, nullum triſtioris fortunæ
*Val. Max. l.*4

Mortalium negotia fortuna verſat. *idem lib.5.*

Nemo nimiæ fortunæ credere debet. *idem lib.6.*

Humanæ autem vitæ conditionem præcipue
mus dies continet. Quia plurimum intereſt, quibus
choetur, & quo fine claudatur. Ideoque demum
fuiſſe iudicamus, cui & accipere lucem proſpere
cide contigit. Medii temporis curſus, prout fortuna
culum rexit, modo aſpero, modo tranquillo
ſpe ſemper minor, dum & cupide votis extenditur,
ratione conſumitur. Namque, ſi eo bene vti velis
ampliſſimum efficies, numerum annorum
ſuperando. Enimuero nimio ſtudio retinendum
*bro* 9,

Etiam naturam plerūque fortuna corrumpit.
permiſcuere fortunæ, etiam naturam dediſcunt. *Curt.*

Deſtinata ſalubriter omni ratione fortuna
*Eod. lib.*

Nunquam diu eodem veſtigio ſtat fortuna: ſemper
quātocunque felicitatem habeant, inuidiam tamen
rem, *lib.*4.

Fortuna quos vni credere cogit, magna ex parte
magis quam capaces facit. *Eod. li.*

Suam quiſque fortunam in conſilio habet, cum
berat, *li.5.*

Dignus eſt omni malo qui erubeſcit fortuita, &
talitate fert ſententiam: ac miſericordiam deſperat
negaturus eſt. *Eod. lib.*

Fortunati ſemper pacem quærunt. *Eod. li.*

In communi calamitate ſuam quiſque habet fortunam

Fortuna belli artem victos quoque docet. *li.7.*

Sine pedibus dicunt eſſe fortunam, quæ manus &
habet: cum manus porrigit pinnas quoque
ſinit. *idem eod. li*

Contra obſequia fortunæ, non ſatis cauta mortalium
*bro* 8.

Quis neget eximiam quoque gloriam ſæpius fortunæ
virtutis eſſe beneficium, *idem.*

Fortuna rebus, famam pretiumque conſtituit, &
plerunq; vertit in gloriam *idem.*

Non eſt ſæpius fortuna tentanda. *Caſar. li.4.*

Multum tum in omnib. rebus, tum in re militari
*li.6.*

Sic & ad ſubeundum periculum, & ad vitandum,
tuna valet. *idem.*

Fortunæ credendum eſt, & ad vtramque rem
*lib.7.*

Fortuna plerunque eos, quos plurimis beneficiis
ad duriorem caſum reſeruat, ſuperiorum
*lib.10.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hic etiam noſtris malis cumulus accedit, quod æſtimatio non rerum merita ſed fortunæ ſpectat euentum: eaque iudicat eſſe prouiſa, quæ felicitas commendauerit. Quo æſtimatio bona, prima omnium deſeret infelices. Qui nunc rumores, quam diſſonæ multipliceſq; ſententiæ, piget recordari. Hoc tantum dixerim, vltimam eſſe aduerſæ fortunæ ſarcinam, quod dum miſeris aliquod crimen affingitur, quæ perferunt, meruiſſe creduntur. *Boet. lib. de Conſol. proſa. 4.*

Hunccine, inquit, mundum temerariis agi, fortuitiſque caſibus putas? an nullum credis ei ineſſe regimen rationis? Atqui, inquam, nullo æſtimauerim modo, vt fortuita temeritate tam certa moueantur: Verum operi ſuo conditorem præſidere Deum ſcio, nec vnquam fuerit dies, qui me ab hac ſententiæ veritate depellat. *Boet. lib. 1. proſa. 6. dicente Philoſoph.*

Poſtremo æquo animo toleres oportet, quicquid intra fortunæ aream geritur, cum ſemel iugo eius colla ſubmiſeris. Quod ſi manendi abeundiq; ſcribere legem velis ei, quam tu tibi dominam ſponte elegiſti, nonne tu iniurioſus fueris, & impatientia ſortem exacerbabis, quam permutare non poſſis? *Boet. de Conſol. lib. 2. proſa. 1.*

Si ventis vela committeres, non quo voluntas peteret, ſed quo flatus impelleret, promoueris. Si aruis ſemina crederes, feraces inter ſe annos ſterileſq; penſares. Fortunæ te regendum dediſti, dominæ moribus oportet obtemperes. Tu vero voluentis rotæ impetum retinere conaris. At omnium mortalium ſtolidiſſime, ſi manere incipit, fors eſſe deſiſtit. *idem.*

Hæc noſtra vis eſt, hunc continuum ludum ludimus. Rotam volubili orbe verſamus. Infima ſummis, ſumma infimis mutare gaudemus. Aſcende, ſi placet, ſed ea lege, ne vti cum ludicri mei ratio poſcet, deſcendere, iniuriam putes. An tu mores ignorabas meos? *Boet. de Conſol. l. 2. proſa. 2.*

An tu in hanc vitæ ſcenam nunc primum ſubitus, hoſpeſq; veniſti? Vllamne humanis rebus ineſſe conſtantiam reris, cum ſæpe ipſum hominem velox hora diſſoluat? Nam etſi rara eſt fortuitis manendi fides, vltimus tamen vitæ dies mors quædam fortunæ eſt etiam manentis. Quid ergo referre putas, tu ne illam moriendo deſeras, an te illa fugiendo deſerat? *Ibid. proſa. 3.*

Etenim plus reor hominibus aduerſam quam proſperam prodeſſe fortunam. Illa enim ſemper ſpecie felicitatis cum videtur blanda, mentitur. Hæc ſemper vera eſt, cum ſe inſtabilem mutatione demonſtrat. Illa fallit, hæc inſtruit. Illa mendacium ſpecie bonorum mentes fruentium ligat, hæc cognitione fragilis felicitatis abſoluit. Itaque illam videas ventoſam fluentem, ſuique ſemper ignaram: hanc ſobriam ſuccinctamq; & ipſius aduerſitatis exercitatione prudentem. *Ibid. proſa. 8.*

Ξεῖνε, ὅ τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ· οὐδὲ γὰρ πιστὰ λέγουσι ἐθέλει πείθεσθαι οὐδείς, ταῦτα δὲ περσέων συχνοὶ ἐπιστάμενοι ἑπόμεθα ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι. ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποισι αὕτη, πολλὰ φρονέοντα, μηδενὸς κρατέειν. *id eſt.*

O hoſpes, id quod à Deo præfinitum eſt, auerti per hominem non poteſt. Nam ne vera quidem dicentibus parere vult quiſquam, quæ nos ſcientes plurimi Perſarum, ſequimur, neceſſitate vincti. Grauiſſimus autem dolor eſt inter homines, ſi quis permulta ſciens, nihil poſſit efficere. *Fortuna immeritos auget honoribus, innocuos vero calamitate afficit. Herodot. lib. 9.*

Fortuna & caſus in cauſis eſſe dicuntur: multaq; & eſſe & fieri à fortuna & caſu. *Lib. 2. de Nat. c. 4. T. 39. Ariſt.*

Id quod fortuito euenit, non eſt in iis quæ neceſſario & ſemper, neque in iis quæ plerunq; fiunt. *Lib. 2. de Nat. c. 5. T. 48.*

Fortuna in iis cauſis eſt quæ aliena aduentitiaq; vi efficiunt: earum rebus dominatur & verſatur, quæ ab animi iudicio & voluntate proficiſcuntur: ratioque & fortuna in iiſdem verſantur rebus. *Ibidem. T. 52.*

Et recte dicitur, fortunam eſſe quiddam, quod à ratione adlienum alienumq; ſit: quippe cum ratio vel in iis quæ ſemper ſunt, vel plerunq; cernatur: fortuna autem in iis quæ præter hæc eueniunt, *ibi. T. 55. l. 2. Magn. Mor. c. 8.*

Fortunæ proſperitas in eo conſiſtit, quod eſt cuipiam inſperatum præter rationem nonnihil boni inexiſtere. *Libr. 2. Magn. Mor. c. 9.*

Secunda fortuna & aduerſa dicitur, cum bonum aut malum euenit. Proſperitas vero calamitas in horum magnitudine & excellentia cernitur. *Lib. 2. 10. Meta. c. 7.*

Fortuna eſt cauſa aduentitia in iis, quæ voluntate atq; iudicio alicuius de cauſa fiunt. *ibid.*

Hoc differunt fortuna & caſus, quod caſus latius patet. *Libr. 2. de Nat. c. 6. T. 57.*

Ea quorum euentus omnino ad aliquem finem pertinet, cum non euentus cauſa fiunt, & eorum extra rem ipſam eſt cauſa: tum ἀπὸ ταὐτομάτου, id eſt, caſu fieri ſoliti ſumus dicere, *ibi. T. 1.*

Fortuita appellantur, quorum cauſa indefinita eſt: quæq; nullo fine nec inſtitutione proueniunt. *Lib. 1. Rhet. c. 10.*

¶ Apophthegmata.

*Thales* ſciſcitatus, quemadmodum quis calamitatem optime ferre poſſet: Si, inquit, hoſtes videat in maiori verſari miſeria. *Max. ſerm. 18.*

*Chilon.* Chilonis ſententia huic non abſimilis eſt, qui dicebat, infortunatum non irridendum eſſe, fortuna cum inconſtans ſit, & noſtræ etiam fœlicitati inuideat. *Stob. ſerm. 109.*

*Idem*, ab Æſopo interrogatus, quid ageret Iupiter? Reſpondit: Excelſa deprimit, depreſſa extollit, indicans, arbitrio numinis res hominum ſurſum deorſum volui, reuoluiq; *Laert.*

*Æſopus*, quærenti, quid dii facerent? dixit, eos alia ſtruere, alia diruere. *Stob. ſerm. 103.*

*Bion* interrogatus, quis eſſet in vita maxime anxius? Qui in maximis, inquit, rebus cupit eſſe fortunatus. Is enim mille curis diſtorquetur, vt aſſequatur ardua: & aſſequutus, æque torquetur ne amittat. *Laert. l. 4.*

*Idem* dicere ſolebat, Fortunam diuitibus pecunias non dono dediſſe: ſed mutuo. Hæc enim, cum ſuis bonis extra omnem ſpem nos euehit, ſuoque pro arbitrio mox deprimit incautos. *Stobæus ſerm. 103.*

*Socrates* dicebat, idem eſſe in ſecunda fortuna altum ſapere, & in lubrica via curſu certare. *Stob. ſerm. 103.*

*Bias* eum demum infortunatum eſſe pronunciabat, qui infortunium ſuum æquo animo ferre non poſſet. *Max. ſer. 18.*

*Idem.* Interrogatus, quid eſſet difficile? Mutationem, inquit, ſecundæ fortunæ fortiter ferre. *Max. ſerm. 18.*

*Leotychidas*, roganti quo modo quis maxime præſentia bona tueretur? Si non omnia, inquit, fortunæ crediderit. *Bruſon. lib. 2. capite 37.*

*Dionyſius iunior*, amiſſo imperio Corinthi agens, ſi quis ipſi moleſtus eſſet, dicebat. Quam beati ſunt, qui à puero infœlices fuere. *Stob. ſer. 106. de inſperat. euentib.*

*Idem.* Conuenerant aliquando Dionyſius ſecundus & Philippus Amyntæ F. cumque in diuerſos ſermones incidiſſent: Philippus inter alia Dionyſium rogabat: Quomodo cum tantum regnum accepiſſet à parente, non id defendiſſet, & conſeruaſſet? Reſpondens: non mirum eſt, ait: quoniam quum reliqua mihi pater omnia reliquiſſet, fortunam ſolum qua ea parauerat, & tutatus fuerat, mihi non tradidit. *Ælian. lib. 12. de Var. hiſt. & Bruſon. lib. 2. cap. 37.*

*Democrates* etiam bonum gubernatorem aliquando naufragium facere, & virum bonum vel induſtrium etiam infortunatum euadere dicebat. *Anton. & Maxim. ſerm. de fortuna bona & mala.*

*Pauſanias.* Simonides ad conuiuium à Pauſania vocatus, rogabatur inter conuiuandum, vt quidpiam ex philoſophiæ arcanis in medium adferret hoſpitibus, quod documento eſſet omnibus. Is itaque reſpondit Pauſaniæ: Memineris te hominem eſſe. Vidit vir ſapientiſſimus, Pauſaniam ex nimia felicitate ſuperbientem, quem hoc dicto ſui officii admonere voluit. Sed Pauſanias contempſit philoſophi dictum. At cum iam in Charcœco cum fame luctaretur, iamque contumelioſiſſimam mortem præ oculis cerneret, in memoriam philoſophi dictum reuocans: O Cee hoſpites! ait, magnum quiddam in tuo erat ſermone: ego vero nimium fortunæ meæ fidens, eum nullius momenti eſſe putabam: vnde nunc miſerrime interire cogor. *Ælian. libro 9. de Varia. hiſt.*

*Crœſus*, conſultus à Cyro de bello ſuſcipiendo contra Tomyrin reginam, a qua tandem occiſus eſt: Si tibi, ait, eſſe videris immortalis, nihil eſt opus vt meam tibi ſententiam dicam. Si vero te quoq; agnoſcis hominem, illud inprimis diſcito, talem humanarum rerum circulum eſſe, qui rotatus, eoſdem ſemper fortunatos eſſe non ſinit. *Bruſ. l. 2. c. 37. ex Herod.*

*Demetrius.* Illum qui ſiniſtram fortunam ferre nequeat, ne dextram quidem poſſe ferre dicebat. *Ant. in Meli par. 1. ſer. 10.*

*Idem.* Nemo Demetrio fuit vtraq; fortuna exercitatior. Itaque frequenter ſolebat in fortunam illud Æſchyli dicere. Tu me extuliſti, tu ipſa ruſus deiicis. *Plut. in Demetr.*

*Darius.* Xerxis pater, in ſui laudem dicere ſolebat, ſeſe præliis ac rebus aſperis reddi prudentiorem. Atqui talis prudentia nimio conſtat reip. Præſtat principem è philoſophiæ præceptis haurire ſapientiam potius, quam experimentis miſeram, vt vocant, colligere prudentiam. *Eraſ. lib. 5. ex Plut. apophth.*

*Philippus.* Cum Philippo Macedoni nuntium eſſet allatum, vno die multas res fœliciter ac proſpere geſtas (nam eodem tempore vicerat in Olympiis, & Parmenio Dardanenſes prælio fuderat, & Olympias ipſi maſculum fœtum erat enixa) porrectis in cœlum manibus exclamauit: Et ô fortuna, inquit, pro tot tantiſque bonis leui quopiam malo me affice. Vir cordatiſſimus, non inſolenter geſſit ob rerum ſucceſſum, ſed fortunæ indulgentiam ſuſpectam habuit, cuius ingenium eſſe nouerat, vt quibus exitium molitur, his prius noua rerum proſperitate blandiatur. Huc pertinet quod de Polycrate Samiorum tyranno refert Plin. *Plut. in apoph. Fulg. l. 7. c. 2.*

*Apelles*, interrogatus, cur ſedentem fortunam pinxiſſet? Reſpondit. Quia loco ſtare non poteſt. *Stob. ſer. 130. Max ſer. 67.*

*Romulus*, infelicitatem hominibus plurimum prodeſſe dicebat, eo quod in rebus aduerſis doceamur de rebus antea nobis ignotis.

ignotis. Multi enim cum ratione futura præuidere non poſſunt, patiendo res intelligunt demum. *Antonius in Meliſſa, part. 1. ſermone 70.*

*Idem,* Eum nequaquam beatum prædicandum dixit, qui propter amicos, aut alias fortunæ dotes exultaret, hæc enim ſunt fallacia & caduca omnia, quæ fortuna in ſua poteſtate habet. *Maxim. ſerm. 18.*

*Fabius Max.* Cum audiret Minutium collegam ab omnibus mirum in modum collaudari, quod nonnullos hoſtes iam deieciſſet: ſe magis ſecundam Minutii fortunam, quam aduerſam pertimeſcere, dicebat. Non ignorabat enim, quam variæ eſſent fortunæ vices, &c. *Plut. in vita Fabii Max.*

*C. Marius,* non ſanæ mentis hominem eſſe aiebat, qui ſe fortunæ committeret. *Bruſ. l. 2. c. 37.*

*Anonymus.* de Mario tyrannorum ſeptimo dictum eſt, quod vno die factus eſt imperator, altero viſus eſt imperator, tertio interemptus eſt à milite, qui percuſſurus illum dixerit. Hic eſt gladius quem ipſe feciſti. Fuerat enim opifex ferrarius. Alluſit autem interemptor ad illud prouerbium, tuo te gladio iugulo. *Trebell. Pollio.*

*Seuerus Imper.* Celebratur Seueri Imperat. dictum: Omnia fui, ſed nihil expedit. Sentiens, ſeſe ex humili loco per literarum ac militiæ officia plurimis gradibus fauore fortunæ ad imperii faſtigium fuiſſe perductum: ſed nihil feliciter ceſſiſſe, aut nulla in re ſibi placuiſſe. *Ælius Spart.*

*Chilon,* quum quidam propter ſua mala doleret, dixit: Si aliorũ omnium mala perpenderis, minus ægre feres tua *Stob. ſerm. 18.*

*Pittac.* prudentium virorum eſſe dixit, ne quid mali fiat cauere, fortium autem, id quod factum eſt, moderate ferre. *Stob. ſer. 18.*

*Diogenes* in caſus quoſdam aduerſos quum incidiſſet, dicebat, Benefactum, ô fortuna, quod tam viriliter mihi præfueris. Idem in huiuſmodi caſibus alta voce cantillabat. *Stob ſerm. 106.*

*Zeno* naufragium paſſus, cum vna cum opibus omnia amiſiſſet, immobili vultu, Euge inquit, fortuna, quam opportune nos ad hoc palliolum redegiſti. *Max. ſerm. 8.*

*Socrates.* Xantippe dicebat, cum infinitæ mutationes & Rempub. & ipſos occupaſſent, in omnibus ſe ſimilem vidiſſe Socratis vultum & exeuntis domo, & domum redeuntis. Ad omnes enim fortunæ vndeq; ingruentes procellas moderatus & concinnus erat. *Stob. ſerm. 106.*

*Idem* dicebat, idem eſſe in gymnico certamine victum contumeliæ actionem aduerſario intentare, & in vita victum à fortuna, eam accuſare: quaſi neſcias quo iure quibuſq; legibus in vitæ certamen cum ipſa deſcenderimus, *Stob. ſerm. de puſillanimitate.*

*Archytas Pythagoreus* dicebat, non difficile eſſe aduerſam fortunam commode ferre, ſed proſperam. Omnes etenim, inquit, quandiu in miſeria permanent, vt plurimum moderatis modeſtiſque moribus eſſe videntur: in rerum autem ſucceſſu elatis animis, &c. *Stob. ſerm. de virtute.*

¶ SIMILITVDINES.

*Maximi Monachi.* Similis eſt fortuna ſagittario: interdum enim in nos iaculans tanquam in ſcopum quendam, interdum in ea, quæ nobis adhærent, omnia dirigit. *Serm. 18.*

*Epicteti.* Fortunæ vita implicata ſimilis eſt torrenti. Eſt quippe turbulenta, & limo repleta, ingreſſu difficilis, violenta, obſtrepera, & momentanea, *Apud Stob. ſerm. de virtute. qui eſt in ordine primus.*

*Ioſephi Iudæi.* Quemadmodum ineptorum eſt, ſecunda fortuna nimium efferri: Sic mollium eſt, aduerſa deiici, & terreri, facilis enim eſt in vtraue mutatio. *Apud Max. ſerm. 18.*

*Euripidis.* Ceu ſpeculum admotum puellæ faciem arguit. Sic improbos homines fortuna. *Apud Stob. ſerm. 88.*

*Plutarchi.* Veluti ſi quis cæcus in quempiam incidat, illum cæcum appellat, qui non vitauerit: Sic nos fortunam facimus cæcam, in quam noſtrapte incidimus cæcitate *In Moral.*

*Vt aliis* venti ſecundi ſunt, aliis aduerſi: Ita aliis fortuna fauet, aliis auerſatur. *In Moral.*

*In Olympiis,* non licet vincere, delecto aduerſario, ſic in vita quęcunq; obtingit fortuna, cum ea luctandum eſt, *In Moral.*

*Vt os non* ſecatur trama, niſi prius cinere & aceto præmollitum, nec ebur inflecti poteſt zytho prius molle fiat: Sic fortuna non poteſt reddere vulneratos animo, niſi acceſſerit malitia. *In Moral.*

*Senecæ:* Vt pumilio, etiamſi in monte conſiſtat, puſillus eſt, Coloſſus etiam in puteo, magnus: Ita ſapiens in quacunque fortuna ſuis bonis magnus eſt, ſtultus & in ſumma fortuna humilis. *Apud Eraſm.*

*Vt apparatus* ſcenæ quia commodato datus eſt, ſtatim redditur & ſine querela: Ita quicquid in vita contingit magnificum, ſiue ſerius, ſiue mox à fortuna repetatur, æquo animo reddemus, ſi his tanquam commodatitiis vtimur. *Apud Eraſm.*

*Vt grando* illiſa tectis diſſultat, magno quidem fragore, verum nulla noxa: Sic inſultus fortunæ nihil poteſt in ſapientem. *Apud Eraſm.*

*Socratis.* Quemadmodum ignis in foco ſplendet: Sic mens quoque in bona fortuna. *In Ant. Meliſ. par. 1 ſerm.*

*Vt qui* nauigant ventis ſecundis, in promptu ... menta, quibus contra tempeſtatem aduerſam vtuntur ... bona fortuna ſapiunt, etiam ad infortunia paratum ... ne munitum. *Stob ſerm. De prudentia.*

*Plut.* Quemadmodum imperiti artifices, cum ... magnas ſubdunt baſes, magis conſpicuam reddunt ... tatem: ita fortuna ſi puſillo animo munus amplum ... & arguit magis animi humilitatem. *In Moral.*

*Qui morbo* comitiali ſunt obnoxii, frigore ... nam illico capitis vertigine laborant. At indoctos ... xerit fortuna, protinus arguit cuiuſmodi ſint. *In Moral.*

*Vt honoratior* eſt domus, ſi luceat ignis, quemadmodum ... Homerus: Sic fortunæ commoda ſplendiora iucundi... mi gaudio condecorentur *In Moral.*

*Vt qui* morbo laborant, cibos puriſſimos & ... diunt, & recuſant, ſi quis edere compellat: iidem ... valetudini, caſeo quoque aut cæpe lubenter veſcuntur ... tis magnifica fortuna iniucunda ſapientibus humili... tuna ſuauis. *In Moral.*

*Seneca.* Canis quicquid excepit, protinus deuorat ... ad ſpem futuri hiat: Ita quod expectantibus fortuna ... ſine vlla voluptate dimittimus, ſtatim ad rapi... recti.

*Plinii.* Hedera complexu necat arbores: Ita fortuna ... dum blanditur, ſtrangulat & perdit. *Lib. 16. c. 35.*

*Folengii.* Quemadmodum dormientes, dum ... ctantur iis quæ per ſomnium imaginantur rebus, ... tem vana ſpe ſe deluſos vident: Ita ii quibus humana ... licitas, delectatione ſe aliqua affici ſibi videntur, ... fortunæ ſinu, tanquam à molliſſimo eiecti lectulo ... illum bonorum honorumque ſplendorem, nil ... vanam imaginem, ac rei ſimulachrum potius quam ... *In Pſalm.*

*D. Georgii,* aduerſitas magis auget deſiderium ... ſemina melium gelu cooperta fertilius germinant ... premitur vt creſcat. *Lib. 6 Epiſtolar. epiſt. 27.*

*Plutarchi.* vt deciduæ ſtellæ ſubito extinguuntur ... tuna ſubito in ſumma prouexerit, repente ſolent ... *Moral.*

*Vt terræ* fœtus aliquando copioſe proueniunt, ... ligne: & in animantibus aliquando fœtura fœlix, ... litas eſt: & in mari aliquando tempeſtas, aliquando ... Sic in vita varii fortunæ caſus. *In Moral.*

*Plinii.* vt in rerum natura, quæ ſpectatiſſime ... marceſcunt, veluti roſæ, lilia, violæ, cum alia diu ... minum vita quæ florentiſſima ſunt, citiſsime ... ſum. *Lib. 16. c. 15.*

*Nucilli.* quod pauper quondam repente diues ... eſt fortunæ: quæ indignos homines feliciores ... integros. Num prioris conditionis oblitus, ... gis? non cogitans, quanta ſit lubricæ fortunæ ... nim te ſublimius euexit, vt illuſura grauiore caſu ... ret. *In Epiſt. ad Regul.*

*Pii Pontificis.* Regna & opes non magis poſſidentur ... quam cuiuſcunque: ſed vt in ſeculari ludo: nunc ... nunc referuntur illuc. Sola virtus & viuenti & mortuo ... & firma poſſeſsio. *Epiſt. l. epiſt. 414.*

*Max. Tyrii Platonici.* Quemadmodũ noctu lumen ... maiorem claritatem oſtentat ea, quæ pariter interdiu ... prerea quod noctu profunda obſcuritas circumfuſa ... ſplendorem. Interdiu vero quaſi certamine tenui, ... luci cum valentiſsimo ſolis fulgore ſuſcepto obſcu... norem claritatem oportet. Sic etiam tenuis notæ bonum ... tentionem cum malis examinari contingat, ſic vt op... mum, excellentiſsimumque eſſe videatur: quemadmodum ... bris profundis parua aliqua ſcintilla, aut obſcuriſsima ... ma lux ſplendorem late oſtentat, at ſi ei cum ſuis ... curſum, contentionemque proponas, tunc optime ... quod vere eſt optimum: cum ſi aliter feceris, ordinem ... turbes atque confundas *Serm 24.*

*Epicteti.* Quemadmodum in paruo humilique ... cubare hominem ſanum melius eſt, quam in amplo ... tem ægrotare: Similiter & in exigua fortuna ... trahentem feliciter agere, quam in magna fortuna ... diuitiis feliciter agere. *Apud Stob ſer. 3. De Temperantia.*

*Thriueri.* iucundiſsime quieſcit corpus poſt ... citium: Et bonorum virorum animus tranquillitatem ... bet poſt multas tempeſtates, calumnias & iniurias ... *gmat. 114.*

*Qui frequenter* intentantur ab hoſtibus, tandem ... temnunt: Et per varias tempeſtates animus quoque ... *apoph. 118.*

*Magna eſt* corporis imbecillitas, quod ab omni ... cauſa læditur. Et ſatis magna, ſuperque idonea ...

ſeſt, ad ſingulos fortunæ ſtrepitus animum demittere. *In* 7.

*Iudæi.* Res humanæ habent naturalem quodammodo imaginem, propter curſum inæqualem, inconſtantemque: m (vt ille ait) dies alium de faſtigio detrahit, alium tollit in cum nihil in eodem ſtatu, apud nos perpetuo maneat, ſed rariis omniuariiſq; mutentur viciſſitudinibus. *Lib. de ſom-* 57.

*Eremita.* Quemadmodum iis qui crudo & indigeſto ſunt acho, amarum prodeſt abſynthium: Sic male moratis mala vtile eſt. *De lege ſpirituali.*

*Quemadmodum* in ebrietatibus plurimi bacchantur: Sic in mi- & calamitatibus permulti mente mouentur. *Idem, Ser.* 18.

*Quemadmodum* infirmo, ſi graue onus impoſueris, deprimitur: doctus, ſi fortuna accumulatus fuerit, male ſanus. *Ibid.*

*Socrati.* Quemadmodum eum gubernatorem non ſtatim imus, qui ſemel naufragium fecit: Sic nec vir bonus id- endus, qui ſemel fortunatus eſt. *Apud. Anton. in Meliſ. ſerm.* 70.

*Fortuna* ſimilis eſt malo certaminum præſidi. Nam ſæpe coro- qui non vicerunt. *In Meliſſ. part. 1. ſerm.* 70.

*Quemadmodum* in palæſtra exercitati, ſi ſemel ceciderint, ſtatim gunt: Sic docti homines etſi ceciderint, ſtatim cum dexteritate dam ab infortunio reſurgunt. *Ibidem Meminit etiam Maxi- ſerm.* 8.

D. *Augu.* Cithara ex inferiore parte habet quo ſonat, pſalteri- m ex ſuperiore. Ex inferiore vita, id eſt, terrena, habemus pro- peritatem & aduerſitatem, vnde Deum laudemus ex vtroque Ci- thara quando male ex interiori venit, tange chordas in corde tuo, dic tanquam in cithara, inferiori parte bene ſonante: Dominus dedit, Dominus abſtulit, &c. Cum attendis ſuperiora dona Dei, quæ contulit, conuerte ad Pſalterium decem chordarum & præce- pta Dei. *In Pſalm.* 32.

## ¶ Adagia.

Deo fortunæque committo.

*Qui fortunam experiri ſtatuerit, euentum negotii fortunæ com- miſerit, in hunc conuenerit illud Homeri.*

Ἤτοι γὰρ καὶ ἐγώ, τὰ δέ κεν Διὶ πάντα μελήσει.

*Traſero & ipſe: Ioui fuerint hæc omnia curæ.*

Fortuna reddit inſolentes.

*In eum, qui poſteaquam fortuna ſecundior affulſit, animos item ſumit, & paulo confidentius gerit ſeſe, quadrabit illud.*

Γηθόσυνος δ' οὖρῳ πέτασ' ἱστία δῖος Ὀδυσσεύς.

*Lætatus ventis pandebat vela ſecundis.*

Rerum omnium viciſſitudo.

*Verſa fortunæ vices, & nunc læta contingunt vnicuiq; nunc tri- ſtia. Ad eam ſententiam applicabitur illud Homer.*

Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῳ Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ.

*Nunc huic, nunc Iupiter illi,*

*Nunc læta immittit, nunc triſtia.*

Quod abeſt boni conſule.

*Qui admonebit oportere boni conſulere, quicquid à fortuna con- tigerit, vſurpabit illud ex odiſſ. ξ. Vbi Subulcus Vlyſſem inuitat, vt tales & ruſticanos boni conſulat, his verbis.*

Ἔσθιε, δαιμόνιε ξείνων, καὶ τέρπεο τοῖσδε,

Οἷα πάρεστι· θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει,

ὅττι κεν ᾧ θυμῷ ἐθέλῃ, δύναται γὰρ ἅπαντα.

*Heſpes ſume cibum, quorum data copia, lætum his*

*Paſce animum, nam ſors dabit hæc, rurſum illa negabit,*

*Vtcunq; eſt animo lubitum. Valet omnia quippe,*

*Transferri poteſt ad omnem hominis vitam, quoties monebimus, vt quemcunq; ſtatum ſors dederit, in eo læte ac tranquille viua- mus. Apud Athenæum lib. 10. refertur hic Senarius:* Ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀεὶ πλίνε. *Quæ præſto ſunt in hiſce vitam necti to: Iſocra- tes in oratione de pace.* στέργειν τοῖς παροῦσιν, *at pleriſq; hominibus eſ- ſe difficillimum: & hinc eſt, quod bellum malunt quam pacem.*

Theſſalæ transmutatio. ὀρχάκε περιστροφή

*Dentibus repente in diuerſum commutatis non abſurde videri poteſt dictum adagium.*

Alia vita, alia diæta. ἄλλος βίος ἄλλη δίαιτα.

*In eos quadrabit, qui commutata in melius fortuna, & vitæ ra- tionem, moreſque commutant.*

Nunc pluit, & claro nunc Iupiter æthere fulget, χ' ὁ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει

*Huic affinis eſt allegoria Pindarica. Non ſemper eoſdem flare ven- tos, ſed nunc hos, nunc illos. Theocr.*

Citius quam formicæ papauer. *Plaut.*

*De ſubita rerum conſumptione, non aliter, quam ſi papauer obii- cias agmini formicarum*

Nemo mortalium omnibus horis ſapit. *Plin.*

*Senſus vel citra interpretem liquet: Nempe neminem eſſe, qui non aliqua parte vitæ deſipiat.*

Pitana ſum. Πιτάνη εἰμί.

*Zenodotus indicat dici ſolitum de iis, qui in extremas redacti ca- lamitates iiſdem denuò in priſtinam felicitatem reſtituuntur.*

Quod alius condiuit coquus, aliter condiam.

*Vbi quis rem omnem nouat & perturbat, conueniet Plautinum illud.*

Bona nemini hora eſt. *Publius.*

*Bona nemini hora eſt, quin alicui ſit mala. Ita fortuna tempe- rauit res mortalium, vt quod huic lætum eſt, alij pariat dolorem.*

Deß einen Glück/iſt deß andern Vnglück.

Oſculana pugna.

*Feſtus pompeius indicat: Oſculanam pugnam prouerbio dici ſo- litam quoties victi vincerent.*

Per manus tradere. *Aul. Hircius.*

*Quod ſucceſſione quadam ab aliis ad alios deuenit.*

De manu in manum. *Cicer.*

*A ſuperiore non vſque quaque diſſimile eſt. Traduntur & qui commendantur. Terent. Hanc in manum dat.*

## ¶ Hieroglyphica.

Vulgatiſſimum illud inter Hieroglyphica, *Fortunam* nunc *rotu- læ*, vt vulgus nunc *ſphæræ* alicui, vt *Cebes*, inſiſtentem pingere: ſiue vt eam rerum Dominam oſtenderent. (qua de cauſa Appelles eam in ſedem collocauit) ſiue vt eius inſtabilitatem coarguerent. *Pier. Val. lib. 39. pag. 378. F.*

Veteres quum *Fortunæ* plurimum tribuerent eamque negotio- rum pene omnium arbitrum opinarentur: ſimulacrum eius dex- tra clauum ſiniſtra cornu copiæ tenere finxerunt: quod bona & commoda ab eodem omnia proficiſci crediderunt: vnde diuitias & opulentiam *fortunas* appellauere, vni illi regendi elargendique facultatem conceſſam arbitrati. *Pier. Val. lib. 45. pag. 444. F.*

Vt vero *eiuſdem inconſtantiam* notarent, ſedentem eam in *pila* ſculpebant. *Idem eod. lib. pag. 445. A.*

*Capricorni* ſignum, quod in multis Auguſtis Cæſaris numiſma- tis videmus, ſummam, vt Aſtronomi tradunt, ſub ſe natis proten- dens felicitatem, hieroglyphice nonnunquam ſignificat *ſecundum Fortunam*, ſummamq; felicitatem. *Idem ibid.*

*Lactantius* fortunam pictam à veteribus fuiſſe teſtatur cum co- pia & gubernacula, tanquam opes tribuat & rerum humanarum teneat regimen. Vnde & omnipotens à pleriſque vocata eſt, quod pro arbitrio poſſit diuitias commutare, victorias largiri, pauperem ſubleuare, & opulentum deprimere.

*Pacuuius de ea ſic ait*: Fortunam inſanam eſſe, & brutam per hibent Philoſophi, *ſaxiq; ad inſtar globoſi* prædicant eſſe volubi- lem. Quia quo ſaxum impulerit ſors, eo cadere fortunam autu- mant: cæcam ob eam rem vocant, quia nihil cernat, quo ſe appli- cet: inſanam autem aiunt, quia attrox, inſtabiliſque ſit: brutam- quia dignum aut in dignum nequeat internoſcere.

*Plutarchus* in libello de fortuna Romanorum ait, *vmbram exi- miæ & antiquæ fortunæ*, cum primis fundamentis eiectam fuiſſe. Primus, inquit, fortunæ delubrum Ancus Martius ſubſtruxit for- tunamq; virili nomine dicauit. Propterea fortaſſis, quod in victo- ria fortiter obtinenda, priores ſunt fortunæ partes.

*Blondus libro primo*, de Rom. Triumphante, ſcribit, apud Ne- morenſem lacum fuiſſe templum, *fortunæ virilis*, vbi virgines Deæ immolarent. Certum eſt Tullum Regem, ſuos omnes actus fortu- næ adſcripſiſſe, cuius beneficio ab ancilla matre, ad regnum fuerat euectus.

*Fuit & apud* Romanos *fortunæ barbatæ* ſimulachrum, quæ cul- toribus ſuis malas ſpecioſius veſtiret: ſe ſpernentes, male barbatos, glabroſque redderet.

*Fuit & vtriuſq;* fortunæ ſimulachrum, *bonæ* ſcilicet & *malæ* ara vetus, inquit *Cic. lib. 3. de Legib.* Fuit in exquiliis malæ, & execratæ fortunæ.

*Plin. lib. 36. c. 5.* Bonæ fortunæ ſimulachrum à Praxitele factum, Romæ in Capitolio fuiſſe, &c.

## ¶ Fabula.

Robuſtus Bos.

Contemnebat præ ſe reliquos Boues, ſocios ſuos, vnus eximiis viribus præditus. Sed cum poſt arationem illi etiam iuga & alia onera impoſuiſſet agricola, reuerſus in ſtabulum poſt matutinam ferociam maximam, veſperi placidiſſime dimiſſo capite aſtitit. Fa- bula indicat, & virtutem negotioſiſſimam ſolere eſſe, & cum fortu- na plærunque mutari animos. Inde hæc duo nota ſunt:

Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι &:

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.

Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Id eſt: vt Cic. vertiſſe traditur.

*Tales ſunt hominum mentes qualis pater ipſe*

*Iuppiter auctiferas luſtrauit lampade terras*

Viatores.

Duo vna faciebant iter, quorum alter perpetua in cogitatio- ne de victu parando verſabatur, alter in bona felicis ſpe fortunæ alacriter pergebat, quo intenderat. Hoc ille mirari, & quæ- rere de ſocio ſuo, quænam res tantam animi tranquillitatem effi- ceret: nam ego quidem curis & ſolicitudinibus diſtringor, dum mecum reputo, quam rationem, & quod conſilium vitæ degendæ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſequar. At ego, inquit ille, iam pridem conſtitui: ideo animus meus quietus eſt. Quid conſtituiſſet interroganti, reſpondit: fideliter ſe, quam didiciſſet artem facere velle, & euentum permittere Deo. Hoc vero ille anxius, ridere, & dicere, ſe multos vidiſſe Deo fretos decipi. Atque ita relapſus ad dubitationes & incertas atq; ſolicitas deliberationes, cœpit inter alia percelli metu cæcitatis: atque Deum immortalem, ſecum inquit, qui te futurum eſſet, cernendi ſenſum ſi forte amitteres? Inque hac formidine ſubiit voluntas tentandæ in tali calamitate progreſſionis: vtq; anteceſſerat non longe ſocium, oculos comprimit arctiſſime, & ita per viam caute & attente vadit, ſpaciumque neſcio quam longum clauſis oculis conficit, neque videt in via marſupium cum pecunia, quod alteri cuipiam viatori elapſum eſſet. Ideo vero ſequens pone ſocius mox ſuſtulit, & aliquanto etiam poſtea æquiore animo quam dudum reliquum itineris confecit.

Fabula conſiderationem neque induſtriam notat, ſed anxietatem, & miſeriam conſiliorum, de qua neq; actiones fere bonæ, & plerunq; id exiſtit cuius aliquem pœniteat. Fortunam autem in rebus humanis poſſe plurimum: ſenſit etiam huius verſiculi autor:

*Θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον.*

Et cecinit præclare Tibullus:

*Non opibus mentes hominum curæq; leuantur,*
*Nam fortuna ſua tempora lege gerit.*

Piſcatores.

Cum piſcatores diu multumq; defatigati, nil capere potuiſſent, tædio tandem affecti, perdita opera, triſtes domum redire parant. Tum de improuiſo Thunnus à reliquis piſcibus agitatus ſaltu in nauigium illorum ſe dedit, quo potiti cum præda & lætitia abiere. Indicat fabula; ſæpe numero forte fortuna obuenire ea quæ nulla arte ac ratione parari potuerint. Secundum Tragicam clauſulam.

*Præter ſpem multa Dij efficiunt.*
*Et ſpes multos ſua fruſtratur.*
*Contra explicat inſperata Deus.*

*Camerar. Fab. Æſop.*

---

# Frater.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

FRATER, Græce ἀδελφὸς, ȣ̃, ὁ, & ἀδελφικὸς, ȣ̃, ὁ, fraternus dicitur. Dicitur autem frater, quaſi fere alter, *ſecundum Aulum Gellium lib.* 13. *Noct. Attic. & ex ſententia P. Nigidij, Saluſtius in. Iugurtha Quis autem amicior, quam frater fratri? aut quem alienum fidum inuenies, ſi tuus hoſtis fueris?* Hinc fratria, fratris vxor. Fraterculus diminutiuum, & fratrueles, duorum fratrum filii.

Fr. Hebr. *Ach.* cognitionem habet cum *Achad,* Vnus. Dicuntur enim fratres qui ſunt vnius ſanguinis, vteri, animi, religionis. Nam in S. Bibliis hoc nomine intelligitur. 1. Natus iiſdem parentibus, vel etiam patris, aut matris eiuſdem filios. 2. Conſanguineus, fratris vel ſororis filius. 3. Homo Iſraelita ex vna 12. trib. 4. Frater, iure religionis ſeu eiuſdem cæleſtis benedictionis conſors atq; particeps in Chriſto mediatore. 5. Frater, iuræ naturæ, humanitatis, patriæ, vicinitatis, amicus, conterraneus, contribulis, popularis, contubernalis, ſodalis, commilito, conuictor, familiaris, proximus. 6. Frater eſt diſcipulus. 1. *Chr.* 25.7.9.10. Similis, æqualis. *Iob.* 30. 23 *Prouerb.* 18. 9.

Fraternitas, fratrum cœtus & communio. *Zach.* 11.14. 1. *Pet.* 2.17. & 5.9. fraternitas diligenda: *Rom.* 12.10. 1. *Theſſ.* 4.9. *Heb.* 13.1. 1. *Pet.* 1.22. & 2.17. & 3.8. 2. *Pet.* 1.7. *Pſalm.* 133.1.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma, & iudicium quaſi veſtes vrbium. *Prou.* 18.

Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & ſuper eos miſericordia liberabit *Eccl.* 40.

Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Nunquid non Deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſq; veſtrum fratrem ſuum, violans pactum patrum veſtrorum. *Mala.* 2.

Quicunq; enim fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. *Matth.* 12.

Omnes autem vos fratres eſtis. 23.

Decebat autem eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionem conſummari. *Heb.* 2.

Per iram homicidii fraternitas deperiit. *Sapi. c.* 10.

Charitas fraternitatis maneat in vobis. *Paulus ad Heb. c.* 13.

## ¶ PATRVM SENTENTIAE.

Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit, neceſſario fratres ſunt. *Aug. & hab.* 14. *q.* 5. *Immolans.*

Iſmael vt ſepararetur â populo Dei, non obfuit mater ancilla Agar, ſed obfuit fraterna diſcordia: nec profuit poteſtas vxoris, cuius magis filius erat: quia per ipſius iura coniugalia ſeminatus erat, & ex ancilla ſuſceptus eſt. *Aug. lib.* 1. *de ... mo, & hab. diſt.* 56. *can. Iſmael.*

Pro ſe orare neceſſitas cogit, pro aliis autem charitas hortatur, dulcior autem ante Deum eſt oratio, non quam neceſſitas tranſmittit, ſed quam charitas fraternitatis ... *Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth.*

Vera fraternitas eſt, quæ fratrem veneratur deuotum ... diſſolutum, quæ præſenti obſequitur, abſentem non ... plaudit, infirmum non deſerit, placatum non prouocat ... maiorem metuit. *Raban. ſup. Matth.*

Hæc eſt vera fraternitas, quæ nullis caſibus ſcinditur ... ſolum diſſociare vel deſerere locorum vel temporum ... non præualent, ſed nec mors quidem ipſa diuellit.

Hæc eſt vera & indirupta fraternitas, quæ gemina ... fectione ac virtute concreſcit, cuius ſemel initium ... deriorum varietas, nec contentioſa diſrumpet com... tatum. *In collationibus patrum & abbatis Ioſeph.*

Nihil prodeſt, ſi moribus ac propoſito diſsidentes ... one iungantur, nec obeſt parili virtute fundatis, per ... ualla diſiungi. Apud Deum namq; morum cohabita... rum vnitas, fratres habitatione coniungit. Nec poteſt ... cis integritas cuſtodiri, vbi voluntatum diuerſitas ... primum fundamentum eſt, ſubſtantiam mundalem ... ptum habere. Iniuſtum enim atq; impium eſt, ſi ... tam mundi & omnium quæ in eo ſunt, vanitatem, ... dilectioni fratris, ſupplex viliſsima, quæ ſuperflua ... cundum eſt, vt vnuſquiſq; ita ſuas reiecet voluntate... tem atq; conſultum eſſe iudicans, ſuis malit quam ... onibus obedire. Tertium eſt, vt ſciat omnia etiam quæ ... ceſſaria æſtimat. poſtponenda bono charitatis & pacis ... eſt, vt credat, nec iuſtis, nec iniuſtis de cauſis penitus ... Quintum, vt aduerſus ſe iracundiam fratris, etiam ... ceptam eo modo quo ſuam curare deſideret, ſciens ... pernicioſam alterius eſſe triſtitiam, ac ſi aduerſus ... ueatur, niſi eam quantum in ſe eſt, de fratris etiam ... rit. *Idem.*

Fratres homines omnes inter ſeſe. *Aug. lib.* 2. *contra ...*

Fratrem non tolerans, in firmum non diligit. *Idem ... tract.* 21.

Frater infirmitates fratrum tam corporales, quam ... ſtinens, eſt uere fratrum amator. *Bern. ſup. Cant. ſerm.*

## ¶ POETICAE SENTENTIAE.

Virg. 1. Æn.

*Regna Tyri germanus habebat*
*Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes.*
*Quos inter medium venit furor. Ille Sichæum*
*Impius ante aras atq; auri cæcus amore,*
*Clam ferro incautum ſuperat ſecurus amorum*
*Germanæ: factumq; diu celauit, & ægram*
*Multa malus ſimulans, vana ſpe luſit amantem.*

Ouid. 1. Met.

*Viuitur ex rapto: non hoſpes ab hoſpite tutus,*
*Non ſocer a genero: fratrum quoq; gratia rara.*

Silius. 16.

*Impia circo.*
*Innumero fratres cauea damnante furorem*
*Pro ſceptro armatis inierunt prælia dextris.*
*Is genti mos durus erat, patriumq; petebant*
*Orbati ſolium lucis diſcrimine fratres.*

Stat. 11. Theb.

*Nondum ille peractis*
*Manibus, vltrices animam ſeruabat in iras.*
*Vtque ſuperſtantem, pronamq; in pectore ſenſit*
*Erigit occulte ferrum, vitaq; labantu*
*Relliquias tenues odio ſuppleuit, & enſem,*
*Iam lætus fratri, frater ſub corde reliquit.*

Manil. 4.

*Ecce patrem nati perimunt, natoſque parentes,*
*Mutuaque armati coeunt in vulnera fratres.*

Ouid. 4. Faſt.

*Hoc Celer vrget opus, quem Romulus ipſe vocarat,*
*Sintque Celer curæ, dixerat, iſta tuæ.*
*Neue quis aut muros, aut factum vomere foſſam*
*Tranſeat: audentem talia dede neci.*
*Quod Remus ignorans humiles contemnere muros*
*Cœpit & his populus dicere tutus erit?*
*Hoc mora, tranſilijt: rutro Celer occupat auſum.*
*Ille premit duram ſanguinolentus humum.*

Hor. 7. Epod.

*Acerba fata Romanos agunt,*
*Sceluſque fraternæ necis:*
*Vt immerentis fluxit in terram Remi*
*Sacer nepotibus cruor.*

Lucan.1.

*Nulla fides regni ſociis, omnisq́ue poteſtas*
*Impatiens conſortis erit, nec gentibus vllis*
*Credite: nec longe fatorum exempla petantur,*
*Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.*

Horat.epiſt.lib.7.epiſt.3.

*At vos*
*Seu calidus ſanguis, ſeu rerum inſcitia vexat,*
*Indomita ceruice feros, vbicunq́ue locorum*
*Viuitis, indigni fraternum rumpere fœdus.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHORVM.

De piis fratribus, boniſq; DIAL. LXXXIII.
*Franc. Petrarch.*

GAV.

Bonos fratres habeo. R. Rarum. Nam parentes fere ſemper amant, fratres ſæpe inuident, ſæpe deſpiciunt. Rarumque ideo fratrum amorem Naſonis ore veritas clamat, vbi & fratrum & filiorum & generorum pene niſi parentum notatur impietas. G. Fratres mihi ſunt boni. R. Miror plane, bonos eſſe ſat eſt, ſæpe enim mali ſunt, aliquando & peſſimi, eoque peiores hoſtibus quo minus contra domeſticas inſidias eſt cautela. Quantus autem ſit amor fratrum ne preteritos eruam, neu præſentes lædam, ſanis notiſſima paria Mycenæa, Thebanique fratres, ac Romani indicant, quæ quidem infamia cur vnius vrbis potius, quam totius orbis ſit, non video. Primos mundi fratres aſpice. Alter alterius oppetiit manu, nec dum fortaſſe nouiſſimum ſcelus audis. Siquidem Phraates Rex Parthorum, cuius ſupra mentio eſt habita, præter parricidia in patrem ſimul ac filium admiſſa; xxx. inſuper proprios fratres trucidaſſe legitur, non dubitans tanto ac tali ſanguine & regnum male partum ſtabilire, & cum omnem inuiſi conſortis extinguere. G. Fratres boni ſunt. R. Nondum puto patrimonium diuiſiſtis tunc erumpet iniquitas. Probatur animus. Auro animus probari ſolet, magna ſæpe quæ videtur concordia paululum auri ſi adhibeas, lis erit. G. Pii ſunt fratres. R. Cœlibatus forſan tuus aut orbitas illos tibi conciliat. Coniugio detegetur, tuo ted prole melius ſpe ſucceſſionis amiſſa. quæ impatienter ferre, multos quoque multa pati docuit. G. Amantiſſimos mei fratres habeo. R. Decet id quidem ita eſſe niſi liuor obſtet, aut timor, aut ſpes, & habendi ſitis, diuini omnis humanique iuris dum expers, ſibi ſoli immemor. Inter parentes enim filioſque quantumlibet amoris, conuerſatio tamen diſpar, diuerſique mores ſunt filii, & ſi tempora pares videant, ſero agnoſcunt. Patres & ſi filios ſtatim amant, ſero illos ſæpe etiam in ſenectute ſuſcipiunt. Fratres antequam naſcantur, & poſtquam nati ſunt in eodem domicilio eiſdem incunabulis æuo pares verſantur, ac moribus illicet in lucem prodeuntes viciſſim cernunt vno cibo aliti, iiſdemq; parentibus, iiſdem atque ſociis, iiſdemque ludis, iiſdemque ſcholis, iidemque præceptoribus ac nutritoribus aſſuefacti pariter pubeſcunt, pariter aſſeſcunt. Vndeque paritas, multiſque, & validis nexibus iunctus amor, niſi aduentitiæ ſoluant cauſæ, duræq; mentis aſperitas frangat, quod commune eſt adeo vt neſciam an fraterno vllus amor maior eſſe debeat, an vllum odium maius ſit, an indignatio vlla feruentior. Tam turbida ſemper æqualitas, tam pacis impatiens mens humana. G. Æquos pioſque fratres habeo. R. Serua illos æquitate mutua ac pietate. Delicatiſſima res eſt amor, ſerua illum difficile quæritur, facile perditur. G. Sed ſorores habeo bonas. R. Graue pondus, ſed iucundum ac fere adoleſcentum primus labor, quæ effecti ſui iuris exerceant, vnde primam pietatis atque indolis ſuæ famam quærant. G. Bonas habeo ſorores. R. Cura vt illæ bonum maritum habeant, teq; ſuperſtitem & ſi communis pater obierit orbitatem non ſentiant. G. Pulcherrimæ ſunt ſorores. R. Cuſtos rei fragilis vigilantibus oculis dolos caue, circumfuſa te procorum conſpiratione, difficilis eſt vnius formæ cuſtodia, quid multarum eſt? cuſtodiam arctiorem pudicitiæ quam auri curam eſſe deceat, quanto pretioſior & irrecuperabilior illa eſt. Sane virgineam caſtitatem nulla arte melius, quam maturo coniugio præſeruabis. G. Formoſæ mihi ſorores domi ſunt. R. Ne diutius tibi ſint prouide, multo quam ſuas ornabunt domos.

*De diſcordi fatre.* DIAL. XLV.
DOL.

Habeo diſcordem fratrem. R. Quid autem? ille ne igitur te contemnit, dum habet, vnanimitas fraterna quæ vnum ex duobus facere ſolet, in duo non iam diuerſa, ſed contraria penituſq; pugnantia diuiſa eſt. Graue ſed antiquum malum, quod & mundus, & mundi caput ab initio habuere. Siquidem vetus vrbis Romæ, ſed vetuſtior mundi infamia eſt fraterno ſanguine maduiſſe, tu quod in ſingulis paribus fratrum vides, & altero quin etiam adhuc ſolo in vno toto, nullum quid ſtupeas, non habes. DOL. Eſt mihi diſcors domi frater. R. An & hoc miraris eſſe magna in domo, quod in ipſis materni ventris anguſtiis, vbi olim, & ſi maioris myſterii velamentum eſt, certe non diſcordes tantum fratres legimus, ſed bellantes. Fit igitur nouum, ſi armati faciunt, quod non nati ſolent? DOL. Nulla mihi apud fratrem gratia eſt. RAT. Multo prius hoc in ſcholis edoctus: quam domi expertus eſſe debueras: prouiſa vero nec querimur nec miramur. DOL. Odioſum fratrem habeo, ac diſcordem. R. Vt ferme nullus amor æquior fraterno, ſic nullum vbi inceperit iniquius odium, nulla acrior inuidia. Sic paritas inci at animus, atque incendit cum cedendi pudor, & amor excellentiæ ardentior, quo incunabulorum recordatio, & quæcunque beneuolentiam paritura viderentur, vbi ſemel a recto calle deflexum eſt, odium & contemptum pariunt, hic natura rebellantis ardor animi optime quidem pro obſequio, atque humanitate placabitur. Vix eſt enim tam immite vllum, tamque aſperum ingenium; quod tandem molliat vera ac iugis humilitas verborum, & rerum omnium leuis, & non ficta retractatio. Sin id ſerum, æque inualidum deprehendas, ſeu forte huc tu cogere tuum ipſe animum non potes, quo honeſte quidem atq; vtiliter cogetur. Tunc antequam in perniciem res erumpat vltimo remedio vtendum erit. Extirpanda mali radix, & diſcordiarum mater propellenda communio. In quo ita te facilem præbebis, vt quantum iuri tuo demptum, tantum virtuti famæque additum inuenias. Impiæ ac ſuperbæ cupiditatis aculei nulla re melius, quam pia & miti liberalitate franguntur. Bonum aurum, quo pax domus, & caritas fraterna redimitur. Vetus valde, nec verum minus eſt verbum, Magnam diſcordiarum bellorumque materiam duo hæc eſſe pronomina meum, & tuum, quæ ſi de vita hominum tollerentur; haud dubie tranquillius viueretur.

*De amiſſo fratre.* DIAL. LI.
DOL.

Fratrem perdidi. RAT. Nondum audio propter quod valde lugeas, fieri poteſt enim vt & fratrem, & domeſticum ſimul hoſtem amiſeris. En iactura: Rem nullam boni nominis perdidiſſe. DOL. Frrtrem perdidi. R. Perdidiſti forſitan, qui te perditum optabat, quique rebus obſtabat tuis, multis quidem magnæ laudis aditum fraternus obſtruxit liuor. DOL. Amiſi fratrem. R. Filiorum fortaſſis ætatulæ (quod ſæpe vidimus) graue iugum, vitæ tuæ æmulum, gloriæ obicem, id quod conſtat patrimonii participem amiſiſti. Fratre impio nullus hoſtis inferior. DOL. At amiſi pium, & beneuolum. R. Sed mortalem. Non tutela corporis eſt virtus, verum animi ornamentum, illi gloriam immortalem præſtat, corpuſculum mortis imperio non eximit, immo quidem, ſæpe illud tempus in mortem trudit quod ſi naturæ ſuæ linquitur, æque boni pereunt malique, quin & vulgo imbecilles bonos & viuaces malos cernimus, immortalem nullum. DOL. Bonum, & glorioſum fratrem perdidi. R. Si frater periit, ſuperſtes eſt gloria, virtus, anima præter quas humana omnia pati mors turbine propellit, ac diſſipat. Has tu igitur ceu totidem filios fratris amplectere, atque his bonis immortalibus mortalia damna compenſa, quod ſi filii ſuperſunt alii, vera illos tuos pietas facit. DOL. Amiſi germanum optimum. R. Auide illo vti debueras, id ſi lentius egiſti non mortis iniuria, ſed ſegnities tua eſt. Illa ius ſuum exercuit, tuum tu neglexiſti. D. Mors me luſit, non putabam tam cito moriturum. R. Omnia, quæ nolentibus accidunt, cito fieri videntur, quæ optantibus autem ſero. DOL. Vix illum mori poſſe credebam. R. Cuncta ſibi vehementiſſimus amor indulget, nilque ſibi non ſpondet, amaroſque cogitatus, & quicquid eſt guſtui aduerſum vitat ac refugit, vnde & qui amant pene ſibi æternas delicias fingunt, tu ſi fratrem natum noueras, & mortalem noſſe debueras, & iccirco ſi prouiſam mortem, in opinatum velut aliquid doles, longe erras, ſi improuiſa autem fuit, erraſti. DOL. Sciebam mortalem, ſed de morte non cogitabam. R. Inconſulte, ſed hæc diſſimulatio veſtra eſt. Vix vnquam mori creditis mortales, cum & contingens mori ſemper & aliquando etiam ſit neceſſe. Immo vero cum non mori, nunquam. mori autem ſemper veſtræ lex immobilis ſit naturæ. Sed vos aſſidue morientes, ſenſum à præſentibus, animum a fine diuertitis, vulgare malum quod quid eſt aliud, quam vltrò oculos claudere, ne radios ſolis aſpiciant tanquam luci, vt oculis damnum ſit illam non videre, nec minus clarum quod non videas, nec minus verum eſſe, quod neſcias? Quis tam cœcus, vt non videat? quis tam hebes, vt neſciat? Veritati rerum nihil detrahit ſenſuum aut intellectus infirmitas. Vos equidem neque infirmi, neque obtuſi, ſed quod excuſatione careat, diſsimulatores eximii, & ad fallendum voſmetipſos ingenioſiſsimi, qui tanto ſtudio inutilia diſcitis, neceſſaria neſcire nitimini, nequicquam tamen, clauſis namque ſeſe oculis ingerunt, & neſciendi auidum ingenium irrumpunt, & obliuiſcendi cupidam memoriam interpellant, & multa in dies fert vita hominum, quæ vos cogitare adigant, quod nolletis, quæ ve diſsimulationes veſtres, aut propriis, aut externis, excitent argumentis, ſed ad plenum fateor. Figmenta mortalium ſola mors diſcutit. DOL. Et mortalem & moriturum fratrem ſciui, mortuum tamen fleo. RAT. Magna pars humanorum actuum ſuperfluit, quid fles mortuum? Aut quid illi? quid tibi, quidve aliis, tuus hic fletus prodeſt? Vt ſit malum mors, quod docti negant, quod nemo negauerit, mali irreparabilis eſt fletus inutilis: Et certe ſi quid præter animi vitium dici miſerum decet, ſi quid penitus in rebus eſt flebile, flendum potius dum impendet, quam dum tranſiit, quod Regem profecto illum non latebat, cuius paulo ante meminimus. DOL. Optimi fratris morte afficior. R.

Nullus affectus intenſior quam paternus, quamobrem vt quæ tamen morte filii dicta ſunt fratris ad interitum transfer, & quæ vtrobique dici ſolent, amicorum etiam in morte profuerint, quæ iactura par ſummis eſt ferenda, tamen vt reliqua vno animi robore toleranda ſunt omnia, quæ videntur grauia, & ſic creditur oppreſſura ſunt. Dol. Amantiſſimum fratrem amiſi. R. Inuiſum amiſiſſe peius fuerat, illius enim amor, huius autem ipſa quoq; memoria, dulcis eſt. D. Gratiſſimum ipſis ab incunabulis vitæ comitem perdidi, ſolus ſum. R. Non eſt ſolus cum quo virtus, & honeſtas habitant, inter quas affixam præcordiis fratris imaginem eſſe, nec mors ipſa vetuerit. Sic nec frater tuus, perditus, nec tu ſolus.

Fratres ſi longe ætatibus diuerſi ſunt non amplius fraterna inter ipſos amicitia eſt. *Ariſt. Ethic. c. 10.*

Fratrum amicitia ſodalitiæ eſt ſimilis. *Idem. ibi.*

Fratrum contentiones & iræ ſunt acerbiſſimæ, & qui ſe nimium amant, hi ſe nimium oderunt. *Idem Polit. 7. c. 7.*

Fratris officium eſt erga fratrem ceu fere alterum affici. *Cic. in Epiſt. lib 3. 7.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Antiſthenes*, fratres concordes omni pariete dicebat eſſe fortiores. *Laer. l. 6. c. 1.*

*Iſocrates* dicebat, non decere fratres, vt lances in ſtatera, altero humilitato alterum extolli. *Anton. & Maxim. ſerm. de amore fraterno.*

*Socrates* eos qui fratribus præteritis alios ſibi amicos acquirunt, iis ſimiles eſſe dicebat qui relicto ſuo agro alienum colunt. *Stob. ſerm. 82.*

*Plutarchus* dicebat, nullam eſſe fratris amiſſi recuperationem, vt neq; manus ablatæ. *Anton. ſer de amore ac odio in fratres.*

*Idem*, Muſas dicebat nominatas quaſi ὁμοῦ οὔσας, id eſt, ſimul degentes, propter ſororiam animorum coniunctionem. *Stobæus ſerm. 82.*

*Euclides Socratic.* cum fratrem dicentem audiuiſſet, Diſperéam niſi te vitus fuero? Reſpondit, Et ego? niſi vt nos ames tibi perſuaſerim. *Plut. lib. de frat. amore.*

*Sotion.* Fratrum amantem & pauperem dici præſtat, inquit, quam fratrum oſorem & diuitem. *Stob. ſerm. 82.*

*Idem* Fratri in fratrem inſurgenti, dicebat, Canem tibi infenſum mitigare conaris, vt fiat benignior: erga fratrem vero idem non facies. *Eod. ſerm.*

*Ariſtippus* ad fratrem reconcilatum dixit, Memineris te diſſenſionis, me reconciliationis fuiſſe authorem. *ibid.*

*Intaphernis vxor.* Dario permittente vt vnum ex ſuis eligeret, cuius vitam ſibi donari vellet, fratrem elegit. Demirante Rege, cauſamque ſciſcitante: Alius, inquit, maritus, alii liberi, ſi Deus volet poſſunt contingere: alium fratrem parentibus vita defunctis, non eſt quod ſperem. *Eraſ. 5. apoph.*

*Eumenes* inſidiis petitus à Perſeo, credebatur extinctus. Is rumor cum Pergamum eſſet perlatus, Attalus, eius frater impoſito ſibi diademate, ductaq; fratris vxore, regnum occupauit. Cæterum cum audiſſet illum viuum: vt ſolebat profectus eſt illi obuiam, vna cum ſatellitibus, haſtam geſtans. Eumenes autem amanter illum amplexus, dixit in aurem. Ne feſtines ducere: priuſquam me mortuum videris: nec præterea per omnem vitam, vllam offenſi animi ſignificationem vel edicto vel facto dedit: quin etiam moriens fratri & vxorem & regnum reliquit. Cuius animi memor Attalus, cum multos ex ſe liberos haberet, nullum tamen regno educauit: ſed Eumenis filio poſteaquam adoleuiſſet, adhuc viuens principatum tradidit. *Plut. in regum apophthegmat.*

*Antiochus cognomento Accipiter*, cum fratre Seleuco pro regno bellum gerebat. At vbi Seleucus à Galatis victus, nuſquam appareret, ſed interfectus in prælio crederetur, depoſita Antiochus purpura, pullam veſtem induit: rurſum paulo poſt cum audiſſet illum eſſe in columem, pro læto nuntio diis immolauit, fecitq; vt ciuitates ipſi ſub[illegible]onas geſtarent. Solent fratrum iræ, ſi quando inciderint, e[illegible]imæ: ſolet regni cupiditas nihil impium aut nefarium ducere. At hic ea moderatione regnum ambiit, vt fratrem vellet incolumem. *Plut. in regum apoph.*

*Cyrus maior.* Qui ex eodem ſemine ſunt orti, & nutriti ab eadem matre, & in eadem adoleuerunt, ab eiſdem parentibus amati, eandem matrem, eundemq; patrem appellant, quomodo hi non ſunt omnium inter ſe coniunctiſſimi? Nolite igitur bona, per quæ deducuntur fratres ad coniunctionem inania vnquam facere: ſed his continuò ſuperſtruite alia amicitiæ opera, & ita ſemper inſuperabilis vobis inuicem futura amicitia veſtra eſt. Qui fratri prouidet ſeipſum curat, &c. *Xenophon l. 8. de inſtit. Cyr.*

*Caracalla*, Baſſianus præfectus ſuadebat Caracallæ, vt ad mitigandam inuidiam parricidii fratrem Getam appellaret diuum: Sit, inquit, diuus; dum non ſit viuus. Et ſic fratrem in diuos retulit. Atq; regnandi cupiditas neſcit iura pietatis. *Ex Ælio ſpartian.*

¶ SIMILITVDINES.

*Hieroclis.* Sicut oculi manuſque, ſi animæ & mentis per ſe compotes fierent, reliquas partes omni ſtudio curarent [...] cedentem ipſis communionem: quoniam ne ipſæ qu[...] onem ſuam recte adminiſtrare poſſunt, citra præſen[...] partium: Ita nobis etiam qui homines ſumus & [...] bere fatemur, omnibus viribus annitendum eſt, [...] center vtamur. Magis enim, quam partes corporis [...] mutuum fratres compoſiti eſſe videntur. In libro de [...] more. *Meminit & Stob. ſerm. 72.*

*Plutarchi.* Et eadem materia prima, nata ſunt elem[...] diuerſiſſima, pugnatiſſimaque. Sic aliquoties ex iiſdem [...] naſcuntur fratres ingeniis diſſimilis. *In Moralib.*

*Vt in digitis* etiam qui ſcribere, aut canere neſciunt [...] cum illis mouentur, & obſequuntur: Sic fratres fratrib[...] tum adminiſtrantibus adeſſe conuenit. *In Moralib.*

*Vt in bilance* altera inſurgente, altera cedit ac de[...] frater euecto ad maiora fratri cedere debet, ſubm[...] repugnans. *In Moralib.*

*Vt in numeris* minores additi maioribus eos multip[...] ciſſim multiplicantur ipſi: Sic frater obſeruiens fratr[...] nores, & auget illius dignitatem, & viciſſim ornatur [...] re. *In Moralib.*

---

# Fraus.

¶ DEFINITIO ET ETYMO[...]

FRAVS Græce ἀπάτη, ης, & ἀπατηλὸς, οῦ, ὁ, fraudi[...] dicitur. eſt autem fraus executio iniuſtitiæ in fa[...] *Thom. ſecunda Secundæ. q. 55. art. 5.*

Fraus non poteſt eſſe ſine dolo, ſed bene dolus ſine f[...] fraudi ineſt dolus, ſicut ſpecies generi. *ex B. Thom.*

Fraus dicitur à ferendo, & eſt deceptio, quæ alicui [...] pro periculo quandoque ponitur. *Virg. Quis Deum f[...] dira potentia noſtra egit.* Inde fraudo, as, & fraudo [...] defraudo, quod eſt fructum minuo, vel per fraudem [...] po. *Terent. Suum defraudans genium comparſit miſer.*

Gebr. *Ramah*, verbum. ſign. præcipitauit, leuauit [...] impetu quodam, defraudauit aliquem. Inde *Mirma[...]* fraus, impoſtura, *Palm. 5. 7. & 10. 7. & 17. 1. & 24. 4. &* [...] *Aechel* item, id eſt fraus, à verbo *Nachal*, fraudulen[...] fraudes, inſidiatus eſt fraudulenter. Ab *Haſchak* ver[...] lentis verbis decepit aliquem, fraude & calumnia op[...] tur *Hoſchek*, fraus, calumnia, *Leuitic. 5. 4.* Opes co[...] tibus, nempe fraudibus, & Sycophanticis dolis app[...] *haſchakkoth, Prou. 28. 16. Eſai. 33. 15.* Conuenit verbum [...] alio nempe *Hikkeſch*, peruertit, & *Hiſſek*, litigauit, ca[...] tis enim ſoror & comes fraus & perverſitas dicenda vide[...]

¶ BIBLICI LOCI.

Fraus damnatur, Leuitic. 19. 11. *Pſalm.* 101. 5. *Ierem* [...] *Marc.* 10. 19. *Luc.* 19. 11. 1. *Corinth.* 6. 8. 1. *fraus feren[...] renda.*

Fraudulendorum merces, *Prou.* 28. 10. Fraudulen[...] buntur, 1. *Corinth.* 6. 9.

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Iudas de apoſtolatus faſtigio in proditionis tar[...] nec familiaritate communi, nec in tinctione bucce[...] gratia frangitur, ne hominem tradat, quem filium D[...] *Hieronym. in epiſt. ad Ruſticum Monachum.*

Inſtrumento pacis mortem irrogat, ſeruus domin[...] lus magiſtrum ſic prodit, quaſi, inquit, per inſtrumen[...] rimis ipſam pacem, de oſculo machinans ipſam p[...] *Ambroſ ſup. illud. Matth 26. Et oſcul. eſt eum.*

Duo timenda ſunt in bonis operibus, deſidia videlicet [...] *Greg. ſuper illud Iob. c. 9. Verebar omnia opera mea.*

S[illegible]ndum quoque eſt, quod tribus modis fraus ipſ[...] tur, [illegible]a per hanc proculdubio aut tacita cordis huma[...] fauoris aura, aut res quælibet exterior deſideratur. [...] *Moral.*

Solus in Dei opere fraudem non facit: qui cum ad [...] actionis inuigilat, nec ad corporalis rei præmia, nec a[...] ba, nec ad humani iudicii gratiam anhelat. *Idem.*

Doloſus aduerſarius ferire ſimul nititur, & aperte [...] ſidioſe latens, vt dum occulta ſagitta metuitur, min[...] haſta timeatur, vel dum ante faciem haſtæ reſiſtitur, [...] ex occulto veniens ſagitta videatur. *Idem.*

Quacunque arte verborum quis iuret, Deus tamen q[...] entiæ teſtis, ita hoc accipit, ſicut ille, cui iuratur, intellig[...] citer autem reus fit, quia & nomen Dei in vanum a[...] mū dolo capit. *Iſidor. Sententiarū. l. 2. & hab. 22. q. [...]*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…us eſt, cum aliud agitur, & aliud ſimulatur Callidus eſt qui exi… virtutis dolo ac fraude imitatur. *Iſidor. in Sinonymis.*

Dolus eſt, cum aliud quis lingua loquitur, aliud volutat in cor… quod crimen, neſcio, ſi vel nudos quoſque & electos relinquat: …to quod alius plus, alius minus, nemo tamen ſit ab hoc perfe… …ber, niſi ille de quo dicitur, qui peccatum non fecit, nec in… …tus eſt dolus in ore eius, *Orig ſuper epiſt. ad Rom. li. 4.*

…turna fraudatio ſtudiorum eſt nutrix, ſuſpicionum fomes, …entiæ fax, nouerca amoris, deſperationis mater. *Bernardus … Cant.*

…eratum bonum eſt, ſi is ad quem deceptionis pertinet peri…, ſibi gratiæ procuret augmentum. Ius enim exigit, ſagittas …s redire in doloſum verticem ſagittantis, *Caſſiodor. lib. 1. epiſt.*

…llacia eſt, per quam moribus deceptoriis veritas palliata, vel … alterius, vel proprium commodum intendit. *Auguſt. de diffi…*

…nt qui ſeducunt per Philoſophiam, magno blando & honeſto … colorantes & fucantes errores ſuos. *Auguſti. lib. 3. Confeſ…*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Vergil. lib. 6. Æneid. loquens de inferno.

*Hic, quibus inuiſi fratres, dum vita manebat.*
*Pulſatuſ've parens, & fraus innexa clienti.*
*Aut qui diuitiis ſoli incubuere repertis,*
*Nec partem poſuere ſuis, quæ maxima turba eſt.*

Ouid. de Arte Amandi lib. 1.

*Tutaque frequenſque via eſt per amici fallere nomen:*
*Tuta frequenſq; licet ſit via, crimen habet.*

Idem lib. 1.

*Reddite depoſitum pietas ſua fœdera ſeruet.*
*Fraus abſit, vacuas cædis habet manus.*

Catullus.

*Nec facta impia fallacium hominum cælicolis placent*

Ouid. 2. Faſt.

*Sic iterum, ſic ſæpe cadunt, vbi vincere aperte*
*Non datur, inſidias armaq; tecta parant.*

Ouid. lib. 3. de Art.

*Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem,*
*Armaq; in armatos ſumere iura ſinunt.*

¶ PHILOSOPH. SENTENT.

Turpius eſt his qui imperia tenent inſidiari honeſto prætextu … inſidioſa maleuolentia vti. Nam violentia videtur aliquid … habere, propter potentiam à fortuna datam: ſed fraus tantum … oritur. *Thucyd. l. 4*

Qui nihil metuit, & nihil ſuſpicatur, nullam ille fraudi anſam … ſicut & in lucta qui ſe nunquam mouet nullum ad ſternen… …actanti momentum dat. *Plut. in Ageſilao.*

…us fidem in paruis ſibi præſtruit, vt cum operæ pretium ſit … de magna fallat. *Liuius, Decad. 3. l. 8.*

… tam & inſidioſum malum perfidia, eius efficaciſſimæ vi… mentiri & fallere. Fructus in aliquo admiſſo ſcelere conſi… mendaciis & fallacia quaſi præclaris artibus gaudet. *Val.*

… homines qui rationem bono conſilio à diis immortali… in fraudem malitiamque conuertunt. *Cic. 3. de Nat.*

…a eſt verſutia fallax ratio nocendi. *Cicero lib. 3. de Natura …*

Cum duobus modis fiat iniuria, aut vi, aut fraude: Fraus quaſi …, his leonis videtur, vtrumque vero ab homine alieniſſi…. Totius autem iniuſtitiæ nulla eſt capitalior, quam eorum … maxime fallunt, id agunt, vt boni videantur. *Idem de Of…*

Maxima culpa eſt in eo, qui & veritatem aſpernatur, & in frau… obſequio impellitur. *Cic. de amicitia.*

…gis amicorum inuidiam, quam inimicorum inſidias cauere …. Illud enim apertum, hoc celatum eſt malum, nocendiq; … quæ non ſperatur, potentior eſt. *Laert. Diog. de vita & mort… Philoſoph.*

… hominum multæ ſunt latebræ, & multi receſſus. *Ci… pro Milo.*

… ſimulationum inuolucris tegitur, & quaſi velis quibuſ… conditur vniuſcuiuſque natura, frons, oculi, vultus perſæpe …. *Idem ad Q. frat.*

Temere affirmare de altero, eſt periculoſum, propter occultas … voluntates, multiplicesque naturas. *Ad Brut.*

Fraus eſt accipere, quod non poſſis reddere. Repelli ſe homines … quam decipi ferunt. *Seneca in Prouerbiis.*

¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi ſicut fori eſt proprium*, vt illic omnia venundentur, … & inuicem ſe circumueniant ementes: Sic in hoc mun… vendendo & emendo viuunt, & inuicem ſibi fraudem … vitam ſuam ſuſtentant, *In c. 20. Matth.*

… non dantur niſi melle circumlita, & vitia non deci… piunt, niſi ſub ſpecie vmbraque virtutum. *Ambroſ. libro de Virginibus.*

¶ ADAGIA.

Κύκλῳ περιέλκειν.

*Qui arte circumagit quempiam, vt quum ſe putet aliquid egiſſe, nihil egerit; aut in idem recidat, vnde volebat extricari, κύκλῳ περιέλκεσθαι dicitur.*

Vallus vitem decepit. ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον ἐξηπάτησεν. *Ariſtophan.*

*Vbi quiſpiam ab eo fallitur, aut luditur à quo pendebat, cuiuſq; fide nitebatur.*

Canis mendico auxilians, κύων τῷ πτωχῷ βοηθῶν.

*Vbi quis nobis aduerſatur, & diuerſis ſtudet partibus is, cuius auxilio nitebamur.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Fraudis exempla: Cain. *Gen.* 4. 8. Iacob. 27. *v* 18. 19. 20. & 30. 31. 32. 33. Thamar, 38. v. 13. 14. Obſtetrix, *v.* 27. 28. Gabaonitæ, *Ioſ.* 9. v. 4. 22. 23. Ananias & Sapphira, *Act.* 5.

¶ EXEMPLA PROFANA.

Amator quidam *Clodiam P. Clodii* ſororem decepit, æreis quadrantibus loco argenteorum in loculos eius immiſſis. Vnde poſtea Quadrantula dicta fuit. *Plut. in Cicerone.*

*Sergius Galba* obſeruauit ante omnes Liuiam Auguſtam, cuius & viuæ gratia plurimum valuit, eiuſq; opera ex palatio proceſſit ad conſulatum, & mortuæ teſtamento pene ditatus eſſet, ni fraude Tiberii fuiſſet impeditus. *Cuſpinian.*

*Pericles* Athenienſis proclamauit, incolumes futuros hoſtes ſi deponerent ferrum, eiſque obiecturos conditionibus vniuerſos, qui in ſagulis ferreas fibulas habuiſſent, interfici iuſſit. *Frontinus li. 4. c. 7.*

Oppugnabat *Furius Camillus* Phaliſcos, trahebaturq; bellum cum oppidanorum virtute, tum loci natura, quæ erat munitiſſima: interea Ludimagiſter per ſpeciem deambulationis traxit principum filios ad Romana caſtra, ipſi duci gratificaturus, attulit ſecum proditor certam ſpem victoriæ: nulli dubium erat quin parentes charitate filiorum, ſuis autores eſſent ciuibus deditionis faciũdæ: ſed tantum abfuit, vt Romanus eo modo vincere voluerit, vt proditorem auerſatus, qui id perſuaſum habuiſſet, Romanos dolo aſtu potius, quam virtute bellare, vinctum nudatumque terga adoleſcentibus dederit, in vrbem verberibus agendum. mouit Romani ducis virtus Phaliſcos, & qui nuper omnia pati maluiſſent, quam aſſidentibus cedere, voluntaria deditione ceſſere. *Sabel. lib. 10.*

¶ EMBLEMA

In fraudulentos.

And. Alciati Emblema XLIX.

*Parua lacerta, atris ſtellatus corpora guttis*
*Stellio qui latebras, & caua buſta colit,*
*Inuidiæ paruiq; doli fert ſymbola pictus.*
*Heu nimium nu… cogita Zelotypis!*
*Nam turpi obtegitur faciem lentigine quiſquis,*
*Sit quibus immerſus ſtellio, vina bibat.*
*Hinc vindicta frequens decepta pellice vino,*
*Quam forma amiſſo flore relinquit amans.*

¶ FABVLAE

*Lupi & Ouis.*

Qui euaſerat canes ſaucius lupus cum iaceret in terra ſine viribus à prætereunte oue petiit de præterfluente ſibi potum vt afferret: nam ego facile, inquit, tum cibum inuenero. Ouis fraude intellecta, ſi ego potum attulero, inquit, me ſcilicet pro cibo vſurus ſis.

Fabula dicitur in veteratores & fraudulentos inſidiatores.

*De Anu laborante ex oculis.*

Laborans anus ex oculis acceſſit medicum, mercedemque pactam, vt ſanitate accepta demum perſolueret, conuenit. Medicus orſus curationem, quotidie collyrio oculos pelluc… ſupinam in lectulo cum inunxiſſet tenebris iacentem … aſportans ipſe ſecum quicquid forte reperiſſet ſupell… vaſcalum ſeu veſtimentum mulieris. Quæ cum anima… ſe ſpoliari, & iam recuperato viſu cerneret vacuam relictam domum ſibi, poſtquam acceſſit medicus, mercedem poſtulans promiſſam, nam & eſſe illam ſanam, & ſe iudicium nullorum, quibus notus fuiſſet morbus ipſius, defugere aiebat: Non eſt ita, inquit, medice. Nam priuſquam tuæ artis fortunam ſubirem, conſpicabar paſſim copioſam domi meæ ſuppellectilem: Nunc vero ſana, vt ais, nihil prorſus video.

Significatur hac fabula, improbos & veteratores ipſos nunquam ſuis dolis implicari & lædi.

---

# Frugalitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

FRVGALIS, Græce χρηστός, σώφρων, ἐγκρατής, εὔχρηστος. Et ἡ σωφροσύνη, λιτότης, εὐτέλεια, frugalis dicitur. Eſt autem

Frugalitas virtus, quæ motus animi regit & ſedat. moderatamque in omni re nouit ſeruare conſtantiam. Suntque frugi homines, quos Græci χρησίμους dicunt, qui in omni re motus animi moderantur.

Frugalitas, Hebr. *Chochmah, Chacham*, vir ſapiens, induſtrius, prudens, frugi. vide Prouer. 1. 2. 7. & 10. 1. Eccl. 2. 14. Idem illis eſt ſapientia, & frugalitas.

Frugalitas virtus eſt media, inter prodigalitatem & auaritiam, cum nec nimis parce rebus vtimur, nec nimis luxurioſe. Eſt igitur moderata parſimonia cibi & potus. Hinc frugaliter aduerbium, temperate modeſte. Dicuntur autem hæc omnia à frux nominatiuo, pro fruge. *Varro: Frux, legumen, triticum*. Hinc frugi indeclinabile nomen. Suntque frugi, de quibus ſupra. Hinc etiam frumentum, quaſi frugamentum. & fruor, quaſi ex vſu frugum delectationem capio. Vnde fruitio, de qua infra.

Frugalitas eſt virtus, quæ res proprias cuſtodit, vtiliter collocat, vitat ſumptus non neceſſarios, emacitatem, luxum, mutuationes, ædificationes: & tamen vbi ratio poſtulat, expendit quantum opus eſt. Vicina virtus eſt liberal tati, & eadem fere habet extrema. Liberalitas auaritiæ & tenacitati: frugalitas, profuſionibus & prodigalitati magis eſt oppoſita. Emacitatem fugiendam eſſe docet Senecæ regula Oeconomica, *epiſt*. 91, Emas non quod opus eſt, ſed quod neceſſe eſt. Aduerſus mutuationes *Chilo* foribus templi Delphici adſcripſit, Æris alieni comes, miſeria. Quoad ædificiorum inſaniam extant Græci verſiculi, Latinis verbis ita expreſſi.

*AEdificare domos, & paſcere corpora multa,*
*Ad paupertatem proximus eſt aditus*

Frugalitatis præceptum extat Ioan. c. 6. ver. 12. a Chriſto ſanctificatum, Colligite fragmenta, ne quid pereat. Fines, & effectus huius virtutis ſunt, 1. vt Deo obediamus. 2. vt noſtras facultates conſeruemus & augeamus. Olim Heſiodus cecinit,

*Adde paruum paruo, paruo ſuperadde puſillum,*
*Fiet & hoc magnum infelix pelletur egeſtas.*

3. vt ad beneficentiam & ſumptus neceſſarios copiæ ſuppetant. *Plinius lib. 2. epiſt. ad Cal*. Quod ceſſat ex reditu, frugalitate ſuppletur, ex qua, velut fonte, liberalitas noſtra decurrit. Quæ tamen ita temperanda eſt, vt ne nimia profuſione inareſcat. Pugnantia ſunt. Profuſio in pompas inanes, veſtes ſplendidas, inutiles ſumptus, ambitioſas ædificiorum moles, conuiuia nimis lauta: Nimia ex oppoſito tenacitas, ſordities, genii prandatio: negligentia item & ignauia in rebus propriis cuſtodiendis & laboribus tempeſtiuis ſuſcipiendis. *Vide ſufficientia*.

### ¶ Loci Biblici.

Ad frugalitatem exhortatio, *Prouer*. 27. 23. & toto hoc Salomonis aureo libro paſſim: item quibuſcunque animi & corporis ſobrietas commendatur frugalitatis exempla Patriarchæ, Prophetæ, Chriſtus, Apoſtoli, Pii omnes & Deum timentes.

### Poeticae Sententiae.

Horat. 3. Carm. 16.

*Bene eſt, cui Deus obtulit*
*Parca, quod ſatis eſt manu.*

Idem 1. Epiſt. 2.

*Quod ſatis eſt cui contingit nil amplius oportet.*

Idem 1 Serm. 1.

*At, qui tantuli eget, quanto eſt opus, vt neque limo*
*Turbatam haurit aquam neque vitam amittit in vndis.*

Ibidem.

*Neſcis quo valeat nummus, quem præbeat vſum?*
*Panis ematur, olus, vini ſextarius: adde,*
*Queis humana ſibi doleat natura negata.*

Sen. Thyeſt.

*O quantum bonum eſt,*
*Obſtari nulli, carpere ſecuras dapes!*
*Humi iacentem ſcelera non intrant caſam,*
*Tutuſque menſa carpitur anguſta cibus.*

Iuuenalis 14.

*Viuite contenti caſulis & collibus iſtis,*
*O pueri, Marſus dicebat, & Hernicus olim*
*Veſtinuſque ſenex panem quæramus aratro*
*Qui ſatis eſt menſis.*

Perſius 3.

*Rure paterno*
*Eſt tibi far modicum, purum & ſine labe ſalinum.*
*Quid metuas? cultrixque fori ſecura patella.*
*Hoc ſatis,*

Plaut. Rud.

*Quidquid eſt domi, id ſat eſt habendum.*

Claud. 1. Ruff.

*Contentus honeſto*
*Fabricius paruo ſpernebat munera Regum,*
*Sudabatque graui Conſul Serranus aratro,*
*Et caſa pugnaces Curios anguſta tenebat.*
*Hæc mihi paupertas auguſtior, hæc mihi tecta*
*Culminibus maiora tuis: tibi quærit inanes*
*Luxuries noctura cibos, mihi donat inemtas*
*Terra dapes; rapiunt Tyrios tibi vellera ſuccos,*
*Et picturata ſaturantur murice veſtes.*
*Hic radiant flores, & prati viua voluptas*
*Ingenio variata ſuo fulgentibus illic*
*Surgunt ſtrata toris: hic mollis panditur herba,*
*Sollicitum curis non abruptura ſoporem.*
*Turba ſalutantum latas tibi perſtrepit ædes,*
*Hic auium cantus, labentis murmurarius,*
*Viuitur exiguo melius, &c.*

Iuuenalis 14.

*Senſit Alexander, teſta cum vidit in illa*
*Magnum habitatorem, quanto felicior hic, qui*
*Nil cuperet, quam qui totum ſibi poſceret orbem.*

Ibidem.

*Menſura tamen quæ*
*Sufficiat cenſus ſi quis me conſulat, edam,*
*In quantum ſitis, atque fames, & frigora poſcunt,*
*Quantum, Epicure, tibi paruis ſuffecit in hortis,*
*Quantum Socratici ceperunt ante Penates.*

Idem 15.

*Pythagoras cunctis animalibus abſtinuit qui*
*Tanquam homine, & ventri indulſit non omne*
*Quid diceret ergo,*
*Vel quo non fugeret ſi nunc hæc monſtra videret.*

Tibul. 11.

*Me mea paupertas vitæ traducat inerti,*
*Dum meus aſſiduo luceat igne focus.*

Ibidem.

*Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis*
*Pocula, de facili compoſuitque luto.*

Martialis Apophor.

*Aretinæ nimis ne ſperne vaſa, monemus:*
*Lautus erat Tuſcis Porſena fictilibus.*

Auſon. Epig. 9.

*Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem,*
*Atque abacum Samio ſæpe oneraſſe luto.*
*Fercula gemmatis cum poneret horrida vaſis,*
*Et miſceret opes, pauperiemque ſimul.*
*Quærenti cauſam reſpondit: Rex ego qui ſum*
*Sicaniæ figulo ſum genitore ſatus.*
*Fortunam reuerenter habe quicunque repente*
*Diues ab exili progrediere loco.*

Iuuenalis 10.

*Sed nulla aconita bibuntur*
*Fictilibus: tunc illa time, cum pocula ſumes*
*Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.*

Senec. Thyeſt.

*Venenum in auro bibitur, expertus loquor.*

Idem Hipp.

*Regios luxus procul*
*Eſt impetus fugiſſe, ſollicito bibent*
*Auro ſuperbi, quam iuuat nuda manu*
*Captaſſe fontem, ſi celer ſomnus premit,*
*Secura duro membra verſantem toro.*

Idem Herc. Oet.

*Pectora pauper ſecura gerit.*
*Tenet è patula pocula fago.*
*Sed non trepida tenet ipſa manu.*
*Carpit faciles vileſque cibos.*
*Sed non ſtrictos reſpicit enſes:*
*Aurea miſcet pocula ſanguis.*

Sophocles.

Ὅσοι φιλοσοφοῦντες ἐκμοχθοῦσί τι,
Ἐνταῦθ' ὑπάρχει τῷ βίῳ γαστρὸς κρατεῖν,
Διδάσκαλος γὰρ οὖσα ἡ εὐτέλεια σοφὴ
Καὶ τῶν ἀρίστων ἐστὶ βουλευμάτων.
*Quicunque philoſophicis ſe dedunt laboribus*
*Addiſcunt per vitam compeſcere ventrem.*
*Videlicet frugalitas eſt magiſtra*
*Sapientium optimorumque conſiliorum.*

### ¶ Philosophicae Sententiae.

Ἐζηλώσαμεν τὴν αὐτάρκειαν, οὐχ ὅπως τοῖς εὐτελέσι [illegible] τῶν χρώμεθα, ἀλλ' ὅπως θαρρῶμεν πρὸς αὐτά.

Commendamus frugalitatem, non quod tanti res viles [illegible] me ſumptuoſas faciamus, ſed vt hoc pacto animi magn[illegible] augeamus, *Apollon*.

Κρατεῖ ἡδονῆς, οὐχ ὁ ἀπεχόμενος, ἀλλ' ὁ χρώμενος [illegible] μένος δὲ ὥσπερ καὶ νεὼς καὶ ἵππου, οὐχ ὁ μὴ χρώμενος, ἀλλ' [illegible] βούλεται.

Moderatur voluptati, non qui penitus abſtinet, ſed qui [illegible] do vtitur, vt non abripiatur cum ipſa. Vt nauis & equo [illegible] haud qui non vtitur, ſed qui, quo libuerit, ducit. *Ariſtip.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Χάρις τῇ μακαρίᾳ φύσει, ὅτι τὰ ἀναγκαῖα ἐποίησεν εὐπόριστα. τὰ δὲ δυσπόριστα οὐκ ἀναγκαῖα. *Epicurus.*

Gratia eſt habenda naturæ beatæ, quæ neceſſaria parabilia, fecerit: difficilia autem paratu, non neceſſaria. *Idem.*

Εἰ βούλει πλούσιόν τινα ποιῆσαι, μὴ χρημάτων προστίθει, τῆς δὲ ἐπιθυμίας ἀφαίρει.

Si quem volueris diuitem efficere, non eſt quod augeas opes, ſed minuas cupiditates. *Idem.*

Mater virtutum frugalitas. *Iuſtin. hiſt. lib.* 20.

Bonæ valetudinis veterum quaſi quædam mater erat frugalitas, inimica luxurioſis epulis, aliena nimiæ vini abundantiæ, & ab immoderato Veneris vſu auerſa. *Valer. Max. li.* 2. *c* 5.

Tantas habet vires frugalitas, vt tot impendiis, tot erogationibus ſola ſufficiat. *Plinius panegyr.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Crates.* Beneficio Phalero indignatus eſt, quod ipſi panes ac vinum miſiſſet, dicens: vtinam fontes etiam panes ferrent. Sentiens, nihil opus eſſe philoſopho: atque hoc ipſum eſſe ſubmoleſtũ, quod panis non æque parabilis eſſet, ac potus. *Laer. lib.* 6. *c.*

*Idem* Stilphon Ceſi dedit caricam, ſimulque propoſuit quæſtiunculam. Cum Cynicus protinus nucem deuoraſſet: Caricam, inquit Stilpo, perdidi: hic Crates, Non caricam modo, ſed & quæſtiunculam cuius illa fuit arrha. Sentiens, ſe fruſtra captatum munuſculo ad reſpondendum. *Laer. lib.* 2. *cap.*

*Idem.* Cum in forum, incidiſſet, alios ementes vendentes alios contemplatus: Illi, inquit, quod rem inter ſe contrariam agunt, ſe beatos eſſe iudicant: at ego me, quod vtriuſque, tum emendi tum vendendi, ſim immunis. *Stob. ſer.* 1. *de Prud.*

*Socrates* dicebat, eos qui frugaliter viuerent, longe plus habere voluptatis, ac minus cruciatum, quam ſi indulgerent genio. *Laert. lib.* 2. *c.* 5.

*Idem* aduocarat diuites aliquot ad cœnam. ob id ſolicita Xantippe, quod apparatus eſſet perquam exiguus, Bono animo es, inquit, nam ſi frugi temperatique ſunt, boni conſulent: ſi minus, nulla nobis horum cura debet eſſe. Hoc dilemma nobis merito excutere poſſit ſumptuoſam & ſumptuoſam ambitionem in excipiendis conuiuis. *Laer. li.* 2. *c.* 5. *Stob.*

*Idem* dicere ſolitus eſt, eum eſſe diis ſimilimum, qui quum pauciſſimis egeret, cum dii omnino nullius egeant rei. At vulgus diuitias putmos exiſtimat, quorum deliciis nihil ſatis eſt. De his extat dictum eſt in comœdia Terentiana, Quam vos facillime agitis. Sic autem Homerus diis tribuit, quos appellat ῥεῖα ζώοντας, id eſt facillime viuentes. Facillime autem viuit qui pauciſſimis contentus eſt. *Laer. li.* 2.

*Idem* dicebat, qui ſuauiter ederet panem, huic non eſſe opus obſonio: & qui ſuauiter biberet quemlibet potum, hunc non deſiderare poculum, præter id quod adeſt. Fames enim & ſitis optime cõdiunt omnia. *Ibidem.*

*Idem* admonere ſolebat, quod apud alios diceretur edere aut epulari, apud Athenienſes dici εὐωχεῖσθαι: qua voce dicebat nos admoneri, eo temperamento ſumendum cibum, vt nec corpus nec animus oneretur, huc opinor alludens, quod ὀχεῖσθαι, ſonet vehi, & ὄχημα vehiculum, quanquam ὀψὸν dicatur & cibus: eoque adhortari, ne ſarcina iuſta grauior imponeretur corpori, *Eraſm. l. apoph.*

*Idem* Xantippeeum increpante. quod tenuiter ſe ad amicos acciperet quos præpararet: dixit: Si noſtri fuerint, nihil curabunt, ſin alieni, nos de ipſis nihil curabimus. *Max ſer,* 13.

*Idem* dicebat quoq; optimum condimentum eſſe famem, quod quum edulcaret omnia nullius eſſet impendii. Vnde ipſe ſemper libenter edebat ac bibebat, quia neutrum faciebat niſi eſuriens ac ſitiens. *Laert.*

*Idem* dicere ſolebat, multos in hoc viuere vt ederent & biberẽt: ſe autem contra, ob id bibere & edere, vt viueret: quod his rebus nõ ad voluptatem, ſed ad neceſſitatem vteretur, quandoquidem natura paucis contenta ſit, *Eraſ. l.* 3. *apoph. ex Stob.*

*Idem* per forum obambulans, cum aſpiceret mercium copiam quæ illic vendebantur, ita ſecum loqui conſueuit: Quam multis rebus ego non egeo: aſt alii cruciantur animo, ita cogitantes, Quam multa mihi deſunt! Sibi gratulabatur, quod iuxta naturam viuens ac paucis aſſuetus, aurum, purpura, gemmas, ebur, aulæa, reliquaſque diuitum delicias, nec cuperet, nec egeret: quas dicere ſolebat magis neceſſarias agendis tragœdiis, quam ad vſum vitæ. *Laert. li.* 2.

*Idem* Quendam ex amicis conquerentem, quod Athenis omnia magno venirent (vinum enim Chium mina, purpuram tribus minis conſtare, mellis heminam quinq; drachmis) manu illius prehenſa duxit in forum farinarium, Obolo, inquiens, ſemiſextarius farinæ, vilis igitur annona eſt. Hinc ad olearia deducens: Duobus, inquit, æreis ſextarius, non magno igitur in vrbe veneunt omnia. Qui paucis ac neceſſariis contentus eſt; ſibi facit vilem annonam. *Eraſ. l.* 3. *apoph. ex Plut*

*Idem,* Quondam pro foribus deambulanti contentius vſque ad veſperam, cum prætereuntium quiſpiam dixiſſet, quid agis Socrates? Obſonium, inquit, mihi comparo in cœnam, de fame ſentiẽs, quam agitatione corporis excitabat. M. Tullius ſic explicat Quo melius cœnem, obſono ambulando famem. *Laer.*

*Idem* ad famem ac ſitim tolerandam exercuerat ſeſe, poſt ſudorem enim paleſtra collectum, cum alii potum vehementer appetũt, nunquam bibebat de primo cratere, rogatus quam ob rem id faceret? Ne conſueſcam, inquit, obſequi affectibus. Interdum enim, licet ſitias, noxium eſt bibere, hic cum ratio ſuadet abſtinentiam, affectus hortatur vt bibas, magis obtemperandum eſt rationi. *Laert. l.* 2.

*Diogenes,* cum aliquando à Cratero Alexandri Magni præfecto ad cœnam inuitatus eſſet, reſpondit: ſe malle ſalem Athenis lingere quam apud Craterum adipata frui menia. *Laer. l.* 6.

*Idem,* quibuſdam obiicientibus, quod in foro cibum caperet: Quid mirum, inquit? in foro eſurio, ratiocinatus à relatiue oppoſitis. Si fames non vrgeret hominem in foro, fortaſſis abſurdum eſſet in foro veſci. Sed eodem colore ſe tueri potuerat, in foro deiiciens aluum, aut vrinam reddens. *Laer. l.* 6.

*Idem,* Quum aliquando vidiſſet puerum caua manu bibentem, Hic puer, inquit, me frugalitate ſuperat, qui ſupellectilem ſuperfluam mecum circumferam, & eductum è pera poculum ligneum abiecit; Neſciebam, inquiens, & in hoc nobis prouidiſſe naturam. Quum alterum puerum vidiſſet vaſculo fracto cauo panis excipere lenticulam, abiecit & catinum ligneum, vt ſuperuacaneum. Hæc patiar videri ridicula, modo fateamur, immodidicum ſimplicitatis exemplum in hoc eſſe vtile, vt nos noſtri luxus pudeat, *Laert.* 6.

*Idem,* quum in publica via pranderet, multique cingerent illum ob ſpectaculi nouitatem, ac ſubinde acclamarent, Canis, canis: Imo inquit, vos potius eſtis canes, qui prandentem circumſtatis, nam id canibus cum primis familiare eſt. *Laer. li.* 6.

*Idem,* quum primum cœpiſſet philoſophari, ac in dolio, ſicco mucidoque pane veſcens ſolus, audiret totam vrbem lætitia perſtrepentem (erat enim dies feſtus) ſenſit animo nonnihil tædii, diuque ſecum derelinquendo vitæ inſtituto cogitauit. Sed quum tandem mures videret adrepentes, panisq; micas edere, Quid tibi diſplicet, inquit, ò Diogenes? ſat magnificus es? ecce etiam paraſitos alis. *Laer. l.* 6.

*Idem,* panem album nactus, è pera cibarium eiecit, hunc verſum proloquens? Hoſpes tyrannis e vita decedito. *Stob ſer.* 15.

*Idem,* quum in opiparo conuiuio videret Platonem nihil attingentem lautitiarum, ſed oleis duntaxat veſcentem; Quid accidit, inquit, vir ſapientiſſime, vt cum ob huiuſmodi menſas in Siciliam profectus ſis, hic à paratis abſtineas? Ad hæc Plato: At hercle Diogenes, & in Sicilia huiuſmodi fere cibo contentus eram. Quid igitur, inquit Diogenes, neceſſe erat Syracuſas nauigare? An tum Attica non ferebat oleas? Hoc dictum quidam adſcribunt Ariſtippo. *Laer. l.* 6.

*Timotheus Cononis F.* omiſſis opiparis cœnis, & epulationibus imperatoris, aſſumptus a Platone ad conuiuium Academicum, & frugali modicaque cœna exceptus, reuerſus ad ſuos dixiſſe fertur; Qui cum Platone cœnant, etiam poſtero diu bene habent: Vituperauit cœnas ſplendidas & oneroſas, quæ omne ſequentis diei gaudium & hilaritatem præſcinderent atque præriperent. *Æl l.* 2. *de Var. hiſt. & Plut. in Sympoſiacis.*

*Leo Euth F.* interrogatus, quam quis vrbem incolens tutus ſit? Vbi, inquit, neque plura neq; pauciora inhabitantes poſſideant, *Plu in apoph.*

*Antiſthenes,* Quum Diogenes ab Antiſthene peteret tunicam iuſſit vt duplicaret pallium, ſic eum tunicæ ſpeciem præbiturum:, admonens, oportere pauciſſimis eſſe contentum. *Laert. libr.* 6. *cap* 1.

*Epicurus* dicere ſolebat, ei cui pauca non ſufficiunt, nihil omnino ſatis eſſe. Item, ſe paratum eſſe felicitate etiam cum Ioue certare, ſi aquam & offam haberet: Laudauit frugalitatem his dictis, quo animo autem voluptatem laudauerit, ex aliis diſces. *AEl l.* 4. *de Var. hiſt. & Stob. ſer.* 15.

*Idem,* Gratias naturæ habendas dixit, quod ea quæ ad vitam hominis ſubleuandam ſpectant, parabilia fecerit: difficilia autem non neceſſaria? *Stob. ſer.* 15,

*Iſæus,* Interrogatus, qui piſcis, aut quæ auis eſſet ad veſcendũ ſuauiſſima? πέπαυμαι, inquit, ταῦτα σπουδάζειν: id eſt, iſta curare deſii. *Philoſ. in Sophiſtis.*

*Apollonius,* frugalitatem non ideo commendari hominibus dixit, quod tanti res viles ac minime ſumptuoſas faciamus: ſed vt hoc pacto animi magnitudinem augeamus. *Stob ſer.* 15.

*Alcamenes Telecri F.* obiurgatus à quodam quod parce nimium ac tam frugaliter viueret, cum tamen ampliſſimas poſſideret diuitias? Decet, inquit, eum qui multa poſſidet, pro ratione non pro libidine viuere, *Plut. in Lacon.*

*Idem,* percontantibus quam ob rem ſtatuiſſet, vt ad ædium culmen imponendum fabri ſecuri vterentur, ad fores vero addendas ſola ſerra, nec vllo alio inſtrumento: Vt, inquit, ciues mediocritatem ſeruent in omnibus quæ in ædes inferunt, neque quicquam habeant earum rerum quæ apud alios ſunt admirationi. Videbatur enim indecorum, ſi per oſtium rude ac ciuile ſuppellex inferretur ex

retur exotica, pretio cara, arte operoſa id ne fieret, ipſe quodammodo fores admonebant. Hinc aiunt accidiſſe, quod Leotychidas primus apud Lacones rex cum cœnaret apud quendam, cerneretque tectum domus ſumptuoſo apparatu factum, ac lacunaribus ornatum, rogabat hoſpitem, num ligna apud eos quadrata naſcerētur, adeo luxum eſſe putabat, naturam artificio corrumpere. *Plut. in Lacon.*

*Ageſilaus.* Thaſiorum gens vt copia rerum abundabat, præcipue vini præſtantia nobilis, ita deliciis erat addictior, per horum agros cum exercitu proficiſcenti Ageſilao, Thaſii honoris gratia miſerunt farinas, anſeres, bellaria, liba ex melle condita, & item omnis generis alia maximi pretii, tum eſculenta. At ille præter farinas nihil accepit: reliqua domum referri iuſſit ab his qui attulerunt, tanquam ſibi ſuiſque prorſus inutilia. Cæterum cum illi precibus & obteſtationibus vrgerent omnino, vt acciperet xenia iuſſit ea inter Helotas diſtribui. id erat apud Lacedæmonios manciporum genus Eius facti cauſam ſciſcitantibus, reſpondit: Non decere qui virtutis ac fortitudinis ſtudio tenerentur, id genus delicias cupediaſque recipere, propterea quod iſtiuſmodi res quibus ineſcarentur ingenio ſeruili nati, oportet à liberis procul abeſſe, grauiter taxans Thaſiorum mores qui dum voluptatibus ſeruirent, nec ingenuos ſe præſtarent, nec liberos: & ſapienter oſtendens, nihil eſſe ſeruilius abiectiuſque voluptatibus obnoxium viuere. *Plut in apoph.*

*Idem*, cum audiret quendam admirari cur rex cum cæteris Lacedæmoniis tam frugali cibo & veſtitu vteretur: Optimam meſſem metimus, inquit, nempe, libertatem. *Plutarch. in Apoph Laconicis.*

*Lyſandro* in Ioniam proficiſcenti, hoſpites quos habebat in Ionia, cum aliis multis etiam bouem & placentam dono miſerunt. Qui placentam contemplatus rogabat, quidnam illud cupediarum eſſet? Cui cum is qui attulerat, reſponderet, ex melle, caſeo, aliiſque quibuſdam confectum eſſe: Sed hoc inquit Lyſander dandum eſt iis qui noueruut. Non enim hic eſt liberi & ingenui hominis cibus. *Ælian lib. 3. de Varia hiſtoria.*

*Pauſanias* quum Medos viciſſet, iuſſit Perſicam cœnam præparatam ſibi apponi: in qua quidem quum magnus ineſſet ſumptus. Per Deos, (inquit) lurco Perſa erat, qui cum tot haberet, ad noſtrā venerit polentam. *Bruſ. li. 3. c. 1.*

*Epaminondas* conuiuans cum collegis ducibus, in fine conuiuii bibit acetum. Percontantibus, num id conduceret ad ſanitatem? Neſcio, inquit, illud ſcio, bonum eſſe ad hoc, vti quis meminerit domeſticæ diætæ, ſiue domeſticorum Sentiens, conducere aduerſus crapulam, & conferre ſobrietati: ſimul indicans, ſe domi parciſſimo victu agere ſolitum, *Plutarch. lib. 2. Sympoſiacon.*

*Anonymus.* Quidam ingreſſus diuerſorium, cauponi dedit obſonium, vt appararet, quum ille poſceret caſeum & oleum; Quid inquit Lacon? ſi caſeum haberem, iam non egerem obſonio, Caupo caſeum & oleum petebat ad condiendum piſcem, at Lacon id videns, cui ſufficiebat victus ſimplex, ſuperuacuum exiſtimabat cibum cibo miſcere, quum alter per ſe ſatis eſſe poſſet. Quantum abſunt ab huius animo, qui centum verum ſpecies in vnum miſcent diſcum? *Plut. in Lacon.*

*Anonymus.* Quidam Lacon cum duas amygdalas duras duplo vendi conſpiceret: Suntne hic, inquit, lapides? Quaſi nihil intereſſet inter ſilicem & amygdalam. Adeo Lacon deliciarum erat rudis, vt neſciret, ſub gemino cortice latere nucleum. Et apparet hoc genus arboris non quibuslibet regionibus fuiſſe notum, quando Plinius dubitat, an ætate Catonis fuerit in Italia. *Plut. in Lacon.*

*Alexander.* Quum regina Carum Ada illud haberet ſtudio, vt aſſiduo mitteret Alexandro obſonia: bellariaque per talium rerum architectos coquoſque magna arte parata. Alexander ait, ſeipſum habere meliores obſoniorum artifices, ad prandium quidem, nocturnum iter: ad cœnam vero tenue prandium. *Plutarch. in reg. & imp apoph.*

*Cyrus*, rogatus ab hoſpite, quid ad prandium apparari iuberet? Nihil aliud, inquit, quam panem. Nam ſpero me prope riuum cœnaturum. Mira frugalitas in rege barbaro, cui panis erat pro obſonio, & ſitim aquæ ſpe deferebat in cænam. *Refert Ammianus lib. 21.*

*Prodicus.* Dicere ſolebat, optimum condimentum eſſe ipſum ignem. Sentiens, bono ſtomacho ſatis eſſe, obſonium eſſe coctum, etiamſi nihil accedat deliciarum. *Eraſ lib. 6. apoph.*

*Scipio minor.* Narrant eum annis quinquaginta quatuor, quibus vixit, nihil vendidiſſe, nihil emiſſe, nihil ædificaſſe, libras autem argenti ttiginta treis, auri duas in ampla domo reliquiſſe, quamuis pater minatus eſt ei: Si plura quam ſecundum naturam veſceretur, vel ingurgitaret, ipſum condignas pœnas luiturum. Docuit filium vir ſapientiſſimus, frugaliter eſſe viuendum, cum natura paucis contenta eſſe ſoleat: quæ ſi obſonio obruitur nimio, pœna ſtatim in promptu eſt, quæ in variis morbis illico ſeſe oſtendit. *Stob. ſerm. 15. & 20.*

*Epaminondas.* Quum coquus collegis Epaminondæ de impendiis aliquod dierum rationem redderet, non alia de re indignabatur, quam tantum fuiſſe conſumptum olei, demirantibus autem collegis negauit ſe offendi ſumptu, ſed moleſte ferre tantum olei exceptum intra corpus hominum. Sentiens oleum eſſe natum foris vngendo corpori, non intus explendo. Inunctum corpus firmius, & iniuriæ patientius: infuſum viſcera, redd[...] ac ſegnius. *Plut. in apopht.*

¶ SIMILITVDINES.

*Plinii,* Templum Epheſiæ Dianæ tutos reddat obærat[...]toribus: At multo tutius frugalitas & parſimonia præ[...] *lib. 26. c. 14 & Plut. in Moral.*

*Thriuert.* Quemadmodum ager fimo luxuriatur: S[...] humanus vberiore vita inſoleſcit, frugaliore vero ac [...]teſcit. *In apopht.*

¶ ADAGIA.

Acolo non ficui. Ἀκόλῳ τὰ χύτη οὐ βύσσῃ.

*Prouerbium hortatur ad victum tenuem. Nam [...]cant minutas offulas. Suidas.*

Μυσικαρφί.

*Qui dure ac ſicce viuerent. Vox videtur ficta à mure[...]*

Allium in retibus σκόροδον ἐν δικτύοις.

*De ſordido commeatu dicebatur.*

Phormonis tori. στιβάδες Φορμίωνος.

*Deſtratis ſordidis ac frugalibus, minimeque deli[...] ſunt cubilia militaria.*

Cilicii imperatores Κιλίκιοι στρατηγοί.

*Dicebantur homines hirſuti, & pilis obſiti.*

Vita doliaris. Ζωὴ πίθου.

*Id eſt. Vita dolii Prouerbio dicitur vita frugalis pro[...] ſtrepitu atque ambitione ſemota. Poterit torqueri & in [...] ſordide, nimis dure atque immunde viuunt.*

Tanquam in Phiditiis. ὥσπερ ἐν φειδιτίοις.

*Vbi quid parcius nimiumque frugaliter actum ſignifi[...]*

Hecatæ cæna. Ἑκάτης δεῖπνον.

*Veteres cænam perparcam ac impendio frugalem He[...] appellabant, quod apud inferos tenuiſſimo victu, m[...] viliſſimo viuitur.*

Oliuam ne comedas cum vrticam habeas hyberno[...] μή ποτε ἐλαίαν ἐσθίειν, ἀκαλήφην ἔχων χειμῶνος ὥρᾳ.

*Adagii vſum non video, niſi quando ſignificabimus [...] victus parſimoniam, vt nec vrtica quicquam adhibeat[...]ri.*

Sicyon arrodens vxor lacernam texe. Τὸν Σικυῶν[...] τὴν χλαῖναν ὕφαινε.

*Arrodens Sycion, vxor, ſubtexe lucernam.*

*Verba mariti iubentis, vt vxor tenui contenta [...] pus ſuum.*

Tymbra victitans, Θυμβροφάγοι.

*Adagio dicebatur, vel qui tutius ac liberius viten[...] qui moribus parum blandis, vel qui hilariter vtraque [...] paruo contenti viuerent, quod Tymbra herba genus ſit.*

Aſpera vita, ſed ſalubris.

*In vitæ rationem duriuſculam quidem, ſed tamen [...] morum inſtitutionem idoneam, conueniet illud Homeri[...]*

Τρηχεῖ᾽ ἀλλ᾽ ἀγαθὴ κουροτρόφος. id eſt.

*Aſpera, ſed iuuentum nutrix bona.*

Salem & caſeum edere.

*Conſimile hoc cum præcedentibus. Plinius.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

*Arabes* frugi in conuictu homines nulla cibi [...] alunt: Temperantia valetudinem tuentur, multa[...] ne ad inuictum robur habiles artus confirmant. [...]

*Perſarum* pueri ad magiſtrum euntes, afferun[...] quidem in cibos, naſturtium vero pro obſonio: item [...]culum, vt ſi quis ſitiat, è flumine poſſit haurire. *Xen[...] Pædiæ.*

*Phylarchus* narrat Iberos omnes aquam bibere, q[...]nium hominum ſint ditiſſimi, atque ſemel quotidie [...] parſimoniam, veſtibus vero magnificentiſſimis indu[...] 2. c. 2.

*Iberorum mulieres* laborioſiſſimam vitam agen[...] temperantia excellunt alias gentes. Nam certæ menſ[...] nam quaſi venter alicuius cingi nequeat, turpe apud [...]tur. *ex Nicolao de moribus gentium recitat. Stob. ſer. [...]*

*Sarmanei populi* (vt auctor eſt Bardeſenes Baby[...]cus) tantæ ſunt continentiæ: vt cum cibis veſci ex[...] ſint, arborum tamen pomis iuxta Gangem fluuium, [...]tur. *Idem de Brachmanibus teſtatur.*

*Eſſæi* Iudæorum gens, vino, carnibus & vxoribus [...]nerunt: *Ioſeph. li. 2. belli Iudaici. Philo Iudæus, Pliniu[...] Alexand[...]* [...]phiſtæ pomis ſolum, oriza & farina aluntur. [...] 4. c. 17.

Incredibile dictu eſt quam tenui victu & vires & [...] *Numidæ* tueantur. Nam ficu, ſicca, dactylis, pulmentis [...] lacte conuiuia finiunt. Tum vero epulantur, cum è [...] conumque aucupiis quibus maxime gaudent præda[...] *Iouius l. 33.*

*P. Scipio AEmilianus,* ſi quando cū amicis in itinere [...]

[illegible] tantum veſcebatur, cum cæteri lautiſſime epulantur, *Fron-[illegible] lib.4.c.3.*

*[illegible] Veſpaſiani*, filii conuiuia non profuſa, ſed iucunditatis ple-[illegible] ſemper fuere. *Pontanus c.1. de continentia.*

*[illegible] Imp.* cum omnem contemneret luxum, ipſe quoque [illegible] frugaliſſimus fuit. *Alex.l.5.c.21.*

*[illegible]acalla Imp*, tenui menſa, ac perexiguo ſumptu militari vixit, [illegible] omnia aſpernatus, gregario militi perquam ſimilis. [illegible] velut homo militaris, ac laborioſus, ab exercitu dilectus *[illegible]nianus.*

*[illegible] Claudius Imp.* qui Gallieno ſucceſſit, adeo moderatus in ci-[illegible] potu fuit: vt omnibus eſſet admirationi. *Cuſpin.*

*Maximilianus I. Imp.* inter prandia raro bibebat, in cœna vt [illegible] ter: atque ideo valetudo illi vſque ad periodum vitæ [illegible] ſemper fuit. *Cuſpinianus.*

¶ Hieroglyphica.

[illegible] frugalitatis indicium hieroglyphicum *Oliua*: de qua ſæpe [illegible] eiuſmodi baccas apud veteres parſimoniæ cauſa appoſitas & [illegible] lauto etiam conuiuio delitiis contemptis, euitatas. *Pier. [illegible] lib.53.pag.514.E.*

*Vide Temperantia.*

# Fucatio, Fucus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

[illegible] à fucus venit. Fucus vero Græce φῦκος, τὸ, & φυκτόω. [illegible] dicitur. Et eſt ſpecies fictionis ad mentiendum pulchritu-[illegible] ideo ſemper eſt peccatum. Sed non eſt mortale, niſi fiat ad [illegible] vel contemptum Dei. Tamen licet occultare turpitudi-[illegible] cauſatam ex infirmitate, vel ex alia cauſa accidentali, *ex B. [illegible] ſecunda Secundæ, q.169.art.2.* Deberet ſcribi per ph apud [illegible] cum Græca dictio ſit, licet conſueſcat à nonnullis per f ſcri-[illegible]

[illegible] hic accipitur pro pigmento & peregrino ornatu, quem [illegible] ſolent mulieres male feriatæ, vt pulchriores videantur. [illegible] ruſſum, alii purpuræ ſaniem, alii ex vtroque medicamine [illegible] compoſitum pigmentum exiſtimant. Græce. φῦκος, Hebr. [illegible] hæc duo ſignificat: nempe fucum, qui rubrum colorem [illegible] vel pallido admiſcet, & lapillum pretioſum, quem rubi-[illegible] vocamus. Metaphorice etiam ſumitur pro vario prætextu im-[illegible] ſuas turpitudines coram Deo velare ſtudentium: vt etiam [illegible] & fucum facere, fraudem & decipere frequenter ſignificat. [illegible] Hebr. *Cakal*, id eſt: Colorauit, pinxit ſtibio aut minio, fuca-[illegible] pigmento affine eſt verbo *Kakal*, eadem pronuntiatione vtriuſ-[illegible] manente, & ſignificat poſterius illud, ruber fuit. Fucatæ enim [illegible] nouum colorem induunt.

¶ Loci Biblici.

Iezabel, introitu eius, nempe Iehu, audito, depinxit oculos ſuos [illegible], & ornauit caput ſuum. &c. *2.Reg.9.30.*

[illegible] ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nuti-[illegible] oculorum, &c. *Eſai.3.16.*

[illegible] quid facies? cum veſtieris te coccino, cum ornata fueris [illegible] monili, & pinxeris ſtibio oculos tuos: fruſtra componeris. *[illegible] 4.30.*

[illegible], & circumliniſti ſtibio oculos tuos, & ornata es mundo [illegible]. *Ezech.23.40.*

[illegible] mulierem Iezabel, quæ ſe dicit propheten, docere [illegible] ſeruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis. *[illegible] 2.20.*

¶ Patrvm Sententiae.

[illegible] deſertores proprie & quaſi peculiariter feminis inſtru-[illegible] illud muliebris gloriæ contulerunt: Lumina lapil-[illegible] quibus monilia variantur: & circulos ex auro, quibus bra-[illegible]: & medicamenta ex fuco, quibus lanæ colorantur & [illegible] nigrum puluerem, quo oculorum exordia producun-[illegible] *Tertullian. lib. de habitu muliebri, c.2.*

[illegible] nos, vt alteri petant! vbi eſt ergo diliges proximum [illegible] ſicut teipſum? &, Nolite veſtra curare, ſed alterius? *Idem, lib. [illegible] cultu feminarum, c.2.*

In Deum delinquunt quæ cutem medicaminibus vngunt, ge-[illegible] rubore maculant, oculos fuligine collinunt. Diſplicet illis nimi-[illegible] plaſtica Dei: in ipſis redarguunt, reprehendunt artificem o-[illegible]. Reprehendunt enim cum emendant, cum adiiciunt, vtiq; ab [illegible] artifice ſumentes additamenta iſta, id eſt, à diabolo. Nam [illegible] corpus monſtraret mutare, niſi qui & hominis ſpiritum mali-[illegible] transfigurauit? ille indubitate huiuſmodi ingenia concinnauit, [illegible] nobis quodammodo manus Deo inferret. *Ibid. c.5.*

Quod naſcitur, opus Dei eſt. Ergo quod fingitur, diaboli nego-tium eſt. Diuino operi Satanæ ingenia ſuperducere, quam ſcele-ſtum eſt: Serui noſtri ab inimicis nihil mutuantur: milites ab hoſte imperatoris ſuis nihil concupiſcunt. De aduerſario enim eius in cu-ius manus ſit, aliquid vſui poſtulare tranſgreſſus eſt. Chriſtianus à Malo illo adiuuabitur? neſcio an hoc nomen ei perſeueret. Erit e-nim eius, de cuius doctrinis inſtrui concupiſcit. *Ibid.*

Quantum autem à noſtris diſciplinis & profeſſionibus aliena ſunt, quam indigna nomine Chriſtiano, faciem fictam geſtare, quib. ſimplicitas omnis indicitur: effigiem mentiri, quibus lingua non licet! appetere quod datum non ſit, quibus alienum abſtinendum! ſpeciem exercere, quibus ſtudium pudicitiæ eſt! Edite, benedictæ (mulieres Chriſtianæ) Quomodo præcepta Dei cuſtodiatis, linia-menta non cuſtodientes? *Ibidem.*

Vtinam miſerrimus ego, in illo die Chriſtianæ exultationis, vel inter calcanea veſtra caput eleuem, videre, an cum ceruſſa, & pur-puriſſo, & croco, & in illo ambitu capitis reſurgatis: an taliter ex-pictam Angeli in nubila ſubleuent obuiam Chriſto. Hodie vos Deus tales videat, quales tunc videbit. *Ibid. ca.7.*

Pudicitiæ Chriſtianæ ſatis non eſt eſſe, verum & videri. Tanta e-nim debet plenitudo eius, vt emanet ab animo in habitum, & eru-ctet à conſcientia in ſuperficiem, vt & foris inſpicias quaſi ſupel-lectilem ſuam, vt conueniat fidei continendæ in perpetuum. *Ibid. ca.13.*

Apoſtatæ angeli oculos circunducto nigrore fucare, & genas mendacio ruboris inficere, & mutare adulterinis coloribus crinem, & expugnare omnem oris & capitis veritatem corruptelæ ſuæ im-prægnatione docuerunt. *Cyprian. de diſcipl. & habitu Virgi-num.*

Non virgines tantum aut viduas, ſed & nuptas puto, & omnes omnino fœminas admonendas, quod opus Dei & factura eius & plaſtica adulterari nullo modo debeat, adhibito flauo colore, vel nigro puluere, vel rubore, aut quolibet denique liniamento natiua corrumpente medicamine. *Idem, ibid.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Archidamus.* Chius quidam ætate prouectus, venit Lacedæmo-nem: & cum alias turgeret ſuperbia, propter ſenectutem reuerenter habebatur, proinde canos occultare conabatur tinctura. Itaque cum in conſpectum Lacedæmoniorum prodiiſſet; oſtenſo tali capite, ex-poſuit quorum gratia venerat. Conſurgens itaque Archidamus rex Lacedæmoniorum: Quid, inquit, hic ſani diceret, cuius non ſo-lum animus, verum etiam caput fucis contaminatum eſt? Et expo-ſit eius dicta, ingenium Chii redarguens, ex iis quæ oculis cerne-bantur. *Ælianus lib.8. de Var. hiſt.*

*Philippus.* Ex antipatri amicis quendam Philippus Macedoniæ rex in iudicum numerum aſcripſerat. Verum poſt, vbi cognouit illum tingere barbam & capillum ſubmouit eum, dicens: Qui in capillis fidus non eſſet, eum muneribus gerendis non videri di-gnum, cui fideretur: luſit homonimia vocis. Fuco vtebatur in tin-gendis capillis, vbi non multum erat lucri: multo magis vſurus e-rat fuco publicis negotiis, vbi dolus interdum ingens adfert emo-lumentum. *Plut. in apoph.*

¶ ADAGIA.

Lecythum habet in malis. ἔχειν λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις.

*Tectum & ænigmaticum eſt conuitium in anus, quæ rugas illitis pigmentis diſſimulant.*

Schænicolæ.

*Feſtus Pompeius indicat Schænicolas olim appellatas ſcorta plebe-ia ac vilia, quæ ab vnguento viliſſimo oblinuntur.*

Oleo Nitidus.

*Olei nitor adeo venerat in prouerbium, vt myſtica quoq; litera iubeant facie oleo uncta diſſimulare triſtitiam.*

*Vide Dolus. Fraus. Mendacium.*

# Fuga.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Fvga, ipſe fugiendi actus, ἀνάδυσις, ἀναφυλή, Hebr. *Manos*, à ver-bo *Nos*, cum curſu & celeritate diſceſſit, in fugam ſe dedit. Et *Mibrah*, à verbo *Barach*, fugit feſtinanter inſtar venti, fugit repē-te & procul. Differt à *Nos*, quod ſignificat quidem fugere celeriter, ſed per receſſionem paruam.

Fuga alia licita, alia illicita. Licita, quando nihil fit præter offi-cium in vocatione probata, neq; contra ſalutem proximi, neq; con-tra gloriam Dei.

Fugæ licitæ exempla: Iacob, *Gen.27.43 & 31,20* Ioſeph, *Gen.39. 12.* Moſes, *Exod. 2.15.* Dauid, *1. Sam.19.20.21.22. cap Pſalm.3.1.* Chri-ſtus *Matth.13. Ioan. 6.15.* Apoſtoli, *Matth.10.23. Act.14.6.* Paulus, *Act.9.25.*

Senten-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

## ¶ Sententiae Patrvm.

Sicut fuga redemptio gratuita eſt, ita redemptio nummaria fuga eſt. Quod times redimis, ergo fugis. *Tertul. de fuga in perſec.*

Nemo cum populum noſtrum fugari conſpexerit metu perſecutionis & ſpargi, conturbetur, quod collectam fraternitatem non videat, nec tractantes epiſcopos audiat. Simul tunc omnes eſſe non poſſunt, quibus occidere non licet, ſed occidi neceſſe eſt. Vbicumque in illis diebus vnusquiſque fratrum fuerit à grege interim neceſſitate temporis corpore non ſpiritu ſeparatus, non moueatur ad fugæ illius horrorem, nec recedens & latens deſerti loci ſolitudine terreatur. Solus non eſt, cui Chriſtus in fuga comes eſt. *Cyprian. ep. 56. ad Thibaritanos.*

Qui exit: de Babilone & cedit, delicti particeps non fit: Plagis vero & ipſe perſtringitur, qui ſocius criminis inuenitur. Ideo dominus in perſecutione ſecedere & fugere mandauit, atque vt id fieret & docuit & fecit. Nam cum corona de Dei dignatione deſcendat nec poſſit accipi ni ſi fuerit hora ſumendi, quiſquis in Chriſto manens interim cedit non fidem denegat, ſed tempus expectat. Qui autem cum non ſecederet cecidit, negaturus remanſit. *Idem ſerm. de lapſis.*

## ¶ Sententiæ Historicæ.

Stultum eſt, qui potiri volunt victoria, hos terga & eas corporis partes quæ oculis & armis carent ac manibus, per fugam aduerſariis opponere. *Xenoph. Cyropæd. lib. 3.*

Fugiendo ferme in media fata ruitur. *Liuius decad. 1. l. 8.*

In fuga ſalutem ſperare, cum arma, quibus corpus tegitur ab hoſtibus, abieceris, ea vero dementia eſt. *Salluſt. de coniurat. Catil.*

Contra opinionem militum famamque omnium, videri prælio diffugiſſe, magnum detrimentum adfert. *Cæſar. lib. 1. de bello ciuili.*

Fuga, quæ ſalutem nunquam reperit, irriti conatus ſtultitiam indicat. *Amm. Marcell. l. 16.*

Stultus eſt quicunque vitæ cupidus fugæ ſe committit, quum in victoria ſita ſit ſalus: & qui fugam arripiunt magis intereant quam qui ſubſiſtunt. *Xenoph.*

## ¶ Apophthegmata.

*Diogenes.* Quum eius ſeruus Mathes quem vnicum habebat, aliquando aufugiſſet, hortareturque vt rediret, negauit: Turpe eſt, inquit, Mathen ſine Diogene viuere poſſe, Diogenem ſine Mathe non poſſe. *Laer. & Stob.*

*Idem*, videns ſeruum fugitiuum ad puteum ſedentem: Caue, inquit, ô adoleſcens, ne incidas, ad fugam alludens. *Laer. & Stob.*

*Ariſtides*, Themiſtocli ſæpenumero dixiſſe fertur, non eſſe ſoluendum pontem, ſed alium potius ad faciendum quo abiret Xerxes atrociſſimus. *Plut.*

*Ageſilaus* videns claudum quendam militem, quærentem equum quo veheretur debilis, dixiſſe fertur: An non intelligis in bello opus eſſe, non qui fugam adornet, ſed qui fortiter pugnantes loco maneant? Significare voluit vir clariſſimus, eos demum bello eſſe vtiles milites, quibus non decretum eſt ex periculo fugere, ſed aut vincere in prælio, aut appetere mortem. *Plutarch. in Lacon.*

*Callicratidas*, quum nauali pugna eſſet conflicturus, atq; Hermon nauclerus diceret, bonum eſſe ab eo loco ſoluere, eo quod Athenienſium triremes numero longe plures eſſent. Quid, inquit, tum poſtea fugere non tantum ignominioſum, ſed damnoſum etiam Spartanis eſt: contra fortiter pugnare & vincere, honeſtiſſimum. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Anonyma.* Lacæna quædam cum filios ſuos è prælio fugam adornaſſe audiſſet, domum venientes vehementer obiurgauit, dicens: Quo itis ignaua & fugitiua mancipia? & oſtenſo ventre: Num huc, inquit, denuo ſubituri vnde emerſiſtis? *Plutarch. in apopht. Lacænarum.*

*Alcibiades*, quum accepiſſet ſe vna voce à populo Athenienſi morte damnatum, vitaſſetque carcerem, (nam ſtatim vt accuſatus eſt è patria aufugit,) At ego, inquit, oſtendam illis Alcibiadem viuere. *Bruſ. 7. c. 14.*

*Pyrrhus* quibuſdam dicentibus hoſtes ita circumueniendos eſſe, vt ne fuga vitam eripere poſſent: reſpondit, Hoſtibus nequaquam intercludendam ſed aperiendam potius eſſe viam quo citius magna cum ignominia fugiant. *Plut.*

*Scipio Africanus* dicere ſolebat, hoſti non ſolum dandam eſſe viam fugiendi, ſed etiam muniendam: Fuga enim hoſtium paratur ſalus militum fortiter pugnantium. *Plut. in apoph.*

*Cicero.* Fabricius cum demiſſo capite à iudicio recederet, vrbane Cicero in oratione pro Cluentio ad illius fugam alludens: Reſpice, inquit hominum fortunam, reſpice C. Fabricii ſenectutem. *Bruſ. l. 2. c. 45.*

*Anonymus.* Poſt Mutinenſem fugam, percontantibus quid ageret Antonius? Quidam è familiaribus eius reſpondiſſe fertur, id quod canis in Nilo, bibit & fugit. Conſtat enim in AEgypto canes in Nilo currentes bibere: nimirum metu crocodilorum eo in flumine regnantium. *Macrob. l. 2. c. 2. Saturn.*

*Cornificius poeta*, videns milites in bello, quod [...] & Antonium gerebatur, frequenter fugere appella[...] galeatos. *Eraſm. l. 8. apoph.*

*Cicero* cum à cæſaris partibus diſceſſiſſet, Pompe[...] contemneret, vrbane: Quem fugiam, inquit, noui[...] fugiam, haud quaquam. *Plut. in apoph.*

*Idem.* Quidam à Cæſare ad Pompeium transfugi[...] feſtinandi ſtudio equum reliquiſſe. Cicero dixit, [...] quo quam de ſe ſtatuiſſe. Sentiens, longe rect[...] ſe, ſi & ipſe manſiſſet apud Cæſarem. *Plutarch[...] thegm.*

*Iul. Cæſar*, Pomponio militi oſtentanti ore excep[...] ne Sulpitiana vulnus, quod ſe paſſum pro Cæſare p[...] riabatur: Ne vnquam fugiens reſpexeris, inquit, Cæ[...] *apoph.*

*Idem* in prælio quodam, Martiæ legionis aquilife[...] gam conuerſum, faucibus apprehenſum in con[...] partem, dextraque ad hoſtem porrecta. Quorſum [...] Illic ſunt, cum quibus dimicamus. At manibus q[...] litem correxit, voce autem tam acri legionum tre[...] cuſſit, vincique paratas vincere docuit. *Eraſ. li. 4. apo[...]*

*Auguſtus Cæſar* militem ſaxo in expeditione p[...] tabili cicatrice in fronte deformem, nimium tame[...] ctantem, ſic leuiter taxauit: At tu cum fugies po[...] poſt te reſpexeris. *Macrob. l. 2. c. 4. Saturn.*

*Pertinax* ab amicis ſuis admonitus: atque ora[...] litum prætorianorum crudeles inſidias, qui imp[...] tollere conabantur, effugeret, populique auxi[...] Reſpondit, indecorum eſſe ac illiberale, minimeq[...] peratoria maieſtate, atque anteacta vita, latebras [...] quærere. *Herod. l. 1.*

*Aurel. Probus*, cum equus eſſet ipſi oblatus, c[...] rendi velocitatem admodum laudaretur (centum [...] millibus paſſuum currere dicebatur) credentibus [...] Fugitiuo, inquit, militi potius hic equus, quam [...] *piſcus.*

*Alphonſus* laudare eum maximopere ſolebat, [...] entibus hoſtibus argenteum pontem extruendum [...] ſtimabat enim vel multo optabilius eſſe hoſtes [...] quam occidere: vel hoſtes pecunia ſolicitandos, [...] derent. *Panorm. libro quarto de rebus geſtis Alp[...] pophthegm.*

*Demoſthenes* clypeo ſuo literis aureis inſcripſerat [...] eſt, bona fortuna, Attamen cum ad pugnam ve[...] proiecto clypeo aufugit. Id cum illi probo daretur, [...] eſſet, eluſit vulgato verſiculo:

Ἀνὴρ δ᾽ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται,

Id eſt,

*Vir fugiens, redintegrabit prælium.*

Indicans, vtilius eſſe patriæ fugere quam in prælio m[...] enim non pugnat: atqui fuga quæſiuit ſalutem, p[...] præliis patriæ viui eſſe. *Plut. in Vita Demoſt.*

*Theodorus philoſ.* interrogatus, cur Athenis pro[...] ad Lyſimachum regem? Non profugi, inquit, ſed [...] quod Herculi: nam, vt ille ob peculiares quaſdam v[...] nautis fuit expoſitus: ſic ego propter magnam m[...] thenienſium rectores non valebant aſſequi, [...] *lo Iudæus in lib. Quod omnis pro lib.*

*Xenænatus*, ciuibus exprobrantibus ſibi quod [...] citus fugiſſet in bello: At vobiſcum, inquit, o cara c[...] cum exprobrantibus communicans: neque enim [...] teſt abſque militibus. Et turpiter obiicit alteri [...] non eſt immunis. *Plut. in Polyticis.*

*Alcibiades*, cum ad cauſam pro capite dicendam [...] retur ab Athenienſibus, obtemperare noluit: [...] ens, iudicium quærere, non fuga ſibi conſulere, [...] Et cum quidam diceret, At non credis te ipſum pa[...] imo ne matri quidem crederem. Timerem enim, [...] prudentiam, aut errorem veritatis, nigrum calculum [...] ſubmitteret. *Aelianus l. 3. de Varia hiſt. Plut. in Alc[...]* haud abſimile eſt Germanorum tritum prouerbium [...] weite iſt gut tädigen/ Cum licet fugere, ne quæras [...]

*Antigonus* aliquando cedens hoſtibus imminent[...] non fugere, ſed oppurtunitatem à tergo ſitam pe[...] non eſſe turpe fugere quoties magis expedit hoſti [...] conferere manus, Dicti gratia in hoc eſt, quod cum fu[...] qui ſint contraria, ille fugiens interpretabatur, [...] quam fugere. Perſequimur enim hoſtem, & perſequ[...] ſtudioſe expetimus. *Plut. in apoph. Stob. ſer. 52.*

## ¶ Similitvdines.

*Ciceronis.* Vt condemnendus eſt, qui in nauiga[...] nauem, mauult incolumem: Ita vituperandus, qui in [...] diſcrimine ſuæ plus, quam communi ſaluti conſul[...] *rennium.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

... Quemadmodum pernicioſior hoſtis fugientibus; Sic ... incommodum, ſi cedas ac des terga. *Apud Eraſ.*

... Corpora mollia rarius violantur quam dura: Ita ſæpe ... habet qui cedit, quam qui reſiſtit. Nam & abies & quercus ... ruuntur tempeſtatibus, quam ſalices. *In Apophthegmata.*

¶ Adagia.

... *proverbiali metaphora vocant elabi ac ſuffugere. Ariſto-*

... *verbiali figura oſtendit dictum Euſthatius, pro elabi & ... ſe ſubducere.*

... rodere.

... *tari hoc tum poteſt, cum effugii nobis quærenda occaſio eſt, ... argumentis implicit i tenemur, aut alia quadam ratio- ... ſumus.* Den Strick abnagen.

... laqueos effugere difficile. τὸ τὰς ἀπάσας παγίδας μὴ ῥᾴ...

... *verbialis hæc locutio, à venatu etiam translata eſt, in quo ita ... exitus ſepiuntur, vt feram in aliquas incidere inſidias ne- ... Plato in Sophiſta.*

... rimam.

*Quadrat hoc in cauſatores & tergiverſatores, qui nulla in cau- ... ſtis aſtringi vinculis poſſunt, vt non aliquid inveniant quò ... Plut.* Ein ſchlüpfflein finden.

¶ Exempla Biblica.

... exempla: Rex Sodomorum, *Gen*, 14. 10. Agar, 16. 6. Iacob, ... & 31. 1. Moyſes, *Exod.* 2. 15. *Act.* 7. 29. Iſraelitæ, *Exod.* 14. 5. *Ioſ.* 7. ... & 17. 24. & 31. 1. Moyſes & Aaron, *Num.* 16. 42. quinq; ... 10. 16. Adonibeſech. *Iudic.* 1, 6. Siſara, 4. 15. 16. 17. Madia- ... Zebee & Salmana, 8. 12. Iotham, 9. 21. Iephte, 11. 2. 3. Iſraelitæ ... 20. 32. 47. Vir quidam, 1. *Sam* 4. 16. Philiſtæi, 19: 8. Da- ... & 20. 1. & 21. 10. & 22. 1. 2. *Sam.* 15. 14. Abiathar, 1. *Sam.* 22. 20: ... genti Viri, 1. *Sam.* 30. 17. Abner, 2. *Sam.* 2. 24. Berothitæ & ... Miphiboſeth. 10. 18. Filii Dauidis, 13. 29. Abſalon. 34, Ioab, 1. ... Serui Semei. 39. Adad & viri Idumæi. 11. 17. Syri & Benadad. ... Elias. 1. *Reg.* 17. 5. 9 & 19. 3. Moabitæ, 2. *Reg.* 3. 14. Ochoſias, 9 ... melech Saraſar filii Sennacherib, 19. 37. Tobias. *Tob.* 1. 24. ... & viri bellatores, 2. *Reg.* 25. 4 *Ier* 39. 4. & 52. 7. Iſmahel Na- ... filius, &c. *Iere.* 41. 15. Ionas, *Ioan.* 1. 3. Ptolomæus, 1. *Machab.* 1. ... Mathathias & filii eius, 2. 28. Gentes. 5. 9. exercitus Nicanoris, 7. ... Ionathas & Simon, 9. 33. exercitus Demetrii, 10. 49, Alexander, ... Tryphon. 15. 11. Menelaus, 2. *Machab.* 5. 7. Lyſias, 11. 12. Gentes, ... Ioſeph cum Maria matre Ieſu, *Matth.* 2. 13. Chriſtus, 12. 15. ... *Ioan.* 6. 15. & 7. 1. & 8. 59. Diſcipuli, 26. 56. Paulus, *Actor.* ... Paulus & Barnabas, 14. 6. Mulier, *Apoc.* 12. 6. 14.

¶ Exempla Profana.

... *crates* hoſtibus in fugam verſis, pedetentim agmen ducens ... & præcipiens aiebat: inſidias omni ſtudio cauete: reli- ... exfugientibus, cædite vſque ad fluuiorum tranſitus & ... anguſtias atque foſſas Hic maxime includi fugientes ... oportet, ne cogantur ex deſperatione pugnare: Prope muni- ... mœnia perſequi, non vtile eſt, multi enim iam ſæpe par- ... a, poſtquam intra teli iactum venerunt, maximis cladibus ... ſeſſerunt. *Polyæn. lib.* 3.

... noctu capta vrbe, hoſtibus in forum concurrentibus, ... portas aperire iuſſit, fugiendi poteſtatem conce- ... minori cum periculo ciuitatem obtineret. *idem.*

... *Lycurgus*, vt prælio fuſos, fugatoſque hactenus, dum con- ... victoriam, conſectarentur: mox receptui canerent: ... trucidare terga dantes Græcis neque dignum, neque condu- ... foret. *Plut. in apoph.*

... *Athenienſibus* ad Coroneam ſuperatis: nuntiante ... Hoſtes in templum confugiunt: iuſſit eos abire quocun- ... *Polyænus. lib.* 2.

... eo prælio quod Camilli ductu geſtum eſt, deſiderantes ... quibus Tyberim tranſirent: Senatus cenſuit tranſuehen- ... commeatibus quoque proſequendos. Iiſdem poſtea per ... agrum fugientibus via data eſt, quæ Gallica appellatur.

... *Iul. Cæſar.* Germanos incluſos ex deſperatione fortius pu- ... emitti iuſſit, fugienteſque aggreſſus eſt.

... *Huniades* ſuos ab inſequendis Turcis ad Belgradum vi- ... cum ſciret Turcos ancipiti diſcrimine duplo ſeipſis ... reddi. *Chalcocondylas lib.* 6.

¶ Hieroglyphica.

... fugam notare voluerimus, *Canem* identidem, ſed ſubiecta in- ... crura cauda figurabimus. Hieroglyphici cautiam nemo eorum ... in hoc argumento ſequimur, explicauit. Figmentum ego à re ipſa dubio procul ſumptum crediderim, vulgato in ... recte pora prouerbio: vt eum qui animum deſpondeat, vel ab incepto propter ignauiam perculſus, meticuloſe deſiſtat: ſubiicere eum inter crura caudam, obiiciamus. Quoties enim *Canes* fugam arripiunt, præ metu abacti, *Caudam inter crura ſubiiciunt. Pier. Val. lib.* 5. *pag.* 49. *C.* 50. *D.*

Fugitiuum dubio procul hieroglyphice notare qui vellent currentem *Ceruum* deſcribebant. Ea vero fugacitas *Ceruo* natura inſita. *Hinc Lucretius.*

*Et fuga ceruis*
*A patribus datur, & patrius pauor incitat artus.*

*Pier. Val. lib.* 7. *pag.* 62. *E.*

Commenti ſunt nonnulli popularem fugam per *examen Apum & ſubiectum fumum* indicari: quandoquidem *Apes* nulla re magis conſternantur, quam fumo ſuppoſito. Atque hac ſimilitudine vtitur Apollonius Argonautis, in deſcribenda Bebryciorum fuga, ſimul atque interemptum Amycem conſpexere. *Pier Val. lib.* 25. *pag.* 243. *B.*

*Dorſum* autem fugæ manifeſtum eſt hieroglyphicum: vnde. 1. *Regum.* 6. vbi de Dagonis idoli caſu ſcribitur: *Arca Domini iuxta locata, noctu fracta diſſiluiſſe, maneque dorſum eius tantum inuentum:* quod indicium fuit, veri numinis aduentu falſum eiectum, & in fugam actum, *Idem. l.* 32. *pag.* 303. *C.*

# Furtum.

¶ Definitio et Etymol.

Fvrtvm Græce κλοπή, ῆς, ἡ, & κλέπτης, ου, ὁ, fur dicitur. Et eſt occulta acceptio rei alienæ, *ſecundum B. Thom. ſecunda ſecundæ qu.* 66. *art.* 3.

Furtum eſt minus graue, quam rapina, dupliciter, Primo, quia inuoluntarium per vim eſt maius quam per ignorantiam. Secundo quia rapina eſt in re, & in perſona: furtum vero in re tantum. *ſecund. B Thom. ibidem art.* 9.

Furtum *ſecundum Legiſtas ff. de fur. l.* 1. eſt contrectatio rei alienæ mobilis, & corporis fraudulosa inuito domino, lucri faciendi gratia, ſiue ipſius rei, ſiue vſus rei, ſiue poſſeſſionis. Differt autem fur ab abigeo, quia fur generale nomen eſt, Abigeus ſpeciale. Quid autem abigeus ſiue abactor ſit, vide ſupra *in Abactor.* Dicitur autem furtum, à fur, fur vero à furuum, quod veteres ratum dicebant, vnde furuo, fulgo. Furtum præterea interdum ſignificat adulterium. *Ouid. Hæc tibi nempe patrem furta dedere. Iouem,* quod adulteria, ſicuti & latrocinia furtim, hoc eſt, clam ſoleant perpetrari.

Fur, generis comm. nomen notæ ſignificationis, à ferendo, vt quidam putant, id eſt, ab auferendo dicitur: à Græca voce φὼρ. Hebr. *Ghannab.* furtum. *Genebah,* à verbo *Ghanab,* furatus eſt, furtim abſtulit, clam ſubtraxit, tanquam ſub alis & axillis occultando, abripuit clanculum. Cognitionem habet cum *Canaph* flexit alas, & *Chaneph,* obtectus fuit nebula. Fures etenim ſe obtegunt, quærentes latibula, & pro virili rem ablatam ſub alis ſeu axillis abſcondunt.

Futurorum in omni vita tum priuata, tum publica, genera multa numerantur. Inter cætera occurrunt. 1. Pleonexiæ & fraudes variæ in contractibus. 2. Vſuræ immodicæ. 3. Rapinæ, vt prædonum tum in ſagis, tum in togis imbecilliores opprimentium, aduerſus quos exclamat. *Eſaias, cap.* 33. Væ tibi qui ſpolias: quia ſpoliaberis. 4. Iniuſti doloſi contractus. 5. Explicationes iniquæ & immoderatæ. 6. Furta priuata & publica in foro, curia, aula, œconomia, politia, eccleſia. 7. Iniuſte mercedes, iniqua ſtipendia & præmia, quæ deuorantes ab ignauis & ocioſis, cùm interea fideles ſerui fame vel penuria contabeſcant. 8. Ignauia ſeruorum ſeu miniſtrorum in variis vocationibus. 9. Mendicitas validorum, de quibus in vnius perſona Homerus Odiſſeæ lib. 16.

*Hic quia nequitiis aſſueuit, adire laborem*
*Non vult. & timida populi petit oſtia voce,*
*Vt replere ſuam queat inſatiabilis aluum.*

10. Omnia denique lucra iniuſta; quæ malè parta malè dilabuntur, vt vulgò dicunt, de malè partis non gaudet tertius hæres.

Furti autem non ſolùm reus eſt, qui rem ipſam alienam vel ſurripit, vel mala fide poſſidet, vel ad ſe recipit: verum etiam qui vetus pro nouo ſupponit, qui falſo pondere ac menſura vtitur, qui tempore & loco conſtitutis rem alienam, cui debet, mala fide retinet, vel interpolat, vel denegat, vel falſatam aut mancam reſtituit.

¶ Biblici Loci.

Fur nocturnus impune occidi poteſt. *Exod.* 22. 2.

Furtum prohibetur, committitur & punitur, *Exod.* 20. 15. & 21. 16. & 22. 1. *Leu.* 19. 11. *Deut.* 5. 19. & 24. 7. *Ioſ.* 7. *verſic.* 1. 19. *Tob.* 2. 21. *Prou.*

VV

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

21. *Prou.*6.30. *Oſe.*4.2.2.*Macchab.*12.40.*Ier.*7.*v.*9.*Zach.*5.3.*Matt.* 19.18.*Ioan.*12.6.1.*Cor.*6.10.*Epheſ.*4.28.*Tit.*2.10.1.*Pet.*3.15.*Apo.*9.*v.*21 pœna furti.*Exod.*22.*v.*1.4.*Prou.*6.31.1.*Cor.*6.10.Furti & ſcortationis collatio,*Prou.*6.30.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Furti prohibitio.*

Non furtum facies.*Exod.*20.*Leu.*19.*Prou* 3.

Qui furabatur, iam non furetur,*Eph.*4.

*Conditio.*

Qui cum fure participat, odit animam ſuam, adiurantem audit & non indicat *Prou.*29.

Participes tui infideles ſocii furum.*Eſa.*1.

*Punitio.*

Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum; conuictus noxæ, morte moriatur,*Exod.*21.

Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem,& occiderit, vel vendiderit: quinque boues pro vno reſtituet, & quatuor oues pro vna oue. Si effringens fur domum, ſiue effodiens fuerit inuentus & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis. Quod ſi orto ſole hoc fecerit,homicidiumque perpetrauerit,& ipſe morietur.22.

Fures regnum Dei non poſſidebunt.1.*Cor.*6.

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Nemo habet in iuſtum lucrum ſine iuſto damno, verbi gratia: Qui furatur,acquirit veſtem, ſed perdit fidem; vbi lucrum ibi damnum, lucrum in arca, damnum in conſcientia.*Auguſt.in ſerm. de detemplagis.*

Amico rapere quippiam, furtum eſt, eccleſiam fraudare, ſacrilegium eſt, decepiſſe pauperibus erogandum, & eſurientibus plurimis illud reſeruare vel cautum, vel timidum eſt: aut quod apertiſſimi ſceleris eſt, exinde aliquid ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem ſuperat,*Hier.& habet.*12. *quæſt.* 2. *cap. Gloria epiſcop.* §. *Amico.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Phocylides.

Φωρῶν μὴ δέξῃ κλοπίμην ἀνδρῶν παραθήκην.
Ἀμφότεροι κλῶπες καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ κλέψας.
*A furibus ne ſuſcipias furtiuum viri depoſitum.*
*Ambo enim fures & qui recipit, & qui furatus eſt.*

Plautus in Pœnulo.

*Malis partum, malum diſperit.*

Catullus in Epithalamio.

*Nocte latens fures.*

Iuuenalis ſatyra. 3.

*Me nemo miniſtro.*
*Fur erit.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

De Furis DIAL. LX.

*Franc.Petrarch.*

DOL.

Id modicum, quod ſupereſt à furibus vix defendo. R. Rure te villicus tuus patientiam mali huius edocuit, quam in vrbibus exhiberes. D. Me fures infeſtant. R. Contra hoc malum nil querelis agitur ſuppliciis opus eſt. Interim cuſtodia proficit vigilanti. Sunt qui nihil cuſtodiant, & accuſent fures, cum vetus ſit prouerbium, quod occaſio furem facit. D. Limen meum fures obſident. Claude oſtium,ob de ſeram,aperi oculos, atque intende; ſi negligis, temetipſum culpa, raro fur intentis obfuit. Illi iuſtius queruntur,quibus non ſunt domus, quales ſunt quidam populi ſub meridiem, & ſub Arcton & ideo apud Scythas, vt ſcriptum vides, Nullum ſcelus furto grauius, & ſequitur ratio: Quid enim inter ſiluas ſupereſſet, ſi furari liceret. D. Fures mihi ſubtrahunt res meas. R. Suas fieri volunt, nec tu vetas. Puta ergo negligentiam tuam plecti, rerumq; te tuarum cuſtodiam hoc pretio doceri. Vtilia non diſcuntur gratis. D. Mihi moleſtiſſimi fures ſunt. R. Importunum plane genus hominum iure optimo bonis omnibus odioſum, non modo vt peſtilens, ſed vt vile. Sic enim habe. Non enim aliter, quam ſumma animi vilitate aliquem ad hoc trahi. Haud immerito igitur Aurelius Alexander princeps iuuenis ſed bonus, tanto furum odio flagrauit, vt de illo ſcribat Ælius Lampridius, ſi quem talium vidiſſet, paratum digitum habuiſſe, vt illi oculum erueret,tantique eum ſtomachi fuiſſe in furtorum infamia laborantes, vt ſi eos caſu aliquo videret commotione animi choleram euomeret, toto vultu inardeſcente, ita vt nihil loqui poſſet. Nobilis prorſus indignatio generoſi animi, vere ingens furum fœditas, quæ viro forti, & ſublimi ſic ſubito nauſeam extorqueret. Quin imo, quum quidam ex honoratis aliquando furti reus ambitioſe tandem fauore quorundam amicorum regum ad militiam aſpiraſſet,& ſtatim in furto deprehenſus eſſet (vix enim illi vitio aſſueti deſiſtere vnquam ſciunt) quæſiuit Alexander à regibus, qui illum promouerant, quid apud eos paterentur fures? cumque illi reſpondiſſent crucem, illico eum de illorum ſententia crucifixit. D. Furtis infeſtor. R. Contra furta bona eſt vigilantia, atque cuſtodia optima eſt paupertas, quamdiu aliquid erit, quod furibus dulce ſit, eorum vel manus certe, vel oculos non euades, vis fures non metuere? pauper eſto.

Nihil eſt turpius ingenuo, nihil minus libero dig[...] conuentu maximo cogi à magiſtratu furtum redder[...] *in Ver.*

Furtum quidem pecuniarum, res illiberalis eſt[...] pudens.*Idem.*

Nulli vero etiam, cui rapina ceſſit feliciter, gau[...] rauit in poſterum,*Seneca ad Lucilium epiſt.*75.

Alienum nobis, noſtrum plus aliis placet.

Alienum æs homini ingenuo acerba eſt ſeruitus[...] *uerbiis.*

Omnis fur malignus eſt. *Ariſt.lib.*2.*Rhetor.*

Detrahere aliquid alteri, & alterius incommod[...] modum augere, magis eſt contra naturam quam [...] lor, quam cætera, quæ poſſunt aut corpori accider[...] ternis,*Cic.de Offic.l.*3.*c.*3.

Si vnuſquiſque rapit ad ſe commoda aliorum, [...] poteſt, emolumenti ſui gratia, ſocietas & commun[...] euertitur. *Idem.*

Opportunitas etiam mediocres viros ſpe prædæ[...] *Salluſtius in Iugurtha.*

Ex pecuniæ cupiditate factiones diſſenſioneſq; [...] & prædæ cupiditas multos longius euocat. *Iulius Cæ*[...]

Soli fures de paupertate conqueruntur, dum vo[...] ſcelera tegere.*Lampridius in Alex. Seuero.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Democrates*, furem ab vndecim viris abduci viden[...] inquit, cur tantula furatus es, & non potius magna, [...] abduxiſſes alios? *Stob.ſerm.* 11.

*Zeno Citticus* ſeruum in furto deprehenſum cæ[...] is ſe ſic excuſaret, vt diceret, ſibi fuiſſe in fatis, vt [...] di,inquit.*Laert.l.*7.*c.*1.

*Diogenes* Harpalum, celebratiſſimum furem, [...] ſtimonium dicere aiebat, quod in illa fortuna [...] *Laert.*

*Idem* conſpicatus duci quendam, qui phialam [...] tus ſuſtulerat (ducebatur autem à magiſtratibus, [...] μονας appellant) Magni, inquit Diogenes, fures pa[...] vtinam hoc non poſſit vere dici in magiſtratus ali[...] à quibus ad laqueum adigitur interdum, qui decem [...] ſtulit: ipſi impune magnis furtis, vel peculatu p[...] *Laert.l.*6.

*Demoſthenes*, ad furem inquientem, Neſciebam [...] hoc eſſet: At tuum non eſſe ſatis ſciebas, reſpo[...] *ſerm.* 11.

*Anonymus.* Lycurgi legibus cum furta permitte[...] que qui deprehenderetur, pœnas negligentiæ dare[...] vulpeculam furatus, aduenientibus qui amiſerant a[...] veſtibus occuluit. Feram vero ſæuientem, ac pueri [...] inteſtina vſque lacerantem, tantiſper tolerauit. Dum [...] rentes abirent, reprehenſus à pueris quibuſdam, dic[...] fuiſſe manifeſtare vulpeculam, quam vſque ad mor[...] Minime, inquit puer: ſed multo ſatius eſt mori, quam [...] prehendi.*Plut.in Lacon.*

*Alexander Eurycr. F.* roganti cuidam, cur Spart[...] gerent pecunias in ærarium publicum? Ne, inqu[...] tur, qui facti fuerint illarum cuſtodes. Quam mal[...] gritati ſuæ qui privatim pecuniarum vim in arcam [...] vir prudens ciuium ſuorum moribus timuit, à pecu[...] ius tantum erant cuſtodes futuri, non domini. *Plut.*[...]

*Catulus*, dicente Philippo, quid latras? Furem [...] reſpondit *Bruſ.l.*2.*c.*40.

*Anonymus.* In ſeruum furacem ita iocatus eſt, [...] ſolum eſſe, cui domi nihil ſit ſignatum nec o[...] ligimus autem, illi nec ſigna obſtare, quo minus [...] claudimus: olim vero & cadi lagenæq; ſolebant obſig[...] *lib.*6.*apoph.*

*Alex. Seuerus* adeo vindex furti fuit, vt per præco[...] dixerit: Nemo ſalutet principem qui ſe furem eſſe [...] *Lampridius.*

*Idem* dicere ſolebat, ſolos fures de paupertate con[...] ita ſtudent ſcelera vitæ ſuæ tegere. Iactabat & ſe[...] furibus.

Ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δοὺς ἐκφεύξεται.

Id eſt.

*Qui multa furatur, & pauca dat, effugit.* Notant [...] tantum furantur, vt habeant quo corrumpant iud[...] rem. *Æl.Lamprid.*

*Idem.* furti ſuſpicione infames nec intueri ſuſtineb[...] quum Septimus Arabinus, qui famoſus crimine [...] Heliogabalo fuerat liberatus, inter ſenatores p[...] tum veniſſet, exclamarit, O numina: o Iupiter: o [...] les: Arabinus non ſolum viuit, ſed etiam in ſenatum [...]

…me ſperat? tam fatuum, tam ſtultum me eſſe iudicat? *Lam-*

¶ Similitvdines.

…*ceronis.* Vt fures earum rerum quas ceperunt, ſigna commu-… Sic multi alienis ſententiis pro ſuis vtuntur, omnia tanquam … notas mutantes. *Lib. 5. de finibus.*

…*neca.* Quemadmodum fures alienis poculis anſas mutant, ne … agnoſci: Ita nonnulli de alienis inuentis paululum quid… mutant, ac ſibi vſurpant, & detractis aut additis pauculis …, exiſtimant ſuum videri poſſe, quod eſt alienum. *Apud*

…Vt fuci cum ipſi non mellificent, tamen apum inſidian-…oribus: Ita ſunt qui nihil ipſi excudant, ſed aliorum vigiliis …ata furto vendicant. *Lib. 11. c & 17.*

¶ Adagia.

…ulus omphacizat.

…*phacata Græci dicunt quam acerbam & immaturam. Vnde* …*tur in eos, qui quantumlibet vilia tollerent furto. Dictum à* …*tate Siculorum.*

…ari littoris arenas.

…*dicitur, qui rem neglectam & incuſtoditam tollunt. Vnde* …*Ouid. in Amor.*

*Ille poteſt vacuo furari littore arenas,*
*Furem ſtulti quiſquis amare cupit.*

…Fame… vir eſſe furax cogitur. *Suidas.*

Furem fur cognoſcit, & lupum lupus.

…oſtium clauſit Λυδὸς τὴν θύραν ἔκλεισε.

…*furacibus dicebatur, quod Lydi non diſcederent, niſi re qua-*…*sublata. Eraſ.*

…fures.

…*antiquitus furacitatis infamia laborarunt. Suid.*

¶ Exempla Biblica.

…& furum exempla: Rahel, *Gen.* 31. 19. Achan *Ioſ.* 7. *verſic.* 10. … Ochoſiæ. 2. *Reg.* 11. 2 Menelaus, *Mach.* 4. 32. Principes …orum, *Eſai.* 1. 23. Iudas Iſchariotes, *Ioan.* 12. 6. cum fure non …dum, *Prou.* 29. 24. Fures dicuntur, verbum Dei & Doctri-… adulterantes, *Ier.* 23. 30. *Ioan.* 10. 1. Fures laborent, & … *Epheſ.* 4. 28.

¶ Exempla Profana.

Cum primum *Perſæ* in Eubœa militarunt, Diomneſtus vir Ere-… præerat theſaurorum cuſtodiæ. Omnibus vero mortuis, cum …tur Diomneſtus habere pecuniam, theſauros iſtos apud ſe … *Athen. lib. 12. cap. 12.*

…*Scythas Herodotus ſcribit in Melpomene* furandi licentia …tum comparare, atque item ex bello.

… non diſcedebant, niſi re quapiam ſublata. *Eraſmus.*

… antiquitus furacitatis infamia laborarunt. *Suidas.*

*Apud Spartanos,* puerorum præfectus, qui Iren dicitur, pueris … grandioribus, ut ligna adferant, & olera minoribus. Fe… furto, partim ex hortis, partim in virorum conuiuia, peraſtute … irrepentes. Deprehenſus multa verbera flagello accipit, … ſolutus in furando & iners videatur. *Plutarch. in Lycurgo.*

…*Q. Luctatii Catuli* furaciſſimus libertus fuit: cum … deprehendiſſet numularius, numos de menſa ſubtrahentem … calceos ſibi infarcientem. Belle (inquit quidam) te numula-… calcauit. *Cælius l. 19. c. A. L.*

…pædagogus gemmam diſcipuli collo detractam ſuffu-… *Theat. Zuuing. fol. 3562.*

*D. Auguſtinus* fatetur, ſe puerum de paterno penu vel ingluui-…, vel vt eſſet quod pueris colluſoribus daret, quædam furto … *Lib. 1. Confeſſ. c. 19.*

¶ Fabula.

Mercurius & Tireſias.

Mercurius periculum facturus diuinationis Tireſiæ formam ho-… ſibi accommodat, & abactis bobus illius qui in agro paſce-… ſub vrbe, ad Tireſiam venit, quaſi ſua aliqua de re illum con-… Interea & de amiſſis bobus huic nuntium affertur. Quo … motus Thireſias aſſumpto Mercurio in locum aditum & … proficiſcitur, de auium iudicio furem vt cognoſceret. … igitur dicere Mercurium, num auem aliquam cernat. Ille, … ſe videre, ait, quæ volatu a læua ad dextram ferretur. Nil … ad nos, inquit Tireſias, obſeruemus igitur aliam. Paulo poſt … Mercurius, cornicem conſpicatus in proximæ arboris ramo inſi-… quæ nunc roſtrum in cœlum attolleret, nunc terram ver-… demitteret, id ipſum ſignificat vati. Qui geſtu cornicis intelle-…: Hæc, inquit, cœlum & terram cornix teſtatur, recepturum me … meos, ſi quidem tu volueris.

Hac fabula aduerſus fures vti poſſumus.

# Furor.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

FVROR Græce ὀργή, ῆς, ἡ, vel χόλος, ε, ὁ, dicitur. Eſt ira accenſa non differens re ab ira, ſed ſecundum magis & minus. *B. Thom ſuper Pſalm. 35. col. 6.*

Furor, μανία, τὸ διανοίας παραφορά, eſt grauior diuturniorque, mentis alienatio ex vitiato principis animæ facultatis inſtrumento, originem habens. Vel eſt, mentis abalienatio vehemens citra febrem. Hebr. *Zahhaph.* Sæuitia, indignatio ſæua, à verbo *Zahhaph,* Sæuiit, ſæus fuit, obſcurus ſeu turbatus fuit. Furioſi enim toruum intuentur, turbato vultu, & obſcura facie ceu triſtes, apparent. Cognationem habet cum *Zahham,* indignatus eſt. Indignatio enim furoris comes. 2. Appellatur etiam *Charon, Ezech.* 7. 12. *Pſalm.* 2. 5. & 85. 4. à verbo *Charah* exarſit ira, excanduit animo. Cognationem habet cum verbo *Charar,* exuſtus eſt: furor enim tanquam ignis vrit. 3. Dicitur etiam *Hebrah,* efferueſcentia bilis, furor, *Hebroth,* furores. Ira cer… furor breuis eſt. Furor Dei humanitus deſcribitur innumeris locis. De *Hebrah* & *Hebroth,* vide, *Iob.* 21. 30. & 40. 6. *Pſalm.* 7. 7. *Eſai* 9. 18. *Oſe.* 5. 10. *Prouerb.* 11. 4. à verbo *Habar,* tranſiit, præteriit, traiecit. Vt ignis enim momento inualeſcit, & tranſit de loco ad locum, ita bilis feruens, vnde furor. Cognationem habet verbum illud cum *Bahar,* exarſit, combuſſit- vt furor ſolet in furioſo exardere & graſſari miris modis. 4. Nominatur *Schighghahhon,* Inſania, dementia, fatuitas, σκαιότης feſtinatio præceps quæ in furore impulſis apparet. *Deut.* 28. 28. 2. *Reg.* 9. 20. *Zach* 12. 4. à verbo *Schighghebha,* Veſanum reddidit, inſanum fecit. Et in 4. coniugat. *Hiſchettaghghebha,* ſimulauit ſe inſanū & furioſum. 1. *Sam.* 21. 13. 15.

Quomodo furor differat ab inſania docet Cicero, *lib.* 3. *quæſt. Tuſcul.* Inſaniam (inquit) cenſuerunt eſſe in conſtantiam ſanitate vacantem, quæ tamen poſſet tueri officium, & vitæ communem cultum atque vſitatum: furorem autem rati ſunt mentis ad omnia cæcitatem. Quod quum maius eſſe videtur, quam inſania, tamen eiuſmodi eſt vt furor in ſapientem cadere poſſit, non poſſit inſania.

Idem *lib.* 1. *de Diuin.* Furorem ſumit pro humana mente quæ vi quadam diuina concitatur, qualis eſt furor poetarum. Negabat enim Democritus quempiam Poetarum magnum eſſe ſine furore. Paulo ante dixerat: Ineſt igitur animis præſagitio extrinſecus iniecta atque incluſa diuinitus: ea ſi exarſit acrius furor appellatur, quum à corpore animus abſtractus diuino inſtinctu concitatur. Porro furor hic affectus dictus eſt, quod eo correptus huc atque illuc temere feratur.

¶ Biblici Loci.

Furor impiorum, Furore percutit Deus in obedientes, *Deuter.* 18. *verſ.* 28 *Prouerb.* 6. 34. & 15. 1. & 27. 4. Furor Dei. Vide *Ira Dei.*

¶ Poeticae Sententiae.

Ouid. 1. Amor. 2.

*Blanditiæ comites tibi erunt, terrorq́ue furorque,*
*Aſſiduè partes turba ſecuta tuas.*

Sen. Herc. fur.

*Solus te iam præſtare poteſt*
*Furor inſontem, proxima puris*
*Sors eſt manibus, neſcire nefas.*

Ouid. 2. Remed.

*Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori.*
*Difficiles aditus impetus omnis habet.*
*Stultus, ab obliquo qui cum diſcedere poſſit:*
*Pugnat in aduerſas ire natator aquas.*

Stat. 3. Theb.

*Deus ecce furentibus obſtat.*

Claud. bello Ger.

*Sed caret euentu nimius furor, improba nunquam*
*Spes lætata diu.*

¶ Sententiae Philosophicae.

Furioſum habitum iuuentutis cauere oportet. *Plato. libro 2. de leg.*

De furore. Dial. cxv.
*Franc. Petrarch.*

Dol.

Nimius dolor, ne furorem patiar metuo. R. Obſta illi, cogitationibus bonis & placidis. Quidam furori viam paſsionibus faciunt, ex multis affectibus non ſanis vera tandem prodit inſania, ſicut ex contrariis vera virtus: frequentatis actibus quæri habitum, philoſophicum dogma eſt. D. Furere metuo. R. Si



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

animi vitio ille tibi armandus, armatura animi virtus eſt, at ſi corporis, conſulendum ſuccurrendumque illi eſt, ſi qua rei huius ars eſt ipſos apud corporum magiſtros qui phyſici nuncupantur, quæ ſi in hoc, vt in multis aliis, aut nulla eſt, aut profeſſoribus ſuis incognita, Ego artem hanc vnam tibi præſcripſerim abſtinentiam & omnis exceſſus fugam. Notum illud atque antiquum: Viri ſancti virtutibus corpus ædificant, multum conferunt animo ſimul & corpori fræna libidinum ac gulæ. Multos ſtrauit luxuria, multos oppreſſit crapula, multos ſomnus, multos ebrietas ſepeliuit, multorum vitæ feruor, atque impetus, & furibunda licentia verum abiit in furorem. D. Timeo naturaliter in furorem agi. R. Quod natura infert durum poteſt eſſe, non miſerum. Culpa enim caret, quæ miſeriæ eſt radix. Quando autem prouidendi obtigit facultas, vnum facito, vt te furor ſi vitari nequit in ſecuro ſaltem ſtatu animæ reperiat. Innocens ſi furere cœperis, aut innocens reſipiſces, aut innocens morieris: Nulla ætas, nulla ſanctitas, nulla cuſtodia, ſic innocentiam conſeruat vt furor, qualem inuenit, talem reddit. D. Furere metuo. R. Heroas comites ac reginas metuis, An faſtidis Herculem, & Aiacem, Hecubam, & Caſſandram? an ex alio genere Lucretiam ſpernis, & Empedoclem? D. Furere pertimeſco. R. Multa vaticinari ſolitos furentes accepimus, ſic quo nullum acumen ſani capitis perveniſſet, vagus & rapidus furor venit, atque hinc Graii quam vos diuinationem dicitis à furore manticen dici volunt. D. Horreo vim furoris. R. Et ſanos mœſtos, & furentes lætos vidimus falſa quamuis opinione. Habet & terror voluptatem ſuam. D. Furendi pauor animum exagitat. R. [illegible]borum furias quidam ſtimulato furore quæſiere. Verus furor ferias veras dabit.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Simeon & Leui, fratres Dinæ, *Gen.* 49. 6. 7. Eſau, *Gen.* 27. 44. Saul, 19. 10. & 20. 30. &c. Aſſuerus *Eſter* 1. 12. Nebucadnezar, *Dan. c.* 12. & 3. 13. 19.

¶ EXEMPLA HISTORICA.

*Athamas Æoli filius*, furiis, à Iunone immiſſis agitatus, Learchum filium interfecit. *Plin. lib.* 34. *c.* 14.

*Agare*, Cadmi & Hermiones filia, Bacchico furore correpta Pentheum filium interfecit.

*Thamyras poeta*, prouocans in muſices certamen Muſas, victus atque oculis, & mente priuatus, prouerbio locum fecit. Θαμύρας μαίνεται. *Theat. Zuuing. fol.* 15.

*Corybantes Cybeles* cultores furore ſacro correpti, cymbala pulſabant: alios item in ſimilem agentes rabiem. *Idem.*

*Pentheus* dum ſacra Bacchi contemneret: vlciſcente nomine in furorem raptus eſt. *Verg. lib.* 4. *Æneid.*

*Eumenidem veluti demens videt agmina Pentheus.*
*Et ſolem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas.*

*Proetides* ira Iunonis, cui ſeſe præferebant, bouina inſania laborarunt. *Ælianus.*

*Lycurgus Dryantis* filius rex Thraciæ: à Baccho (cuius nomen aſpernabatur) in furorem verſus vites excindere volens, crura ſibi ambutauit. *Theat. Zuuing.*

*Cambyſes Perſarum rex*, quum bouem Apin, quem Ægyptii pro Deo colebant immolaſſet; furiis agitatus, vniuerſam prope familiam deleuit. *Herodotus in Thalia.*

*Fuluius cenſor*, cum ex Iunonis templo marmoreas tegulas ſuſtuliſſet, iiſque Romæ ædem Fortunæ equeſtris tegeret, mente captus eſt. *Lactantius lib.* 1. *c.*

*Theopompus* hiſtoricus propter vulgatos libros ſacros Iudæorum per xxx. dies inſaniit. *Theat. Zuuing.*

*Iuſtinus minor* Imp. ab initio liberalis viſus: verum à Sophia coniuge perſuaſus, auariſſimus euaſit, ſimul & Pelagianæ adſertor hæreſeos. Quapropter pro inſano ad poſtremum habitus eſt *Volat. lib.* 23. *Anthrop.*

*Alcmæon*, Amphiarai & Eriphyles filius, propter interfectam matrem, furiis agitatus eſt.

¶ EMBLEMA.

Furor & rabies.

Aud. Alciad. Emblema. LVII.

*Ora gerit clypeus rabioſi picta leonis,*
*Et ſcriptum in ſummo margine carmen habet:*
*Hic hominum eſt terror, cuius poſſeſſor Atrida?*
*Talia magnanimus ſigna [A]gamemno tulit.*

---

# Futurum.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

FVTVRVM, Græce μέλλον, οντος, τὸ, dicitur. Et eſt quod non dum aduenit, cum aduenturum ſit. Hebr. *Hathidh* vocant id quod futurum eſt, & hominem expeditum in rebus [illegible] bo *Hetredh*, expediit, parauit feſtinanter, futurum [illegible] feſtinanter eſt in procinctu.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ [illegible] ſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutem ſuperuenientis [illegible] ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni [illegible] Samaria, & vſq; in vltimum terræ. *Actuum Apoſtolorum* [illegible]

¶ POETARVM DICTA.

Horat. Od. 29. lib. 3.

*Prudens futuri temporis exitum*
*Caliginoſa nocte premit Deus,*
*Ridet, ne ſi mortalis vltra*
*Fas trepida.*

Stat. lib. 3.

*Quid craſtina volueret ætas,*
*Scire nefas homini.*

Hor. Od. 9. lib. 1.

*Quid futurum cras, fuge quærere.*

Comici Græci.

Οὐδεὶς τὸ μέλλον ἀσφαλῶς βουλεύεται.
*Haud de futuro tuta quis deliberat.*
Θνητὸς πεφυκὼς τοὐπίσω περιβλέπειν.
*Nitere, homo quum ſis: prouidere in poſterum.*
Μένει δ' ἑκάστῳ τοῦθ' ὅπερ μέλλει παθεῖν.
*Quodcunque quis paſſurus eſt: id eum manet.*
Μή μοι γένοιθ' ἃ βούλομ', ἀλλ' ἃ συμφέρει.
*Contingat id quod expedit, non quod volo.*

¶ PHILOSOPHICA ET HISTORI[CA] PLACITA.

Effugere nemo poteſt, quod futurum eſt. Et ſæpe [illegible] ſcire, quid futurum ſit: miſerum eſt enim nihil profic[ientem] [illegible] *Futurum vitari non poteſt, Cic.* 3. *de Nat. Deor.*

Futurum omnibus hominibus eſt incertum. *Ex orat*[io]*nem. Demoſt.*

Oportet eos, qui proſpera optataque vtuntur fortuna [illegible] flictos & oppreſſos ſemper optima videri conſulere: [illegible] dem vniuerſis hominibus incertus eſt ac dubius [illegible] *Ex orat. de Rhodio libertate.*

Præterita ſemper apud omnes omittuntur, & [illegible] de iis deliberationem habendam propoſuit: futura [illegible] præſentia conſultoris munus ac officium poſtulat. [illegible] *Coron.*

Id ipſum quod inter ſententiam accidit, virum [illegible] magnum dolorem adfert. *Olynth.* 1.

Neceſſario euenit, cum pugna committitur, vt a[liqui] [illegible] alii vincant. *Ex orat. funebri.*

Ex poſtremo euentu, quæ præterierunt omnia, & p[illegible] ſtimantur. Olynth. 1.

Sæpe contingit, vt idem homo in hoc non recte d[illegible] vero recte ſentiat. *Ex.* 5. *Irocæm.*

Futura vatem tantum ſciunt. *Plat. in dialog. de* [illegible]

Futuris prædicendis qui curioſius inhiant, omnium [illegible] tiſſimos eſſe, vel fieri. *Ficinus epiſt. lib.* 11.

Futura à præſenti conſtellatione fieri non poſſunt. [illegible] *rand. in Aſtrolog. lib.* 4. *c.* 6.

Futura prophetici luminis beneficio multo cert[ius] [illegible] gnoſci poſſunt, quam ſenſu & ratione videri & cern[i] [illegible] ideo prophetæ præteritum pro futuro ſæpe ob ind[illegible] certitudinem maximam. *Ioan. Franc. Pic. Miran. de p*[illegible] 1. *cap.* 6.

Futurorum omnis cognitio, quæ non habet in natura [illegible] determinatam, ſuper humana eſt, & à Dei voluntate & p[illegible] dependet. *Idem ibidem l.* 2. *c.* 3.

Futura aut conſiderantur, vt in ſeipſis & ſua natura [illegible] quæ ſoli Deo, & cui voluerit ipſe reuelare nota ſunt, [illegible] cauſis continentur, quæ etſi Deo nota ſunt, tamen [illegible] experientia, & ſagax coniectura ſibi vendicat: qua [illegible] mnia nos ſcire non poſſumus. *Ioan. Franc. Pic. Mir. de p*[illegible] 2. *cap.* 7.

Futurorum prænotio ex luce eximia ſpirituali [illegible] non ex talpa, vt Proclus ſomniat. *Io. Franc. Pic. Mir. de p*[illegible] *lib.* 7. *cap.* 5.

Futura ad cognoſcenda nil vanius eſt, quam id quod [illegible] contrariis experimentis aſſeritur, nam veritas vna eſt, [illegible] aduerſatur: ideo quæ aduerſantur ſibi, falſa ſunt. [illegible] *lib.* 6. *cap.* 7.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nulli mortalium certam futurorum ſcientiam Dii dederunt: ...ſt homines natos inuenias quenquam, cui omnia ex animi ...ntia ſucceſſerint, ita vt nulla in re fortuna ſit ei aduerſata. *Dion. ... lib.8.*

Non ita facilè de rebus futuris, quæ nam illæ futuræ ſint, vt de ...ritis iudicari poteſt: ſed illas quidem ſenſibus & cladibus per...mus, has vero diuinationibus & coniecturis, in quibus ineſt fal... plurimum. *Idem lib.9.*

Nunquam de futuris rebus, velut iam factis conſultandum eſt, ...e ſpes eſt in illis collocanda quæ aliter euenire poſſunt: ſed ...er pars aliqua iis quæ præter ſpem accidere poſſunt reſeruan...m omnibus rebus, quandoquidem ſumus homines, tum vel ...æ in bellicis. *Polyb. lib.2.*

Si futura reſpicias, nihil in præſentia neque magnum eſt, ne...parum: ſed idem & mutationum fortunæ & vitæ eſt finis. *Plu... in Q.Flaminio.*

Optimè de futuris conſultant, qui rerum futurarum exempla ...teritis ſumunt. *Dion.Halic.lib.19.*

...es futuræ difficulter ab hominibus præcaueri poſſunt: neque ...uiſquam euadet pericula, niſi Numine exorato diuinitus ...ātur, malorumque leuamen impetret. *Nicetas Acom. in Manuele Comm. lib.6.*

Futurorum notitia cum agnitione cordium ſoli Deo peculiaris eſt. *Mich.Glyca Annal. part.1.*

Multa perficit Deus in expectata: quæ expectabantur fruſtrata ſunt: quæ verò nemo expectabat, eorum exitum reperit Deus Nam futurarum rerum prædictiones, ſiue per ſomnia, ſiue ſexcentis aliis rationibus ſignificantur, multa caligine inuolutæ, multos ab officio depulerunt, & in errorem induxerunt, aliis præter ſpem exitum felicem adeptis, aliis diuerſum. *Nicoph. Gregorias, lib.8.*

Futura in æquilibrio quodam collocanda ſunt: nec iniucunda, nec in triſtia nimis inclinante animo. *Idem, ibid.*

Homines multa ſibi ipſis incommoda ob futurorum ignorationem inferunt. *Procop. de bello Perſ. lib.2.*

Ex præteritis factis contemplari futura homines queunt, & in tuto eadem conſtituere, *Idem, de bello Goth. lib 3.*

Solent mortales dum rerum præſentium admiratione capiuntur, & plerunque ſimul in ſcitia, futura præſagire: & dum moleſtiis opprimuntur, temere contemplando futura prædicere; *Idem, eod. lib.*

*FINIS LIBRI SEXTI.*

VV 3 POLYAN-